J. Th. 2641

Plut 57 I

Patres latini

Enodius

Sec VI. flor. 503.

pag. 1282.

Collegij Soc. I. JESV Monacij. 1611

BEATI

ENNODII TICINENSIS EPISCOPI OPERA

Quæ reperiri potuerunt, omnia: in auersa pagina recensita.

Partim edita nunc primum, partim emendata, NOTISQ. *illustrata, opera*

ANDREÆ SCHOTTI de Societate IESV

AD ILLVSTRISS.

FED. CARD. BORROMAEVM

Mediolanensi Archiepisc.

TORNACI,
Apud NICOLAVM LAVRENTIVM.
CIↃ. IↃC. XI.

Superiorum permissu.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

B. ENNODII

Epistolarum libri XII.
Vitæ SS. Epiphanij & Antonij.
Orationes ac Declamationes XXX.
Panegyricus Theodorico Regi dictus.
Apologeticus pro IIII. *Synodo Rom. sub Symmacho Papa.*
Poëmata sacra; cum Notis, & Indicibus.

Floruit ante annos MC. Obijt enim CHRISTI anno DXVI.

Ex Martyrologio Rom.

XVII. *Iulij, Papiæ, Sancti* ENNODII *Episcopi & Confessoris.*

ILLVSTRISS.
ET REVERENDISSIMO
FED. CARD.
BORROMÆO

Mediolanensium Archiepisc.

AND. SCHOTTVS ANTVERP.
Societatis IESV

SAL.

SI ABDITA QVÆQ. CARD. Amplissime, & recondita terræ visceribus, vt metalla, thesauroſq; effodere, in vsumque reuocare arduum semper est habitum: Si M. Tullio iam Quæstori, quod Archimedis summi Mathematici sepulcrū, à suis etiã Siracusanis

ignoratū, ſæptum vndiq; & veſtitum vepribus ac dumetis, indagando tandem inueniſſet, gloriari in Tuſculano prędio licuit: Si denique antiquorum ſcripta pæne ſepulta in lucem reuocare, & ſitu ac ſqualore obſita polire perutile ſemper eſt iudicatum; quale tandem illud eſt exiſtimandum, SS. Patrum libros hodie non modo è Bibliothecis eruere, ſed & emendatiſſimos in hominum manus traditos poſteris tranſſcribere, &, qua licet, adornare? Certe punctum omne tuliſſe videatur: quòd ſacra tantū profanis pręſtēt, quantū, ſi verū fateri volumus, diuina humanis, cæleſtia terrenis, æterna caducis antecellūt. Quamobrē ingens meum quoque cupido animum inceſſit, referendi in apertam lucem Beatum ENNODIVM, Inſu-

Inſubriæ Veſtræ *Ticini* (quæ nunc Papia indigitatur) ante hos mille centum annos Epiſcopum , quaſi tenebris iam primum erutum : vt qui in IIII. & V. Synodis Rom. Symmachi Pont. partes erudito Apologetico pro virili tutatus ſit, diſcidiaque, quoad eius fieri potuit , ad concordiam reuocarit : quique pro ſede Apoſtolica, Hormiſdæ Papæ auctoritate,ad Anaſtaſium Imp. ſed Arianum, ideoque refractarium, obitis Legationibus clarus exſtitit:qui denique *S. Epiphanij* deceſſoris ſui Vitam, reſque pie pro patria tuenda geſtas cum Gothis ac Burgundionibus , Italiam tunc depopulantibus , litterarum monumentis conſignarit : interiectis & Orationibus habitis, vt nũc quidem integre ex optimis membranis

in Morinis Belgarum vltimis pridē à me repertis, edēdum curauimus. Poëmata adhæc ſacra, nimis lacera, conuulſa, ac diſiecta olim Baſileenſes operæ in altero Ortodoxographorum volumine ſupina quadam ἐαθυμίᾳ euulgarant. Temporum itaque iniuriam vſque eo ſenſit ENNODIVS, ſcabro alioqui dicendi genere, & illius æui proprio vſus ſtylo; degenerante nimirum, & ad interitum præcipitante Latini ſermonis elegantia; vt in tenebris diu multumque deliteſcens, à paucis vix eius nomen fando auditum ſit: dum alij *Euodium*, vt Platina, & Lazius falſo nominant; non-nemo in *Ænnodij Iuuenalis*, vt Bernardus Saccus, rerum ſcriptor Ticinēſium, nomen commutarit: à paucioribus vero lectus ſit, aut aſpectus; nunc demum

demum Tuo fretus patrocinio lucem aſpicere audeat. Hunc enim recenſendi, abſorpto interim magno tædio, laborē Tibi, magne Præſul, debere me ſemper exiſtimaui: cum quod diœceſeos Veſtræ Ticinenſe eſt ἐπισκοπεῖον, quod duo illa ſanctimoniæ lumina *Epiphanius* atque hic ENNODIVS, ordine ad clauum ſedentes gubernarint: tum quod B. AMBROSII magni illius Mediolanēſium Antiſtitis, quæ Tibi meritò à CHRISTI in terris Vicario credita Eccleſia eſt, elogia, laudeſque Poëmata illa contineant, ſed ad hanc diem prodigiosè nimis lacera atque traiecta; quæ nunc, quantum vnius ope codicis licuit, conſtituimus: reliquaque libris & Epiſtolis diſtinximus, in ordinemque digeſſimus, notatis diligenter

ad oram variantis scripturæ è membranis, vt componi commode possent, lectionibus, ac coniecturis; quarum pleraſque in Notas coniecimus, ſicubi aqua, quod aiunt, hæreret. Vitam adhæc *B. Epiphanij* dimidiæ amplius partis acceſſione locupletiorem damus, vt nunc demum (quod citra Inuidiæ notam teſtari apud Te liceat:) typis edita videri queat. Verum enimuero principe loco commemoranda hæc cauſſa inſcriptionis erat, quòd me pridem ne de facie quidem notum, ſola eruditionis in nobis ſuſpicione, aut amicorum, plus mihi quam agnoſcere debeam, tribuentium prædicatione inductus, adeo complecti cum I. Lipſio, ſingulari Belgij ornamento, animum induxeris, vt litteris amãter ſcriptis, honoris

ris gratia dignatus sis, & ornaris non semel τοῖς λειψάνοις atq; exuuijs, summi iure optimo apud me precij, B. Caroli, patrui tui sanctissimi. Cui diuinos iam esse honores à Pavlo V. Pont. Max. decretos, pij omnes magno voluptatis sensu gaudioq; accipiūt: vt illo Sanctorum iam numero Fastisq; adscripto, sacrisq; diptychis inserto, Familia Borromæa cetera per-illustris, non tam insignibus, maiorumque imaginibus, tametsi ijs abundet maxime, quam sanctimonia, vitæq; innocentia deinceps prædicanda esse videatur. De me: in publica Christiani orbis lætitia, ne solus ipse cessare ac tacere videar, Philosophi illius exemplo, qui Corinthi in Macedonum Regis Philippi aduentu sat-agentibus & concursantibus ciuibus, do-

lium, quo degebat, sursum deorsum assidue agitabat, sic mea ipse scripta (in quibus ætatem egisse nondum sane pœnitet:) è puluere excutiens, hunc ENNODIVM, olim à me diligenter edolatum, sed in scrinium, velut in lautumias damnatum, in præsens de nostris angustijs offero libens, imo sacrorum adytis dedico consecroque Præsulem sanctissimum ENNODIVM, Beato CAROLO veluti parētans, & Voti reus iusta persoluens, ENNODIVM inquam post *S. Cyrum* primum Ticinensium Episcopum, *Crispinum* item, atque *Epiphanium*, sanctissimos Insubriæ Antistites. Accipe itaq;, CARDINALIS optime, hilari vultu Peplum hoc, leui quidem dente, crassoque filo contextum *Ennodianas* vigilias, quo meæ in Te obseruantiæ, summiqúe

miq́ue amoris pignus ac teſtimoniũ ad poſteros eat; ſi forte, fœtura gregem ſupplente, maiorum vigiliarum opus, cupio quidem certe, abſoluere, ad exitumq́ue adducere queam. Quod equidem beneficium ſingulari Tua benignitate ſi conſequar, probe nauatam operam in rutis cæſis vtcumque conſtituendis exiſtimabo, dum ſarcta tecta ſtudio Ambroſiani Collegij, hominum doctiſſimorum, pòſt appareant: cui Collegio, ductu auſpicijſq́ue Tuis Dei ſponſam Eccleſiam ſcriptis ſacris adornare iam ingreſſo, addictum me fore perpetuo, deuotumq́ue, dum ſpirabo, animaduertes. VALE.

DE

B. ENNODII TICINENS. EPISC.

Ex eius potissimum Operibus.

ENNODIVM *legitime nomino, ex fide codicum atque scriptorum veterum, non* Euodium, *vt Bapt. Platina, & VV. Lazius; neque* Ænnodium Iuuenalem; *de quo cognomine ampliandum censeo, dum idoneum auctorem extra vulgi Papiensis rumorem Bern. Saccus adferat rerum Ticinensium scriptor, cetera non indiligens, si Ennodij scripta legere illi contigisset, vt ea doctissimus Card. Baronius etiam in Vaticanis membranis diligenter, vt omnia, inspexit, sexto Tomo Annalium Ecclesiasticorum: cuius industriæ addemus nonnulla. Patriam parentemque* ENNODIVS *minime prodidit, idcirco fortasse, quòd hunc infans admodum morte amiserit, ac ne viderit quidem.*

Lib. XII. Epist. XI. Camillam *matrem nominat, Liberio scribens:* Camilla, *inquit,* parens mea intra Gallias, & viduitatis miseria, & geminæ captiuitatis succubuisse fertur incommodis. *Nisi forte matronam sic beneuolentiæ gratia, quod matris eam loco duceret, appellarit. Sororem habuit: cuius filius* Parthenius *crebris Lib.* VI. *epistolis commẽdatur.* Iulianũ *quoque lib.* XII. *ep.* 18. *affinem nominat. Adolescẽtiam tametsi parentibus orbatus esset,*

set, amitæ beneficentia in studijs egisse, scripta eius erudita satis arguunt; Poeticaq; in primis & Oratoria plus æquo, etiam grandiore in ætate, deditum fuisse. Sic enim Hilpidio Diacono: (etsi Hilpidiari *Basilea ed. tur:)* Tempore, *inquit,* quo Italiam optatissimus Theodorici Regis resuscitauit ingressus, cum omnia ab inimicis eius inexplicabili clade vastarentur, & quod superesset gladijs fames necaret; Ego annorum ferme sedecim, amitæ, quæ me aluerat, tempestate ea solatio priuatus sum. Remansi solus inops, re & consilio destitutus; cui remedium tribuere sola posset aduersitas, ne inter parentes (quod est captiuitatis sorte amarius) subsidia viuendi liber poscerem, & cognitus peregrinantium mala tolerarem, extemplo porrexisti consuetam dexteram Defensio mea.] *Hic* peregrinantium *equidem interpretor* studiosorum, *qui ad Academias peregre mitti ad vberiorem ingenij cultum solerent: vt Parthenius sororis filius Romam*, studijs claram, & natalem scientiæ sedem (*vt alibi nominat*) *adlegatur. Tempestatis autem illius, qua in Italiam infusæ sunt gentes immanitate barbaræ, multitudine innumerabiles, meminit iterum Ennodius lib. 1. epist. 3. ad Faustum:* Barbaras nationes, & à nostro limite toto pæne orbe diuisas, continuis hæc cognitio lamentis ingemiscere, &c. *Item Panegyrico in natalem S. Laurentij Mediolan. Episc. (pag. 424.)* Cum hostilis irruptio more pecorum, Christianum populum per diuersa distraheret, tu variorum generibus

Lib. XII. epist. vlt.

Ennod. pag. 158. 160. 167. 257.

bus cruciatuum capiebaris in omnibus.

Lib. XII. epist. vlt. *Subdit autem superioribus Ennodius, se Dei Opt. Max. ope ex coniugio nobilis ac prædiuitis puellæ postea in meliorem statum collocatum. Ac demum mutuo consensu cælibem ab illa sanctamq; vitam esse professam: quam feminam, etsi non nominat, miris effert laudibus. Ennodius ipse Diaconus ordinatur: post sacerdos, & denique Episcopus Ticinensium post. S. Epiphanium, cuius copiose vitam descripsit. Creatur autem Episcopus anno Christi* CCCCXC. *Seditq; annos circiter sex & viginti, vt recte numerat in Miscella Paulus Diaconus. Morbis interim à Deo probatus, gratias ei agit: tandem etiam sanitatem rogans recuperat, à febri grauissima liberatus. Tentatus etiam oculorum fuit dolore:* Gratias, *ait*, tibi cæli moderator & conditor, qui dispensatione subtili, & occultis miserandi itineribus vias nostras, & de afflictione componis, & ad virtutem perfectam pia laceratione nos reparas. *Post à graui ægritudine, vt Lazarus rediuiuus, S. Victoris, Martyris Mediolani, precibus obtinuit valetudinem.* Continuo, *inquit*, me ad B. Victoris Martyris præsidia sæpe experta, transuexi, & ope fortissimi precatus, Deo per ipsum cum lacrymis allegaNda commisi: satis esse ad promerendam clementiam eius, si semper ante oculos suos statuat, vnde nos sumpserit.

Altero autem Symmachi *Papæ anno,* CHRISTI *vero quingentesimo, habita Synodo Rom. quarta,* Apologetico *eam* Ennodius *tutatur, qui eruditionis plenus, hodieq; legitur: & in V. Synodo recitari*

tari iubetur, cui etiam insertus citaturq; non raro à Decreti collectore Gratiano, hoc titulo inscriptus: Aduersus eos qui contra Synodum Rom. scribere præsumpserunt. *Præsto quoque Symmacho accusato à tumultuantibus sacerdotibus apud Theodoricum iuniorem, (qui Visitatorem postulantibus Petrum quendam Altinensem Episc. concesserat)* Laurentius Mediolan. Episcopus *fuit: in cuius etiam natalem Dictio est seu Oratio* Ennodij; *vt & Panegyricus carmine editus, & prosâ* Vita S. Epiphanij, *Ticinensium Episcopi, cui successit, sed duplo quam in Orthodoxographorum altero volumne Basileæ edito, aut in Laur. Surij Appendice legitur, copiosior, expositis pluribus eius pro Italia Legationibus. Panegyricus item Theodorico Regi Gothorum dictus, etusdemque laudes continens Oratio post schisma sublatum. Variæ sunt quoque* Ennodij Epistolæ *(vt citari possent commodius libris à nobis distinctæ) ad varios missæ, potissimum ad* Auienum Fausti *cognomento: qui cum filio semel iterumque Consulatum gesserit. Ad* Symmachum *quoque atque* Hormisdam, *summos sacrorum Vrbis Ro. Pontifices, quibus* Beatitudinem, Sanctitatemque *de more tribuat, &* Coronam, *vt & B. Augustinus in epist. Quo etiam Papa ægrotãte deplorat ad Faustum lib. 1. epist. 16. Vbi pro* vrgente tristitia discordia, *reponi vult Baronius,* vigente tristitia: *in nostris vero membranis rectius legitur,* vrgente discordia, *omissa* iustitiæ *voce. Est & ad Afros Confessores in exsilium pulsos elegans Pontificis Symmachi nomine scripta epistola, ad Constantiam adhortans, quæ*

18. *ep.*

18. *ep. libri.* II. *qua & reliquiarum meminit* Nazarij & Romani Martyrum. *Scribit & Iberio Italiæ vindici: Cæsario itẽ Arelatensi Epiſc. lib.* XII. *epiſt.* 14. *aliiſq; quam plurimis.*

Succeſſit Symmacho Hermiſda *an. ſalutis* IↃXV. *à quo Legatus mittitur* Ennodius, *collegis tribus: iterumq; cũ Peregrino, Miſnenſis Eccleſiæ in Campania Epiſc. (quibus capita quæ miſit exſtant Legationis) ad Anaſtaſium Arianum Imperatorem Conſtãtinopolit. Vtq; Dei benignitate ſaluus* Ennodius *inde reuertit, etſi exarmatæ impoſitus ſcaphæ, naufragiumq; effugit; vtinam & nunc opera qualicumq; noſtra ab interitu eius ſcripta vtcumq; vindicata vigeant, leganturq; aſsidue. Alteram quoque ad Anaſtaſium obiſſe Legationem, ad eundem* CP. *Auguſtum auctor eſt Illuſtriſs. Baronius, anno eius ſæculi* DXVII. *Atqui Epitaphium Ennodij ab ipſo compoſitum, quod hodieque Papiæ ad Diui Michaëlis legi refert Bern. Saccus, fugit tamen Baronium; anno, qui anteceſſit exſtinctum ſepultumq; teſtatur,* XVI. *Kal.* AVGVST. CHRISTI *anno* DXVI. *Vtri potius ſit aſſentiendum prudens Lector arbitrabitur.*

EX

EX BERNARDI SACCI HISTORIÆ TICINENSIS LIBRO VIII. CAP. I.

POST Epiphanium Italiæ decus, & Romanæ Ecclesiæ propugnaculum, Papiæ emersit ENNODIVS IVVENALIS genere inter Ticinenses claro, atque antiquo, sed rerum peritia, ac dicendi acumine præclarior. Is patriæ Episcopus constitutus, tamquam biceps gladius, aut quasi coluber in Orientales principes hæresi pollutos insurrexit. Destinatusque Legatus ab Hormisda Romano Pontifice ad Anastasium Constantinopolitanum Imp. in hæresim lapsum, vna cum Fortunato, Venantio, & Vitali, audacter constanterque Pontificis iussa, Imperatorem increpando, executus est; vt refert Paulus Diaconus lib. VII. & Platina in vita Hormisdæ. Iratus itaque Imperator, Legatos puppi naufragio faciendo aptissima collocari, ac sine veli, clauique regimine, maris periculis committi iussit, adicecto interdicto, ne Græciæ littora attingerent. Sed maior DEI virtus, ac bonorum virorum fortuna, quam Anastasij impietas fuit. Nauicula enim miraculo seruata in portum omnes euasere. Cuius viri merita studens Romanus Pōtifex omnibus testata facere, Ticinensi Pontifici plura in-

dulsit

dulsit priuilegia, quibus nihil fere ab Archiepiscopo, dignitate differret. Insuper etiam primum sessionis locum illi à sinistra Romani Pontificis certis casibus inter alios Episcopos tribuit. Vixit in Episcopatu ENNODIVS annos circiter viginti sex, ab anno quadringentesimo & nonagesimo, vsque ad annum quingentesimum & sextum decimum: in quo tempore colligendo accuratus fuit Paulus Diaconus; alij vero lapsi sunt. Notant hoc loco Scriptores primã hanc animaduersionem fuisse, quam Rom. Pontifex in aberrantem Imperatorem exercuerit, cum lenitate verborum potius, quam anathematis potestate anteacti Pontifices vsi in Principes fuissent: In qua potestate exercenda cum ENNODIVS, eiusque collegæ inermes, Imperatorem furore, ac telis armatum adierint, & Romanæ Ecclesiæ nomine corripuerint, præclarum facinus, longeque memorabilius ediderunt, quam si armata manu in hostem acie conflixissent: quoniam ad certum pæne vitæ discrimen, sola animi virtute freti, in alienas vires sese conjecerunt, nullis ipsi viribus dimicaturi, sed ratione tantum Christianam religionem aduersus Imperatoris furorem asserturi: Quæ quidem animi virtus maior quam humana, ac pæne diuina visa est. Extat sepulcri eius inscriptio in Diui Michaëlis templo Papiæ, litterarum figuris ferme vetustate exesis; quod templum

plum ante Gothorum incolatum ædificatum fuisse constat: Ipsius autem sepulcri carmina subscripsi.

ENNODIVS *Vates lucis rediturus in ortum,*
Hoc posuit tumulo corporis exuuias.
Clarus prole quidem, generosior ipse propinquis:
Quos functus laudum iussit habere diem.
Reddidit hos cælo vinacibus ille figuris,
Cum fecit famæ viuere colloquijs.
Quid mirum si morte caret post busta superstes,
Qui consanguineos restituit Superis?
Quantis ille foret mundi celebratus in oris,
Nec silet occidui cardinis Oceanus.
Schismata coniunxit dudum discordia Legi,
Atque fidem Petri reddidit Ecclesijs:
Pollens eloquio, doctrinæ nobilis arte
CHRISTO *restituit innumeros populos.*
Largus, vel sapiens, dispensatorque benignus,
Diuitias credens, quas dedit ipse, suas.
Templa Deo faciens, hymnis decorauit, & auro:
Et paries functi dogmata nunc loquitur.

DEPOSITVS XVI. KAL. AVGVST.
Valerio V. Cos.

Anno DXVI.

APPROBATIO.

FRANCISCVS FLERONTINVS Præpositus Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Belgica, potestate ad id mihi facta ab admodum R. P. N. Præposito Generali CLAVDIO AQVAVIVA, facultatem concedo, vt Beati Ennodij Ticinensis Episcopi opera omnia à P. ANDREA SCHOTTO Societatis eiusdem, partim eruta, partim emendata, Notisque illustrata, typis excudantur, in quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas sigilloque nostro munitas dedimus. Tornaci XXV. Octob. M. DC. X.

FRANC. FLERONTINVS.

OPVS hoc insigne B. ENNODII, *auctoris strenui quondam fidei Catholicæ contra hæreses Orientis propugnatoris, tum vetustate, tum sanctitate & eruditione commendabilis: maximè verò vt est à mendis repurgatum, & suo nitori restitutum à* R. P. AND. SCHOTTO *Societatis* IESV *Presbytero, tutò, & vtiliter imprimi poterit. Tornaci, V. Non. Maij.* CIↃ. IↃC. X.

IOH. BVCHAERVS, Doctor Theol. ac Tornacen. Canonicus.

B. ENNODII TICINENSIS EPISCOPI EPISTOLARVM LIBER I.

ENNODIVS IOANNI.

I.

QVVM salum quęris, verbis a statione compositis, & b mixta liquentis elementi placida oratione c describis; dum sermonum cymbam inter loquelę scopulos rector diligens frænas; & cursum artificem fabricatus trutinator d ostendis pelagus oculis meis, quod aquarum simulabas eloquij demonstrasti. DEVS bone, e in quantus sensus diues lingua dispergit; cum voluerit sæuit vt bestia, currit vt fluuius, fluctuat vt profundum. Et quamcunque fucatis verborum imaginibus pingit speciem veri f adstipulatione repręsētat. g Timere te scriptionem, quasi fronte tener, insinuas? dum declamationum pompam refuga laudis deposcit assertio; & fit auara gloriæ, dum

a. in statione.
b. incerta.
c. descripsi, fort. descripsti
d. expendes.
e. in quantos se vsus.
f. adstipulationem.
g. Timeretur quasi fronte.

pudori parcere se ostendit peregrinam mẽ-
h. formidinẽ. tita [h] fortitudinem. Ago atque habeo gra-
tias, quod nobilia rudimenta facundiæ tuæ
in amici, quantum æstimas, præconijs con-
secrasti. Et licet non agnoscam mea esse quę
loqueris, religionem tamen narrantis am-
plector: diligentiam pectoris laudo, quam
gratiæ per sudum rutilantis luce dedicasti?
Tibi fax ista prætenditur, quam in opinio-
i. elocutor. ne mea blandus [i] locutor accendis. Ego
noctem conscientiæ meæ, etsi non fugio,
noui tamen æstimare. Graues hiatus patitur
k. alienæ gratiæ commissa crud. [k] aliena gratia commissa, crudelitas. Quan-
quam omne crimen transeat, [qui vult] de-
cipere confidentem: gaudia tamen, mea de
l. de te mea. te epistolaris alloquij dotibus adimpleſti,
dum nouitatem censuum monstras sere-
nitate sermonũ, & veteris decora prosapiæ
nouelli vincis nitore colloquij. Sat fuerat
m. seniore te. parentũ tuorũ desiderijs [m] seniora te fami-
lię ornamenta æmulari: vincere posse sicut
nemo credidit, ita nullus optauit. Vides
quantũ ad vngue polita conuersatio precijs
bene nascẽtis adiungat? Quod iubar sangui-
nis prestitit, superauit industria castigantis.
Credidi votorum summam fatigari, si te
n. natalibus reddidi suis. [n] talibus reddidisti; illud non expendens
quid claritati tuæ cohabitator infunderet.
Sit forte in estimatione arbitrij mei defrau-
o. credidi. data cognitio. Neminem [o] creditur ad Oly-
p. pernix. briũ peruenire, quẽ vicinis calcibus [p] peruię
insecutor adiunges. Beatũ facturus nempe
si vi-

si viceris. Deũ precor, vt adolescẽtię in te, quę primordiis mõstrãt, bonę frugis germina conualescãt. Domi habes vnde exhortationis meę viua sumas exẽpla. Te pater moxũ trãquillitate, socer eloquẽtia similẽ producat. Si me voti reũ facere cælestia regna dignãtur, vnũ precor vt mei meminisse *sedulo* digneris. Ne illius, cuius perfectionẽ interdicendi simulacra mẽditaris, obliuionis quoque par esse contẽdas. Sed ad Epistolæ morẽ reuertar, quẽ affectio tua in longum produxit. Salue mi Domine, & amantẽ tui frequentibus cole munijs literarũ, ne amoris cõtestatio sola, sicut solet in quibusdam esse, præuij in te putetur extitisse sermonis.

q. adolescẽtia in te, quæ perfectionẽ primordiis.

FLORO. 2.

Noui me durã cepisse prouinciã, & grauẽ sarcinã humeris infirmis attollere, qui sublimitatẽ tuã, quãtũ ad me, quietã erborũ stimulis excitaui. Sic minaces cẽte bestias inualida lacessit adolescentia, & dũ maiora viribus prouocat, quod cũenire optat, spectaculum putat esse, non prẽlium: Sic mens congressionis ignara certaminibus ante periculum, debet affectum leonis rabiem: & quam Libya alit bestiã, quã te lingua cẽleo mitiorẽ, quę me prẽcipitauit[a] insca. Qui animi feruor à cognitione tui peregrinãtem *in deuiũ vt nescirem quid intentioni, lacessitus deberet, qui semper cõtumelias primus inciper*, qui in iniuriarũ gymnasiis nũquã meruit post haberi. Clericorũ certe exercitatissimus[b] ma-

a. inscitia.

b. maledictor.

ledictorũ qui ad eos ſemper nouelli, & acuti dentis morſus exhibuit, quẽ euadere ad vnguẽ ducta vita non meruit, cui ceſſit omnis eruditio, & quaſi c comitẽ fidus religioſorũ fugit vniuerſitas. Hunc d ergo improbus, & frõte debilis excitaui, hac fiducia prouocaſſem ventos ad flãdum, ad curſum flumina, Fauſtum meũ ad facũdiã, qua te ad garrulitatẽ loquẽdi parcus, ferratis verborũ calcibus animaui. Ignoſce quęſo, & quod in aliis vitium putas, taciturnitatẽ amantis ſperne, e abſtine à reſponſis, procacitatẽ dãna cõteptu. Tecum decertet de mediis curę finibus eductus, circa gallum proſapia conticeſce. f Silentij tui ſi prævales talione mulcemur. Caue, mi Domine, ne incipias minorẽ loquacitatẽ prouocando humilis g extenuari. Quid enim laboris eſt iacentem in ea parte ſuperare, & triũphũ de eo ducere, qui ſe ãte conflictũ impare cõfitetur. Eſto mihi tamẽ apud Dominũ Fauſtũ amoris mei fibula, ſi querelas, quãuis anguſtas & ruſticas, ſtudes euadere.

c cometes ſidus.
d. ego.
e. prouocãtẽ.
f. multetur.
g. ęſtimari.

FAVSTO. 3.

ACTA eſt cauſa deſiderij mei beneficio querelarum. meruit impudentia quod negabat vrbanitas; diligentiam ſancti pectoris, quam artifex ſilentium tegebat, elicui. Taciturnitatem, quæ ad fomenta ardoris mei parata fuerat, terminaui, prorogando viles paginas, precium vincentis accepi. Sic vſuram cultori vexatis reddit

vber

vber terra cespitibus, & fœturam nobilem de singularibus parturit gleba germinibus: sic ad vocé vnius hominis montium secreta respondent. Et dum angustus clamor vincitur, valetudinem suâ [&] elementa [a] manifestat. Euangelicis tali facto obsecutus oraculis, fructum de præcepti sum veritate sortitus; cuius declarat instructio, quod pulsanti sæpe surgat DEVS, & tribuat, si non propter meritum, vel propter importunitatem. Facessat post hac infidelium male cauta discussio integritati [b] sine periculis præsentibus: idoneus mihi testis altipulor, frequenti oratione optata promerui; concessum est precū assiduitati, quod negabitur examini. Debeo vobis amicitiā querimoniæ meæ, [c] quā dū votis effectū tribuitis, pl⁹ amabo fuerit, si [d] origo vestra à iusto dolore veniēs, frequēter à vobis postquā præstitistis, etiā illęs⁹ incipiā, delenificā allegationē amplexus Epistolaris [e] eloquij. Ago atq; habeo gratias, quod me diu tristiū voluistis esse participem, [f] si feciſtis hoc forsitan voto & studio consulentis. Sed adscribo peccatis meis, quod maioribus, dum temperatis alloquio, sum iactatus angoribus. Mihi vni in aduersum prouisa contingunt, dum grauiora semper in mœrore æstimo quæ tacentur. Quia credo, quod de mediocribus sępe cōmunicentur verba languoribus, cum proximitas funeris imperet silentia cito rumpenda. Deo gratias, qui ea quæ

a. manifestāt.

Matth. 7. 7. Lucæ 11. 9.

b. sententiæ periculis.

c. quas.

d. licet origo.

e. alloquii.

f. feciſſetis.

g. estimantur. dura & existimantur clementia bene vertit; & quę ex merito nostro vētura collegimus, ex sua tacit miseratione transferri: voluissem tamen, [quod] talem circa paruitatem meam dignatio vestra tenuisset affectum, vt quem h contempte gaudijs adhibuistis, cum eo elegisse tis i non aduersa partiri. An putatis tale beneficium in acceptum me esse relaturum, si ab ęstibus pectoris vestri tanquam male fidelis excludar. Non est, vt video, apud vos mei ratio dispensata consilij. Ego mihi perire gratiam puto, nisi eam rerum omnium vobiscum communicatione nutriatis. Definite quęso in hac mihi parte consulere, vestra impendiò verba cupienti. k Qui si votiui negentur affatus l fatiscat, vt terra cui cælo nihil m linquitur, nec venas suas succo bibuli humoris infundit, vnde in natis alimenta culinis exhibeat, & ad falcem grauidas aristas adducat. Vt piscis aqua abstractus vitalibus indumentis priuatus extinguitur; sic ego n subditus alloquij vestri fluentis interimor. Quærant alij quod delectet; ego res ad animam pertinentes expostulo. Mihi non tam delitias verba vestra pariunt quam salutem. Rem fateor nullis coloratam fucis, nullis nebularum depictam mendacijs; quia non sum simulandi artifex. Decerptum aliquid vitæ meæ censui dum tacetis. male vos fideles o asserimus, si ad aures meas generaliter

h. comitem sæpe.
i. etiã aduersa.
k. Cui.
l. fatiscam.
m. liquitur.
n. subductus.
o. adseretis.

deflenda

defienda per vos deferantur incommoda. Quasi nescire p aliter Christiano liceat malum, cui Roma succumbet. Barbaras nationes, & à nostro limite toto pene orbe q diuisas, continuis hæc cognitio lamentis ingemiscere, & ad solatium nostrum lacrymas commodare, huius rei magnitudo vestra adhibere se r iudicem fugit, vt in perniciem meam fallacium nunciorum diabolica cum securitate vota mentiantur: vt non sit, ad cuius veritatem post fabulas redeam, nec qui animum meum veri demonstratione sustentet. Caue faxis, mi Domine: vobiscum mihi alia res est, s aliud fori ius, aliud triclinij. Audiat te t quòd in conuersatione publica didiceris, familia domestica retexentem subiectorum animos, & fideles, vt putatis, mentes relationum vestrarum cibis u aletis, ne ieiuna amicorum corda talibus ferculis impasta moriantur.

p. alicui.
q. discretæ.
r. iudicem.
s. alia fori vis, alia triclinii.
t. quæ.
u. alite.

FAVSTO.

4.

AMici fidem secutus & x suaui orationis sapore prouocatus, pene vitium crediderim esse virtutis, & dum plus sermonum diademata credo valere, quam conscientiam, culpam, quam mens non agnoscebat, incurri. Non sic ceruis sibilo artificibus insidiis blandus venator illudit; non ita pœnarum mẽtita, formidine discoloribus fucis vltro expectanda retia

a. Anagnistici. v. c. fort. Anagnostæ, vel anamnisti.
b. suadæ orationis.
c. formidinē.

manus magistra componit, quemadmodum me captum, & sponte capistris ora porrigentem magnitudinis vestræ tenuere sermones. Commissi nescius [vobis] impugnantibus diu, vtrum essem innocens, inquisiui, aliud sentiebam de Epistola vestra, aliud de proposito meo. Quis rogo fuit patrandi sceleris tam vetustus admissor, qui purgationem crederet, si alieno se fateretur præcepto suo militare flagitio, cum nemo de se confesso iuste credere possit crimen alienum? Sed credo iuris, & legum expertem fuisse personam, & sola calliditate compositam. [d] Qui etiam inuitandi inscriptione aliena imaginem [e] veritatis indulgeat, & proprietatis simulacrum lenocinia pudēda concilient. Nolo cuiusquam nomen incessere, nec contra conscientiā accusantis subire personam, sufficit pudorē meū in statione [f] constitutum: [g] alios iacent incertos vētorum: ego tamen & si [h] impare talia calcaribus amatę lectionis adigerer, Patriarcharum me imitatione defenderem. Furto * Iacob primogeniti fratris vicit ætatem, cuius beneficio principatum obtinuit, quem natura nō dederat. * Dauid dum lustraret deuia studio fugæ, & angusta terrarū Propositionis panibus famē depulit; & contra legis vetita; quæ minores habet aculeos, esuriē corporis effugauit. Ego inediā, quā de diuinis libris anima impastus cōceperā marcēt.bus diu debui tolerare viscerib', donec con-

d. Cui
e. veritatis vsus.

f constituī.
g. alias iacent incerta.
h. imperaret alia.

* Gen 25. 31.

* 1. Reg. 21. 6.

concepta lues ad vitalia ſecreta percurreret. Dauid Propheta diuina dogmata regijs ſubduxit penetralibus, quæ ad inſtructionē ſuā pudicus, & imitandus raptor adiunxit. i. Daniel, v. c

Quid iuuat ire per ſingula? cū ad * munimē impugnatæ vna ſufficiat de commemoratis perſona cōſcientiæ? Quæ tamen verecūdiæ ſuę & naturali, vt ita dixerim, debilitati ante neceſſaria petitione proſpexit. Nam etſi ſum poſt negationem, qui me reum fecerim æſtimate. Doctorem Libycum aſſeritis ſublata à ſe puero poma fleuiſſe. Merito lamētis expiandum eſt, quod cum pudoris diſpendio venter acquirit, vilia fuerint forte quæ ſuſtulit, aut negligentia, aut vſu, aut tempeſtate peritura. Non fuit culpa vacuus, tamē iuxta Apoſtolū *raptor carnē quam animā plus amabit.* Tobias Propheta huiuſmodi cōmiſſoribus occurrit, & diuina voce teſtatur dicēs; *Non licet nobis aliquid manducare furtiuū*, cum dixiſſet *manducare*, non dixit; *non licet nobis aliquid lectitare furtiuum.* Ioſiam, vt narrat hiſtoria, ſubrepta papyrus inſtruxit. Ego homuncio hoc non facerē, quem vos contra ingenij vires ad ſcientiam diligendam verborum ſtimulis * fouetis. Si reuertor ad virum oportunum pręfati, quantum ſcribitis, ſceleris admiſſorem. Qui in vtraq; parte fidē violās, nec vos ſecuritate, nec me facti ſi ſcripſi perfectione donauit: cōtingat mihi ſalua magnitudine veſtra corā poſito ſecūdū mādata, poi tanti viri, prout animus meus habet, terga multare. PRÆ-

* *Niniuen male antea.*

B. Aug. lib. 2. Cōfeſſio. c. 4 & ſeq.

1. Cor. 6. 10.

Tob. 2. 21.

4. Reg. 22. 11.

* fodetis. Sed reuertor ad virum optimū præf.

PRAECEPTVM QVANDO IVSSI sunt omnes Episcopi * Cellulanos habere.

5.

* Cellulani pro monachis aut Eremitis, vt Sidonio Lib 9. epist. 3.

NVlli dubium est hominem, qui carnalis concupiscentiæ illecebras sacri amator instituti magistra viuendi arte domuerit, & præceptorum falce cælestium erraticos palmites de conuersationis suæ radice sustulerit vitali traditurus incendio, fructuosa plantaria ad supernum fouere valitura compendium: vnde [a] diuina iussa capiunt [b] pensiones. [b] Et cum sancta sinceritate innocentiæ, ita opinionis luce gratulari, nec bonorum facem meritorum maledicentis credendum est extingui posse conflatum. Quomodo etsi dente tangatur inuidi, splendor vitæ vmbram venenatę oblocutionis excludit, [c] auctorem repetunt tenebræ, quæ ad inuoluendum iubar aptantur, nitorem siderum nox infusa non obruit, ad genium claritatis proficit cum obscuritate conflictus, lunaris globi ministerium, die recedente plus rutilat, & placet suo lumine dum fugat alienũ. Sub externum ius non mittitur, qui lucẽ facere vt auctor assumit. Sed quomodo noxiæ mentes definitis se æstimant senioribus non teneri putantes Prophetarum præcepta dicentium; *os detrahentis eradicabitur*, cum ætate vetereſcere, & valetudinem non habere per tempora, quasi nouellis tantum timor debeatur statutis, & ad pœnam reos

a. annuas diui.

b. Et cũ sicut sincer.

c. auctorem.

Hierõ. ad Celantiam.

lex

lex annosa non teneat [&] cum temporum operator Deus Prophetæ vsus officio, & antiqua iusserit, & moderna disponat. Et vnus atque idem boni fabricator instituti circa homines quod præmisit in parentibus, seruet in posteris. Sed ad propositum reuertamur. Exercentur quidem sanctæ animæ sermonibus æmulorum, & ad glorię augmenta deputant, quidquid contra earum meritum accusator ingesserit. Sicut Doctor gentium clamat, homines oblocutionibus exerceri, vt solent arbores, quæ ad terræ penetralia validis radicibus peruenerunt, decerpere, despicere flabra ventorum, & certamina procellarum, stabilitate propria animante, contemnere; sic illi repudiantes superstitiosi quæ impacta fuerit caligo figmenti, per sudum radios bonę conuersationis ostendunt. Nam dum quis illorum obiectis, conscientia teste, congreditur, ad triumphi spem interna æstimatione percurrit. Nos tamen quos pastoralis cura constringit, quibus tuendarum commissa est animarum diligentia, ne summorum quispiam [d] inimicorum desperat, maximè cum mali ipsius recens oculis offeratur [e] exemplar; cum Apostolicæ sedis Præsulem, & omnium pene Ecclesiarum gubernacula tractantem per proximi tumultus incendium inimicorum rabies tali ore momordisset, & in ruinam suam aliquorum furor, [f] sed iusta indignatione surrexerit. Hanc ergo volentes morborum desecare perniciem,

d. minimorũque dispereat.
e. exemplum.
f. sine iusta.

ciem, ne in locum iniquæ assertionis nostrorum aliquis negligentias aucupetur, & simi-
g. fultus. litudine veritatis ad impugnationem [g] fuscus occurrat, qui, vt aiunt, viua hominum
h. nefas dictu e.l. testimonia non formidant, dum quod [h] nefas Deum est conuicti loco deputatur incautus; & feciſſe scelus creditur, qui potuisse facere
i. perhibetur. [i] prohibetur. Nemo Dei oculos, quam hominis iudicat plus timeri. Errorem creditur
k. solitudo. fouere [k] solicitudo, & profundam nequitiam incomitatus admittere; quasi cælo facinora penetralibus inclusa non pateant. Et vindicari malum
l. nequeat. [l] non queat, quod homo non respicit, credentes, quod rem studij possint deputare necessitati; & dum homo homini custos est,
m. alium. [m] alios maledicendi ordine pudicitiam valeant
n. applicare. [n] accommodare formidini. Nos
o. ex vna. quidē vel [o] ex ima parte carpendi occasiones incidimus. Nos supernæ memores disciplinæ qualemcunque sacerdotalem dexteram volentibus perire porrigimus, & [arundine] à ruinæ præcipitio diabolicis actos stimulis retardamus; vt discant loquaces, vel post decreta præsentia religiosum amare silentium.
p. sacerdotū. Nullum ergo [p] sacerdotem antiquis & modernis legibus obsequentem nullumque Leuitarum sine bene probata volumus in quo-
q. substantiæ exilitas. cunque loci manere persona, vel quem [q] subire exilitas non permiserit habere consortem, ipse concellaneus fiat alterius. Publicum sit apud religiosos omne quod geritur; clandestina repudietur obscuritas, multos

habeat

habeat actuum conscios, qui Deo debet innocentiam; videant æmuli. quia qui testes adhibet vult probari, male deprehensa inducetur conuersatio, quæ non optat agnosci. Certè, vel si mens sit recti conscia, vindicta dignus est, qui alij existit causa periculi: dum enim suspicionibus patefacit accessum, fit fraterni origo discriminis. Et qui peccandi fomenta tribuit, ipse iugulum mortis impingit, vt ait Diuinus & Beatus præco; *Noli detrahere, ne eraderis*. Confessor Ambrosius: *Multi non dederunt erroris locum, & dederunt suspicionis. suspicio ista est interitus suspicantis, atque non caret peccato qui dederit*. Vnde mansuro cum Dei [timore] & Redemptoris nostri ordinatione constituto sancimus Apostolicæ sedis beati Petri, vel Præsulis eius auctoritate Papæ subnixi, quæ vitia desiderat radicitus amputari, vt nullus religiosorum de memoratis ordinibus aliter quam præfati sumus, audeat conuersari, vel quicunque præsumpserint, cum amissione pudoris honorum damna sustineant. Quomodo grande malum est dicatam Deo personam salutaribus monitis non parere? Nullus secum extraneas habeat mulieres præter personas Canonibus designatas, ne agendo taliter, etiamsi vita sit innocens, damnum opinionis incurrat.

r. iudicetur.

s. Iacob. 4. 11. Prou. 24. v. 21. Cum detractoribus ne commiscearis, &c.

FAV-

FAVSTO.

De Auieni Consulatu quasi Panegyrico grãtulatur.

6.

A Bundantem Dei misericordiam precatus, commendo ipsi anni felicis auspicia, & beneficiorum eius muneribus sublimis iam consularem virum quasi [a] æqualem aggredior, hactenus trabealis [b] Coturta pompam familiæ nostræ peregrina ornamenta tribuebant, & pertinere nos ad eum magis affinitate, quàm genere gaudebamus, [c] qui anno nomen imposuit. Munus erat, non debitum, quod inter curulium possessores diligentium fabulis addebamur, quoties nos obnoxios sibi fecit lingua, quæ apud alios exaltauit, vt commutato conditionis ordine alienis nostræ nobilitatis insignia deberentur stipendijs. At nunc facessat inuidia, vetustorum reparator fascium nouellus Consul illuxit, & [d] dignitatis nostræ curiosas fores robustus reserabit impulsor. Ad rediuiuam valetudinem tremebunda marcescentium cardinum limina iuuenescunt, quę nullis credo, Deo auspice, quia posthæc obicibus claudenda patuissent. Nam Auieni mei non vnus, sed primus est Consulatus, stirpis suæ gestatura aquilas agmina prævius anteceſſit, & ad principalem militiam iter virtutis ostendit. Si quæ est ſecularium reuerentia dignitatum, si quis honos & hominem viuere post sepulcra, si quid prouidit astutia

a. æqualis.
b. Coturni.
c. Sic emẽdo. Sidon. Carm. 2. v. 95. Indiciis populos, atque annum nomine rexit.
d. dignitatum nostrarum curiosas fores.

astutia veterum, per quod e hominibus animi vincantur f adulti iure. Fastus huiuscemodi putantur inuenisse consilia, quorum longæuitas & senectutem refutat, & terminum. Deus bone, quantum est vnius vocabulum hominis impensum in dictandis legibus laborem vel stabilire posse, vel soluere? Macte insignium adolescens virtutum, qui per obliteratum materni stemmatis callem, vitales honorum secures attulisti, quibus annosas ne posteritatem tuam retinerent splendidissimi itineris obices amputaris. Cedant huic priscorum laudes, quibus nobilitatem doctorum commenta pepercerunt: quæ phaleratis verborum supercilijs meritum mercantur à relatore. Necesse enim est exilitatem thematis narrantis opibus ampliari, vt dos quæ in materia non inuenitur styli processionibus inseratur. Vt taceam Fabios, Torquatos, Camillos, Decios fuisse superatos; teipsum, mi Domine, qui vniuersos vicisti eius primordijs existimo votiue cessisse. Tu per duratum proauorum, auorumque Scipionum tramitem iam grandiorum penè præcedentium cõnexus lateribus ambulasti, ita vt sub coniunctione nunquam interpolatæ felicitatis g morderes. Ad Auieni mei adhuc teneri virtutes pertinet, & tuo generi continuare fasces, & nostro reddere. Ago gratias intentioni in commune augmentum profuturæ, per quam cum Dei beneficio natalium bonorũ claritas hactenus intercluſa

e. ab hominibus.
f. indulti.
g. incederes.

resplen-

resplenduit, per quam diem suum lucidus sanguis agnouit. Quam voluissem votorum meorum summam coram positus intueri, si non peccatorum magnitudo munus cæleste, quod non potuit desiderijs, denegaret aspectibus: Et nefas sit, hominem vno eodemque tempore vniuersa optata promereri. Illud tamen inter maximas Redemptoris nostri remunerationes credo numerandũ, quod lumẽ felicis infantiæ Cõsul meus cum honore [h] sanctus ingressus est. Spe[i]percipio quod paretur laboribus, cum talia primordijs exhibentur. Inauspicatis successibus illi prouectuum incrementa ventura sunt, quem cœpisse videmus à fascibus. Minus est quod sibi de prosperitatis euentu in antiquorum præconijs vetus fama blanditur. Quod attrita puluere canities, quod vita sub fasce acta vix meruit, quod grandæuus de impetratione nunquam certus optauit, hoc memorato sæpius adolescenti meo supernum munus ingessit. Additur quod in principio vitæ disciplinis optimis institutus, videtur meruisse quod adeptus est. Nec dignatur totũ in se felicitati tribui, in quo possunt etiam dari plura virtuti. [k] Natura indecus scholas & literarum studia consecutus paternæ perfectionis æmulator, talem se industria sua filium reddidit, qualem alter vix potuit elegisse. Quidquid Attica, quidquid Romana præcipuum habet lingua, [l] agnouit; aurum Demosthenis, & ferrum Ciceronis expédit:

h. senis.
i. præcipio quid.
k. Naturæ indices, leg.
l. cognouit.

Vtramque

Vtramque dicendi seriem Latinus relator impleuit. Grammaticæ institutionis repagula, & illas dicendi legales angustias pro libertate complexus est: Oratoriam pompam sectando masculæ dictionis brachijs æqualis ad certamen eduxit. Sed quo me rapiat processus affectionis terminum refutantis agnosco; diuisus proposito Consulem eruditum ingenio impar appello. Ad vos reuertor, cum quibus mihi commune gaudium, par desiderium, æqualis supplicatio est. Oremus Deum quia vota [m] vestra modum refutant, vt ipse faciat perenne esse quod tribuit. Nec [n] vtraque circa nos muneribus suis terminum ponat, qui largiendo damna non sentit. Vos gaudete tamen vestro tam excellenti bono, quibus fas est [o] contrabeas suas habere filium in obsequio Consularem: si tamen in sententia mea cælestis vigor operatur, & tota mens humanis delictis inclinata non subiacet, fidelium orationum vestrarum retributio est circa sobolem dignitas impetrata, Vrbi sufficecerent, quantos habet domus vna, precatores. Felix mater tot Imperatorum domina, vos apud Deum precibus suis matrona fortis attollit, per tantos *regnum cæleste vim patitur*, quorum meritis à diuina clementia, quod postulatur, exigitur. Scriptum enim meminimus, dicēte Domino discipulis: [p] *Si conuenerint duo aut tres vestrum, quidquid petieritis impetrabitis.* Credo Redemptorem iusto-

m. nostra.

n. vmquam.

o. post trabeas.

Matth. 11. 12.

p. Si conuenerit duobus aut tribus vestrū. Matt. 18. v. 19.

rum raritate prospecta pro mundi salute perituros duos dixisse sufficere; licet coniectura perpendi si possit tribus aliquid denegari pro suorum vtilitate poscentibus. His ergo
q. spebus. q speciebus animatus, & iustorum cognatione sublimis confido de superna benignitate etiam me ad optatæ copiam gratiæ peruenturum. Si Abrahæ meritis Loth sanctorum turbis asciscitur; si hi qui caruere proprijs propinquorum ad celsa perduci meruere virtutibus, annus ille familiæ vestræ pariet dignitates. Nam si vobis cordi sum facile ad
r. impetratione. cœlestem gratiam optata r inspiratione perducor. Domine mi, salutationis reuerentiam soluens veniam postulo de prolixitate sermonis; quia difficile est magna gaudentem, parua loqui esse contentum.

FAVSTO

Comi & lacus Larij descriptio: qualis & Pauli Iouij exstat.

7.

DEus bone, quam nihil est arduum magna curantibus, & qua quiete diuinæ mentis visa describunt. Quibus ornantur dotibus loca, quæ lingua diues, & dicendi peritus aspexerit, si religioso liceat sine discrimine confessionis enarrare proposito. Quasdam mundi artifex Deus prouincijs felicitatis stupenda secreti sui largitate concessit; alias vberius, melius alias vinum iussit effundere; alijs contulit triticeæ segetis ope gratulari,

gratulari, multas pomorum vtilitate, vel varietate donauit. Quibus hæc tamen ipsius naturæ repugnantiæ merita non dederunt, fecit eas relatore sublimes: [a] non est enim ieiuna cautibus gleba desperet. [b] nec enim respondentia cultori arua subiaceant. Linguarum genio terris merita tribuuntur; & qualiter quis loqui potuerit, taliter rem, de qua fuerit locutus, attollit. Crescetis prouinciæ cultura sermonum. Oris est, quidquid in vobis [c] lector scriptura, vber solum, & diuitibus quæ te iactas terra palmitibus, quę per modicos sulcos scalpentem dorsa [d] pacis agricolam, quæ venas diuites, & in ipso prosciłlionis pandis exordio: [in] quæ susceptа germina multiplicata messe restituis, nihil tibi commune cum maximis, si ad te dominus Faustus Romani status eloquij non serenus accesserit. Ecce Comus [e] pullæ quondam pene in silentium missa conditio, quæ nulla se hactenus commoditate, nulla, vt aiunt formositate iactauit. Quanto gaudet ingenij elata priuilegio, quæ per prærupta conuallia, & patulos cohærentium hiatus montium æstiuis niuibus miseram scit exhibere concordiam. [f] Qui per pericula pendentium cum via cultorum ante terram per scopulos opus est seminare quam germina. Cui calamitatis genus est, ripatum Larij confinia canis ornasse nemoribus, vt subridens illecebrosa risione dominantibus blanda [g] facunditatem fronte

a. non est vnde.
b. nec vnde non.
c. lector scriptura vber.
d. pascis.
e. spullæ.
f. Cui.
g. facunditatem.

mentiatur, & in perniciem posſeſſoris pulcritudinem nutriat execrandam, vbi primum fabricis ſuis per prętoria Domini tributa diſſoluunt, dum antiquorum [h] lacunas parca nituntur frugalitate reparare, & profligantia patrimonium fulcire culmina. Indigenarum copia ad hoc tantum ſeruata, vt functioni publicæ per æquatoris etiam vota tranſcẽdens [i] numeris, non deeſt piſcium populos non ad delitias, ſed ad horrorem nutriens. Per [k] quod diſcimus, quid laudis captorum alibi ſapor mereatur, vbi aër pluuius perenniter & minax cœlum, & quædam vitæ ſine tota luce tranſactio. Dulcia Larij oculis [l] fluentia tranſeuntibus, & ad natatum, quos perdat inuitantia. Quis ferat decorum gurgitem ſub hac deceptione fallentem? Quid dicam inſulam relatione factam habitabilem? Quis non hoc miretur, in qua minus amatur vita ſeruata; in qua portio fuit euaſiſſe diſcriminis. circa quã piſcibus hominũ miniſtratur eſca cadaueribus. Nulla enim præter aquas Larij defuncti ibidem ſepulcra meruerunt maria, fluuium Adduamque laudaſtis, quos per confuſos ductus diſcrimen, lacum tumoris oſtendit, qui agnoſci cum eo nunquam niſi per turbida fluentia potuerunt. Tanti fuit diuitias facundiæ in rebus laude carentibus oſtentare, [m] quanti non fuerant hæc omnia naturæ beneficia ſi [n] dediſſent. Cælorum tamen Dominus, qui hoc vobis poſſe conceſſit

h. laſciuias, fort. lacinias.
i. numeros, nõ deeſſet.
k. quos.
l. fluenta.
m. quanta.
n. dediſſet.

cessit, munera sua sub perennitate tueatur. Quia hæc ego non quasi à vobis diuersa sentiens scripsi: sed vt ex istis lector agnoscat, [o] omnia per stylum vestrum melius esse legere, quam videre.

o. Comum per stylum.

FAVSTO. 8:

QVantus est [a] fascis inuidiæ, quam facilis nocendi via, quoties præcedenti opinione laborat impetitus. Nemo quid [b] sanctum sit, vt video, quidúe [c] infandum respicit, ad impugnarionis fidem solum aduocatur pro teste propositum. Deus omnipotens mutatas ordinum vices vertat in melius: & rerum statum, qui labe temporis, aut meritorum nostrorum nebulis obsoleuit, aurei sæculi candore perfundat: quando hominum obscenissima crimina innocentis officij texit vmbraculum. Et quidquid amorum nube descendit, cælestis militiæ serenitas excusauit: at nunc in aucupium trahitur malè creduli interpretis clericatus, & quod ante religiosam professionem admisisse non decuit, hoc postquam per titulum Ecclesiasticum culpis renunciauimus, sine honesti credimur consideratione peragere. Qua me tempestate procella immanium peccatorum ire ad famosum officium compulisti; in quo omnes errorum rami [germine] viuendi magistra solent

a. fort. fascinus.
b. factum.
c. infectum?

falce truncari. In eo de me facinus credi facis omne fallētibus. Ille mancipia sua à me sublata defleuit, & contra potentiam Ecclesiastici militis aduocandam credidit regiam defensionem. Rogo quis hoc commentator velut in scena proponat? Quis Poëtarum fabellam fucis similibus aut commenticijs personis instrueret? Nouit Dominus, qui manu valida in adiutorio vestro mei propugnator assurgat, totius me esse technæ *d* huiusmodi ignarum: Ante aliquid temporis pueri duo, qui sibi à præfato asserebant inferri violentiam, ad opem se Ecclesię sub interpellatione publica contulerunt. Preces adhibuisse me memini, vt circa eos, quod defunctus voluit, seruaretur; auditurum se deceptiosis & blandis promisit illecebris, vt ad obsequium reuerterentur, ad quod deputati fuerant. S. Episcopo patre vestro præsente, qui eisdem præbebat auxilium sub notitia ciuitatis hortatus sum. Quid postea euenerit, ignoraui, nisi postquam malè retentatoris nomen accepi. hæc mentior, nisi impugnatoris mei attestatione cōstiterint? *e* qui tamen gratias refero, quia sub quauis occasione votiuas exegit epistolas, quæ mihi multum doloris iuffionis vestræ dubitatione *f* reportauere *g* de tua enim deliberatione esse video, si vos vtrum audiam, quæ iubetis, in ancipiti esse cognosco. Nulla me tamen nec magnitudinem vestram ex ea parte apud Deum culpa respiciet,

d. huius ignarum.

e. cui.

f. pepererunt.

g. de me enim deliberatum esse video.

spiciet, quia præfatos mox ad seruitium illius boni viri sine alicuius audientię libra ire compuli. h Domine mi, salutationem largissimam dicens, quam vellem si istis negotijs paginas non negetis, aut accusatores meos ipse componere, aut, quod est familiarius, frequenter errare.

h. Domini mei salut.

FIRMINO. 9.

IOcunda sunt commercia literarum docto auctore concepta illa, in quibus ad vnguem politi sermonis splendor effulgeat, vbi oratio diues frenis peritiæ continetur: Quando abundantem loquelæ venam laborioſus in lucem scrutator adduxerit, tunc procedunt officia a subsequentis desiderijs paritura. At vbi scaber sermo angustiam pauperis signat ingenij, nec conceptum suum in ordinem digerendo, noctem studio elocutionis intersecrit, & nebulosæ enarrationis b ambigua quandam generat de ipsa explanatione cæcitatem; quis non personæ talis sine eloquentiæ arte constitutus spernat affectum? Grauat conscientiam perfectorum amor indocti. Sed vis caritatis internæ necessitudinis vinculis adiuta non fertur. Nescit experiri quid possit, quem caritas stimulis suis exagitat. Solent tamen dignos venia iudicare perfecti, quos inter epistolares vias nutantia discernere vestigia soletis, quid dicere c voluimus attendere,

a. suscipientis.

b. ambiguâ.

c. voluissemus

quoties non eloquuntur vota sermones,
d. perlatricis. idoneæ tamē[d] perlatoris viaticū prægrauaui. Et [e] qui me præsētare viuis potuisset affatibus, [f] eū epistola comitante perduxi, minus nobis periculi esse confidens, sub interceſſoris [g] boni præsentia deliquisse. Vale ergo, mi Domine, & amantem nostri peculiaribus fouete beneficijs, sic apicem vestrum, si est quo crescat adhuc, diuinus fauor attollat.

e. quæ.
f. eam.
g. bonæ.

*OLYBRIO ENNODIVS. v. c. a. fauos.

* EIDEM. 10.

DVm [a] fauus loqueris, & per domos cereas eloquentiæ nectare liquentis elementi mella componis, peregrinum labijs meis saporem epuli diuitis infudisti. Herculei certaminis, & triumphalium Anthei casuum faciens mentionem: sic se equidem exercita literarum Gymnasijs palæstra dilucidat, sic madefacta studiorum oleo, loquendi artificijs oris membra submittunt. Sed voluissem (fateor) illius, vt aiunt, pugnæ commemoratione morderi. [b] Antheus fabella senior, ne elisus vinceret, matris solatium, postquam cœpit non cadere, loquitur perdidisse. qui per callidi hostis fabricam, fertur stando esse superatus, & in pectore animam posuisse certantis. res scilicet [c] digna memoratu, sed amicitiarum indigna propositio. Nos nempe, memini fœderis certamina suscepisse, sed per quæ mutuæ vincamus

b. Antheum.
c. dædala Lucretius, & Horatius vtitur.

mus caritatis officijs; vt dum inter huiusmodi luctamina nitimur, & vinci ambo optemus, & vincere; nobis per communia peccatorum secreta viuendum potius quam abeundum est. Matris Ecclesiæ ope sociata quæ vtrosque, vt vera loquamur, fidei vbere, lacte pascit altrici. Cessent anilium commenta Poëtarum, fabulosa repudietur antiquitas; status innocens ruinæ nequaquam misceatur alterius. Nobis, si placet, in nouellum vsum maiorum exempla reuocare potius Pyladis & Orestis; Nisi & Euriali; Pollucis & Castoris, si nihil his clandestinorum actuum decerpit obscenitas, conuenit gratiæ meminisse vel fidei. Quos inter se ita concors animorum deuinxit æqualitas, vt horum duos expetitus cum amicis iuuaret interitus, alter amico vitam precio suę mortis afferret. Ista sunt digna memoria, quoties inter nouos concordię nexus, vdo (vt ita dixerim) animorum libro, cespitibus validis fœtura nobilis iuncta maritatur. Illę mentes promittunt poma concordiæ, quæ quid in cultura sudoris sit opus agnoscunt. Gaudeo tamen, quod iam indissolubili societate moribus iungimur, & ab ostio affectionis [a] pereamus lucem, caritatis incrementa pensamus.

Val. Maximus lib. iiii cap. vii. Cicero 3. Off.

a. per examinis lancem. v. c. recte.

*BENEDICTIO CEREI. 11.

* Est & in B. Hieronymi operib. & in Prudētii Cathemerino.

DIgnum & iustum est, verè dignum & iustum est, vt quod à te Domine [a] ac-

a. accipimus

precio, saltim voce soluamus. v.c.

cepimus, prece solum & voce soluamus. Et licet noſtra lingua auctoris ſui beneficijs digno nequaquam reſpondere poſſit affatu; vult tamen diuino miniſterio profeciſſe, quòd facta eſt. Nam cùm ceteris animalibus hebetata caligantium craſſitudo ſit ſenſuum, vernat in hac diſpoſitione Dominica hominum factura præſtantior, quòd ſola vberius poteſt ſentire factorem; quæ tamen cernuis eſt ſocianda rectè pecudibus, ſi cæleſtis ignara muneris, velut elinguis, beneficia diuinitus conceſſa concludat. Nam vt abſoluit à crimine in holocauſtis myſticis, non habere quod offeras; ita digna piaculo res eſt, offerenda ſubtrahere. Parili namque iudicio cenſendus eſt, & qui nunquam loquitur per naturam, & qui quod loquitur, non reddit auctori. Idcirco, Domine, ſtupendi huius opifex elementi, aliquam tibi à nobis reddi credimus humili ſatisfactione particulam, quòd totum cognoſcimus nos debere. Quis enim alius præter te, mundi fabricam perpendiculo repentinæ iuſſionis exactam, bifida auctoritate ſolidauit? cùm primum præcepti tui miraculo terra coagularetur in pelagus, & deductis deinde aquarum impreſſionibus, illa naufraga poſt ſitiret. Cuius etiam, niſi tuæ inueſtigabilis fotu iuſſionis ſuſcepta germina nutriuntur, qui calorē gignit infuſis, qui humorem ſtillat arentibus, qui, niſi Deus noſter, ſuccidua iungit temporibus tempora, quorum terræ

fœtus

fœtus nunc igne feruescant, nunc glacie temperentur, nunc tepore animentur, nunc bibulo liquore [b] conspergantur. Quis hæc omnia & fecit ex nihilo, & per lucis ianuam à perpetuæ noctis furua densitate discreuit? [c] fecit perenniter laudanda disposition pijssimus, post lucis claritatem non horreri tenebras reuertentes per dierum dies. Quis te vel dignus aut facundus laudator eloquetur? Cuius terminata distributio, succedente varietate, fit gratior: quo iubente dulcior lux est, [d] quæ aliquando desinit, quàm si iugiter permaneret. Ecce illa nox, quæ mundum hactenus iugo crudelissimæ deditionis oppresserat, populos à nexibus violentæ conditionis absoluit: & fit libertatis altrix, quæ mater fuerat seruitutis. In huius tibi, Domine, sanctissimæ noctis ministerio, hoc cereum lumen offerimus, per quod caligo vetusta pellatur, in quo species trino compaginata consortio, societatis propemodũ mysticę glutino coniungatur. Quarum cerã parauit nectareis partub. fœta virginitas, papyrũ ad alimenta ignium lympha transmisit, lumẽ adhibetur è cœlo. Nihil hic habet vox humana quod consecret, vbi totũ dirigit superna [e] cogitatio? [f] Agnoscat hic odorẽ suũ salutiferæ Virginis Filius, vbi sine coitu nascitur, quidquid offertur. Non enim hic thuricremis Panchæus adoletur ignis altaribus; nõ ad triste ministerium extremùm

b. consurgant.
c. fecitque.
d. quod.
e. cognatio.
f. Agnoscit.

mugiens

mugiens bos percussa litatur; non bidentum fetus carnificis potius, quam sacerdotis mucro, g destruit. Sufficit ad reparationem æternitatis perditæ, quod non a nobis, sed pro nobis Agnus occisus est. Procul hinc aberit lanista Iudaicus, qui per cicatrices inguinum, animas sibi acquisitas, tot solet numerare, h quot imbuerat: Christi nostri libamina infucata simplicitate complentur. Peragit dedicationē corporis nostri Crux, vnda, confessio. Te ergo quæsumus, Domine, vt sicut typico prisca i ministerio, ita renouanda agmina ducat hæc columna trans k gurgites, & struat nobis semitam præparata per maria, & sitiat callis puluerulentus in fluctibus. Nihil hic est in quo discrepent antiqua nouis, aut moderna veteribus. Tu semper idem Dominus & Sacerdos, l memoratus per Prophetas. Hic est ad cuius precatum fluenta siccentur, vt Hebræus transeat, Ægyptius deprimatur, & mersis in aqua corporibus, sola sentiat culpa naufragium. Hoc autem tibi Domine castæ operatricis munus, & hanc intactæ matris sobolem commendamus, per quam meretur habere terra, quod cœli est: quæ per domos cereas diuino m stipat mella compendio, quibus causa est numerosæ progeniei nescisse coniugium: ne dum copularum nexibus occupantur, laborandi tempus effugiāt, & expectēt, vt prolem suam turgida aluus effundat, quam herbarum lucro diligentius possunt

g. deseruit.

h. quot vulnerat.

i. mysterio.

k. gurgitis æstus, & nobis semita præparata.

l. meritis par Prophetæ est: ad cuius prec.

m. stipant.

sunt n aræ profligare, quam semina. In huius autem cerei luminis corpore te Domine postulamus, vt supernæ benedictionis munus accommodes, & si quis hinc o sensserit aduersus flabra ventorum, aduersus spiritus procellarum, tua iussa faciens, sit illi singulare p profugium, sit murus ab hoste fidelibus. Simul etiam quæsumus te, vt, q qui ad vernantis anni faciem passionis ac resurrectionis tuæ tempus aptasti, cùm post concretas hiemali tempore glebas, & infrænata glacie flumina, nouellas frondium tunicas gemma conscendit, & cum auctore germinum Domino, nobis omnia reuiuiscant: da multiplices fructus in terris, nostrum effice, quod ostendis, & sacerdotis nostri, vel totius cleri eius incolumitate seruata, vbertatem temporum sine aduersa tempestate concede.

n. ore profligare quam semine.
o. sumpserit.
p. perfugium.
q. quia ad.

IOANNI. 12.

'COdicem redderem, nisi oneraret diligentiam amici pectoris restituta laudatio, ne dum in præconijs mutuum videamur scabere, adulationis suspicione polluatur affectio, & amor currat in vitium, dum illud, quod apud alios debemus facere, nobis incompetenter ingeremus. Amantium enim ornamenta inter familiares paginas retinenda sunt non loquenda, ne tantum conscientias nostras vacuis sensibus relatione laudis t honoremus. Sunt vbi bona tua, vt apud te propter

a. Vicem redderem. i. mutuo amarem.
b. oneremus.

propter affectum taceam, amice, concelebrem. In his quæ de profectu tuo sentio, religiosam tibi tantum debeo taciturnitatem. Possem quidem, vitia temporis secutus, laudes tuas nunc inexhausta prædicatione referare, totam paginam fucatis colorare blandicijs; sed absit hoc à proposito, faceſſat à moribus, vt quem mente teneo, ista [c] tamen velim esse remuneratione contentum. Tibi non delenificam orationem, sed vocem debeo castigantis. Non tibi pictis verborum illudens artificijs, sed totum profunda mente te retinens: Possem dicere ad arcem scientiæ, tine teneræ ætatis præiudicio perueniſti. Summam perfectionis adeptus es, nulla debes cura distringi, sed bonis tuis tanquam locuples possessor ornari. Sed hæc [d] prædixi sicut aliena sunt à me, oro te parentis stimulo, dico, sint licet grandia, quæ in cano eloquentiæ flore polliceris. Ego tamen nisi de messe non gratulor, vt solet auarus agricola, qui vbertatem anni nisi in horreis non metitur. Iam in te etsi non grauidas aristas, multo tamen videmus lacte turgentes, iam prope ad aream vota perueniunt. Sed plus timendum est, quoties desideria nostra spes vicina succendit. Labora ergo circa studia, lucem in colloquijs dilige, lectioni deuotus insiste, vt fructus eloquentiæ [e] multiplicium auctorum ventilatione purgetur. Pulcra sunt quæ scribis, sed ego amo plus fortia. Redimita sunt floribus, sed poma plus diligo. Sal-

c. tantum vellem.

d. sicut prædixi, à me aliena sunt.

e. multiplicũ.

ue, mi

ne, mi Domine, & hæc ea qua *insinuaui* sinceritate complectere: & amorem meum in admonitionis fide perpende. Scito epistolas tuas nulli doctorum a me esse denegandas, vt, quod me per insciti am fugerit, per eos qui ad vnguem docti sunt, emendetur; & ideo ad scriptionis culturam multo studore te præpara, vt vota, quæ etiam te pro veneràdi patris tui meritis, & amore concepi, ad effectum sub hac claritatis tuæ intentione perueniant.

CASTORIO ET FLORO. 13.

AMantem vestri gratia deberetis releuare colloquij, & amicam diligentiam [perueniant] testimonio referare sermonis: quia muta caritas pene obtinet vices ingrati, & per paginarum abstinentiam intercipitur vis amoris, & absentium animis sola literarum medetur oblatio, quę quodam mentis artificio pingit scriptione quod loquitur. Hęc apud vos superuacuum putamur asserere, quos instituta nobilia acuunt, quibus præsto est [a] sanguinis doctrina, consortium. Nihil est bonarum artium, quod nescire sine negligentiæ culpa possitis, [b] quos post lucem natalium Romanum decus Faustus instituit. Ergo magis fatendum est me non mereri quod postulo, quam vos nescire quid debeatis offerre. [c] Dum mihi salutationis debita effusissima humilitate persoluens, precor vt tandem aliquando [d] nos immemores admo-

a. sanguis, doctrina.
b. quos præ luce.
c. Domini mei.
d. non immemores.

admonitionis & fœderis reſcribatis. Circa quæ opera pigros nos eſſe non conuenit, quia nec conuerſationi veſtræ ſancta conſcientia, nec vber ſermo poteſt deeſſe colloquijs.

AVIENO.

De diuturno ſe excuſat ſilentio. 14.

SI quæras cur [à] ſilentio veſtro multata non reticet prodiga frons pudoris, & male interpretando impudentia vocetur affectio, ſi garrulitatem meam fructu dicas ceſſante debuiſſe compeſci, ego te, illuſtriſſime hominum, illa quæ in familia tua domeſtica eſt, ſinceritate conuenio. Ego fœderatam promiſſionem quaſi obſidem mentis amplector. Doleo quidem [a] præparatas longi cauſas ſilentij, dum & caritas, & neceſſitudo negligetur. Sed quia me totum ſibi amor tuus vindicat, adhuc credo excuſationem poſſe recipere quod feciſti, & purgationis tuæ in hac parte cauſas æſtimo eſſe, quas inuenire non poſſum. In bona te valetudine degere voti compos ſemper audiui: ſudorem tuum [b] contra ornamẽta generis ſępe epiſtolaris alloquij luce terſiſti. Nihil præter contemptum monſtrat, quoties taciturnitas non habet neceſſitatem. Ego tamen ſpem de reſponſo capiens ſemper ſcripſi, & ſub quadam claritatis tuæ præſentia legenda dictaui, viſa eſt mihi, dum loquor, pagina mea te reddidiſſe, te [c] ſapore, & [d] trinis picta imaginibus verba conferre.

a. procuratas.

b. circa.

c. ſapere.

d. tuis picta.

Quid

Quid esset in epistola tua dulcedinis, si eam daretur accipere? Quæso diligenter expende, quando licet à nobis, procedentia tamen, quæ ad te veniunt, verba complectimur. Iam rogo ad affectum scriptionis erigere, & aridi tatem meam colloquij fluentis infunde, vt quid ministerium meum adeò valeat impetrare cognoscam, si epistolas tuas æmulas paternæ perfectionis accepero. Nolo me tuas, quod illum formidandum doctissimis loquor, & quasi ante oculos tuos in exemplum elocutionis adduco. Peritorum mos est Medicorum in venis deprehendere vires corporum, & de successu hominis digitos interrogare. Nec aliter incipientium possunt ingenia cognosci, nisi vt qui non debent, teneræ adhuc ætati robustas declamationes inquirentes de futura vbertate lætificent, & messem peritiæ in radice manifestent. Domine vt supra, salutationis honore, & reuerentia * solita spero vt mei te esse memorem, si meritum non ostendit saltem importunitas mea, quæ est indefessa, significet.

* e. saluta fort. saluto.

AGAPITO. 15.

Indignatur, quod dignitatis, de qua gratulatur, certiorem non fecerit.

MAle est animo, postquam magnitudo tua æqui obseruantissima, & amicitiarum tenax in hanc meæ obliuionis se vertit incuriam, vt diligentiæ immemor bona

melioris ſęculi, quæ acceſſerunt de profectu honorum tuorum fama potius quam felici epiſtola nunciaſſet. Vbi ſunt illa, ſanctæ conſcientiæ tuæ in a conuerſatione veneranda penetralia? Quando inuenire potuiſſet relatu digniora animus de amantis hilaritate ſollicitus? Sed quæro b ne malignorum quiſpiam Auſtrum fontibus, aut petulcum animal roſeris immiſerit. Nunquam enim ſine offenſa amicis proſper euentus abſconditur. A commotione euenit longe de gentibus c facere quod gaudeas. Procul d amoribus veſtris malitiæ faceſſat obſcœnitas, puto bona veſtra me meruiſſe neſcire, qua ſermonis frequentia penſabitur tale ſilentium. Decedentem à deſiderijs amicum nulla delinire poteſt cultura caritatis. Hæc quantauis mi Domine, nobilibus ſcientiæ tuæ verborum pingas imaginibus; raro curantur malefacta colloquijs, & dolor qui à re deſcenderit, ſanari non poterit per loquelam; vix erit vt ſcribendo deleas, quod ſcribere contempſiſti. Sed reuertor ad propoſitum, à quo nunquam eſt, ſi miſeretur diuinitas, diſcedendum. Deo debeo quod proſpera tua te ſilentium procurante in Liguria primus agnoui. Perdidiſti fructum ſtudioſæ taciturnitatis. Bonorum felicitas mundi lingua celebratur: Ignorari non poteſt: quod ſi minus acceſſerit in honoribus, illa magis amplectenda ſunt, quæ redduntur. Male e ad faſces attollitur, f cui mēs inter curiæ ſidera lucis ſuę

a. conſeruatione.
b. ne forte mal.
c. tacerè.
d. fort. à moribus.
e. alter ad faſces.
f. cuius.

ſuffra-

suffragia non agnoscit in titulis, Venit ad vos cana dignitas sera, sed debita. Vocauit eam lingua quam sequitur, exegit innocentiæ quam habuit aurea quondam ætate coniunctam. Sed iam redeo ad gratiam familiaris alloquij etiam post offensam. Salue mi Domine & quod in damno promissi fœderis neglexisti, restitue vbertate sermonis.

FAVSTO. 16.

Purgat se quod non scripserit ob Episcopi inualetudinem.

NOllem, fateor, morarum causas aperire, ne animus meus sera in pacem cum lętitia reductus, mœsta iterum relatione turbetur, & habeam tristitiæ meæ rediuiuum in narratione principium. Pœnè enim sibi debet angustias suas, qui earum relegere transacta non refugit. Quis ad calcem perductas anxietates suas, reparet intempestiui necessitate sermonis? Sed vobiscum mihi & cum proposito rerum fides est, quibus debetur in replicatione ex quacunque causa sinceritas. Patior libens aculeos reuocari mœroris, dummodo veritati nil pereat. Et ne per vitium teneræ mentis paginam falsitate dehonestem, sponte fero quod refero. Sancti Episcopi patris nostri prope in dubium salus deducta me tenuit, in cuius ægritudine quamuis [a] victa illacryma- a. cuncta.
ret Ecclesia, me tamen specialis mœror

affixit, qui eius plus debeo amori. Vidi pacem ciuitatis vrgente [iustitia] discordia, vrbis nostræ limina transcendentem, & ab oculis nostris, quasi incertum aliquod aut vagum numen elapsum. Sed sufficiat tristibus stricta narratio. Iam ad bonam valetudinem sancti patris salus optanda, & diligenda respirat. Nam vbi mens mea ad stationem rediit, statim iussa respexit. Pueros destinaui qui fideli me de prosperitate culminis nostri vel totius sanctæ domus relatione perdoceant. Pendeo rursus, & inter spem & metum dubia æstimatione distringor, cui necesse est de alterius parentis esse prosperitate sollicitum. Quis ad curas meas se porrigat? b quis etenim æquiparare valeat tali diuisione distracti? Sed hæc ad Deum iustius c reputantur: Cuius clementiæ est vota vincere supplicantum, & fluctuantibus portum parare desiderijs. Interim ad vsum reuertor querelarum; paginas vestras illico me suggero subsequi debuisse, & ad solatium meum, vel propter recentem petitionem, scripta prorogari, ne in ancipiti de profectione vestra animus meus d perpendisset auditu. Sed hanc credo culpam scriptionis emendari posse frequentia. Supereſt vt diuinitas à vobis ea indicari faciat, quæ iuuat agnosci: Domine mi, effusam salutem reuerentiæ vestræ dicens precor, vt quæ mandaui suggerenda adipiscantur effectum.

b. quis æstus æqu.

c. reportantur,

d. f. pepẽdisset,

FLO-

FLORIANO. 17.

IDem est, terminum in arrogantia non tenere, quod in humilitate transcendere. Supercilij affectus est, iusto amplius esse subiectum: familiare est, grauiter hiantibus nouas inuenire blanditias; & grandis cothurnus in eloquentia simulare formidinem, vel examen metuere de laude securum. Ego vero diligentiam proposito impenderem, si sanguini non deberem. Suscepi epistolam tuam Romana dote locupletem, & stylum [a] Latialem in ipsa principiorum luce monstrantem. [b] Qui me respondere, opponente [c] manu inscia, coëgit affectio, cum diu esset, quod antiquauerat apud me scribendi studium, spes tacendi, & in locum gloriæ silentium computabat. Sed nisi respondissem, nescires te esse deprehensum, quod minus fabricatis ingenijs, artifici [d] facundiæ, [e] & succo Romuleæ calliditatis illuseris. Non æqua ad secandum virtus est [f] pollice lamine, & eius [g] quos rubigo possederit. Nec parem conflictum vsus potest, & torpor assumere. Nunc epistolæ breuitate contentus, ad salutationis debita me conuerto, quod eloquij non potui gratia, pensatur reddendo amicitiam pro schemate & pompa sermonum. Ecce quantum occupationi subducere potui. celer scripsi; dabit Deus, vt si responsa desideras, vacuum curis [h] pulsati pectus inuenias.

a. Latiarem.
b. Cui me.
c. manus inscitia.
d. facundia.
e. & fuco.
f. politæ lamminæ.
g. quam rubigo.
h. pulsari.

EIDEM. 18.

ILlud fraternitas tua amori meo potuisset impendere, quod *vera* liberalitate contribuentis compendio proficeret, & pudori in ea scilicet parte, vt cum * iudices studij mei literas iam teneres, ab scriptionis te cura suspenderes. Quisquamne coloratis frontem pingit illecebris, & famam valida impugnatione labefactat; nec manifesta excusatione contentus male credulæ conscientiæ sufficere non æstimat, quod probauit? Qui vario sapore colloquij edacium amicorum sauces irritat, vt dum blanda subijcit, definita permutet. Nam postquam me silentium amare scripseram *quasi pro allegationis responso prolixiores paginas impetraui, & diu forte repositum* post negationem meam eloquij vber elicui. Quid faceres si certamina promisissem, si studiorum tuorum feruorem quocunque dente incautus attingerem, nec mei idoneus [a] existimator penetralia tuta seruarem? Adhibita credo aduersus me [b] fugisset *Tulliani profunditas gurgitis, Crispi proprietas, Maronis elegantia*, nec in vlla inuenissem parte subsidium. [c] Tibi nec illud profuit; quod scribendi contentiones, nec cum reticerem; lacessitus effugi. Me etsi peritiæ conscientia, & dicendi vigor attolleret, post diuersa scribentium discrimina, laudem, quam multo sudore vos petitis, formidarem. Huc accedit quod Rhetoricam

* indices.

a. æstimator.

b. fuisset.

c. Cui nec illud.

toricam in me dixilti esse versutiam; cum diu sit quod Oratoriũ schema affectus orationis à me absciderit, & nequeam occupari verborum floribus, [d] quod ad gemitus & preces euocat clamor officij. Delenefica ergo & malesuada compesce colloquia, si ficta sunt quæ scribis, & periculo decorata mendacij. Muta propositum [e] vel potius mentem, quum vides innotuisse quæ feceris, [f] si varia sunt, & à iudicij lance descendunt, profundo ea pectoris include secreto, vt reuerentiam [&] diligentiæ, dum amico res integras seruas, exhibeas mihi immutabile cor custodiens, alios demulce colloquijs. Ecce epistolæ modum, dum productæ paginæ cupio respondere, transcendi. Sed non est culpa speciali plectenda supplicio, [g] quem erratis habet auctorem. Domine mi, salutationem debendam restituens, precor vt si desiderijs meis, quæ de amore taciturnitatis concepi, [h] pernox te scrutator interseris, saltem occupationibus, quibus impedimur, ignoscas.

d. quem.
e. vel postea quam vides mentẽ innot.
f. si vera sunt.
g. quæ in erratis.
h. pernix.

FAVSTO. 19.

SI à consuetudine officiorum temperet mens amantis, ipsam cessationem ministrum esse putat auspiciũ. Mœroris enim ipse sibi causa est, qui non semper in vicinis æstimat habitare [a] quos diligit. Quisquamne digressũ ad lõginquũ cẽseat quę mẽte cõtinglt.

a. quod diligit.

Nam si spiritus resedit diuinitatis in homine, prolixarum sentire non potest damna terrarum. Dixi causam quæ me faciat scripta porrigere. Reddo salutationis obsequia, propter quæ promulgantur epistolæ, Deo supplicans, vt cælestis dispensatione beneficij in bona valetudine degenti, præsentia magnitudini vestræ verba reddantur. Quod recipiat tamen portitor, qui alloquij occasionem præstitit, a me pro vicissitudine commendatur.

AVIENO. 20.

QVam bene, quod verecundè renuis, feliciter imitaris, & dum difficilibus magnitudinem tuam exemplis quæris inciuari, narrandi pompam, quam assertor idoneus refugis, ostendisti. Amplector amabilem allegationem formidinis, quam in te ingenij diuitis vena commendat. Nolo colendum bonis patrem adhortationis tuæ positum paueſcas exemplis; ab ipso veniunt ista quæ loqueris. Scio quæ aurum pariat terra nobilius; cuius [a] soli merita ignibus metalla plus rutilent. Sæpe mihi labor efficax inquirenti altricia terga, fluuios ostendit elementi. Scio quæ conchæ superbas precio gemmas includant, vnde veniat lapis imperijs genium collaturus. Non imperitiæ, quod feci, applices, non errori. Viri fortis progenies animorum faciem inter patris agnoscit amplexus, & dum

a. Solis nutrita ignibus.

& dum naturæ obsequitur, discit amare terrorem. Doctorum radix Maro, veltri formator eloquij, hic animatum verbis patris filium memorat, vt dicat: *Discite puer virtutem ex me*, & alibi; *Et pater Aeneas*. Nunquid ille [a] tam fortibus ad certamina brachijs assurgebat, aut virili valetudine [b] imminentia putabatur bella gesturus Sed melius virtus recentibus exemplis animata, quam monitis profectum corporis expectabat. Scientes rerum, aquilæ ferunt pullos suos in ipso vitæ limine, quo ouorum tunicis [c] eximuntur, ad Solis ponere radios, & lucem seminis sui immensi splendoris obiectione cognoscere. Nunquid est in districta probatione impietas, cum recta sit iudicij in electione sententia? Nolunt quenquam perire de fœtibus, sed suos esse, qui cesserint, non agnoscunt. [d] Recta inter aues illa sublimitas, genitrix putatur esse victorum. Nunc ergo, tu dulce meum, bene cæpta [e] prosequere, & fauente Deo, vt auum nomine, ita patrem redde doctrina. Non [f] existimes graue esse quod moneo. Et quia ego te de germine censeo, tu de primordijs non pauescas. fuit & ille incipiens qui timetur. Et quoties scalpente terram digito ductus aquæ per puluerem trahitur, turbidum fluit omne, quod [g] purum est. De reliquo vale, mi Domine, & amantem tui frequentibus cole munijs literarum circa quæ studia, si mei memor es, pigrum te esse non conuenit.

Virg. xii. Aen. v. 435. & 440.

a. tam fortibus.

b. imminentia.

c. exuuntur.

d. Rectè enim illa inter aues.

e. persequere.

f. æstimes.

g. primum est.

a. vellem. QVam[a] velim sæpe officium visitationis omittere, si dulcem tribuit culpa mercedem, & cælestis mandati sententiam sciēs, prudensque negligere, si desiderijs copiam vindicanda conciliant, mihi vni contigit de offensionis merito euenisse quod gaudeam; didici nunc tali remuneratione errata sectari. Non sunt aduersa, Doctor optime, religioni amicitiarum, quæ profero coactus in medium, imo propter confessionem, digna propositio valetudinis tuæ dubia nunquam velut ingratus optaui: quin etiam, quantum in me fuit contra ingruentes tibi inæqualitates precum manus opposui. Sed ecce quàm alacer sensus est. Nam in prospera membrorum salute fundata ostendit pagina, in qua vtraque luce fulsisti. Tua quæso lumina nube doloris hebetantur, cuius tam clara sunt carmina, & qui lucem quæris[d] de visione carnis, quàm timeo, ne parcus in meritis tuis laudator inueniar. Tibi recte adscribitur cūctis dare oculos, & obscura mentium peregrino splendore radiare. Ergo putas tibi validum non esse quod tribuis; pelle quæso animo curas[e] superfluas forsitan sollicitudine aut cautione conceptas. Dabit Deus, vt quidquid corporalis accessit incommodi vice animæ tuę per sudum rutilantis nitore mundetur.

b. digna digna propositio.

c. Non in prospero

d. de visione causaris.

e. superflua.

FAV-

FAVSTO. 22.

VErè gratias Trinitati, quam veneramur, & colimus Deo nostro, quæ sub personarum distinctione & æqualitate mirabili vnam nos pie iussit sentire, & adorare substantiam. Quæ planctum nostrum vertit in gaudium; quæ dolorum comites ad obsequium lętitię lacrymas commutauit, vt vere cum Propheta [Ieremia] dicam: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem* [a] *fluctuum*, vt beneficiorum cælestium magnitudini sub hac deuotione respondeam. [b] Cur contingit ante accipere cælestia dona quam poscere, & prius quid boni euenisset legere, quam quid mali minarentur peccata sentire: Tuum est dispensator omnipotens, quod de serenis pignoribus & futuræ innocentiæ hereditate in illa quæ præcessit anxietate, non timui. Qui reductæ etiam statum valetudinis quasi stupefactus accepi, & in confusionis similitudine collocatus, quæ supra meritum meum [c] collocata sunt, prospera euenisse vix credidi. Vere supernæ remunerationis diuitias humana mens nescit expendere. Sic animo fragiles temperantur, vt prius stationem videant, quam periculorum incerta deprehendant. Deus bone, in quo abrupto pependimus tunc, cum potentia cælestis, vt plenum esset paruulorum in reducta salute testimonium, plus est nostrum labe-

Ieremiæ 9. v. 1.

a. fletuum.

b. Cui contigit.

c. collata.

labefactata per meritum. Dico integre & vocem quam proposito debeo, nulla mendacij nube concludo. Confundo verba singultibus, [d] vt sub solida gratulatione vberioribus in fletum oculis sæpe me relpiccre, quod euasi. Vbi nam gentium fuimus? de qua nos ad humanam conuersationem ruina clementia superna restituit? Referamus ergo strictioribus verbis huius boni largitori prolixis gemitibus, quod debemus. Inuitemus ad custodiam munerum suorum, [e] quem dubijs tulisse probamus auxilium. Rogemus eum, qui scit nempe seruare quod præstitit, & virtutum suarum viua testimonia in longum producere. Talia sunt mecum [f] circa nos venerandi vota collegij per totam Liguriam consistentium seruorum & amicorum Dei. Tali nititur domus sancta suffragio: preces pro serenis pignoribus sine cessatione funduntur. Verum me dicere testis est diuinitas, quæ, quod ipsa est, veritatem diligit, omnibus qui de vitę possunt innocentia, & integritate confidere [&] vestram nimis amaram esse mœstitiam; sed nunc ad epistolæ vsum reuertor. Salue mi Domine, & gerulum præsentium Bassum, nunc illa, qua caros meos soletis, dignatione suscipite. Quia inter omnes, quibus affectus est, meam [h] propter nos amicitiam custodire, quandam prædictus arcem puritatis ascendit. Iuuate ergo petitiones eius, vt fructum de impensis capiens, ad potiora præparetur.

d. & sub.

e. quem in dubijs.

f. circa vos.

g. V E.

h propter vos.

PRAE-

PRAEFATIO FAVSTO. 23.

NIſi didiciſſem, quod ſerenitas conſcientiæ [a] noſtræ huius mali ſcabies abiuraret, [b] in vſum mihi [c] alloquij vber adſtruerem. faceſſat a bonis actibus res amica perfidiæ. Me tamen nocitum cautela veſtra denuncio. Suſpendiſtis hactenus ab ingenioli mei ariditate imbrem fructuum nutritorem. Deus bone, quam peregrinas in me, & ex veſtri oris diuitijs acquiſitas dicendi opes intelligo, adiacet dictis locupletibus, quantum ſentio, rubiginoſos lingua, & ſenſu hebetes peritiæ lima componere, eſt vobis quoddam cum hominum factore collegium. Ille finxit ex nihilo; vos reparatis in melius. Gratias ergo refero de ſuſcepto carmine, cum de dilato meream beneficio ad Camœnalem tamen ignominiam quibus nunquam * gluuidinus deeſt, verſus adieci, & perituræ, vt dictum eſt, chartę prodigus non peperci. Legite iucunditatem motura poëmata, & familiaris mali ſtupenda, vti aiunt, decora comprimite.

a. veſtræ.
b. inuiſum.
c. eloquii.

Fluminis in medio ſuccendis viſcera, Fauſte, &c. inf. pag. 32. Poëmat.

PRÆ-

a. Non ponet fistulam.

NOn canit fistula, quoties rusticum pecus agrestis pastor inspexerit. Muta nemora formidolosam solitudinem pariunt, & vbique metus est, quando nullus in solatium deserti sonus auditur. Sed si aurarum sibilis, arborum comæ linguæ speciem mentiantur, & ridente frondium motu appellet hominem iocunda concussio, putabitur ambientibus latera cætibus interesse. Nec aliquam ærumnam gemit, [b] quæ inter secreta sua [c] ipsa nostra [d] quibuslibet alijs alloquitur. Iuuat [e] tum exultationis comitem fistulam labijs admouere, & flatibus per testudinis rimosa dispersis quandam de spiritu, & aura componere rationem. Tunc Palæmonem suum [f] rudis & infabricata lingua compellat, tunc numerat quantis seruare caulas sit opus excubijs. Tunc multiplices luporum insidias, quas acuit fames magistra, suspirat. Tunc in sermonem cadit, quidquid effluerit. huius se solari, huius nititur mulcere collegio. Cui talia agenti, si quis sermocinantem fidibus citharam doctus admoueat, & loquacia fila irrisor vrbanus apportet. In ancipiti est [g] quod deligat nuda simplicitas, dum lyra [h] & tactus licet errantibus digitis dulcem, & qui animam frangat, crepitum reddit. Nefas tamen putant, si alieni tractus lepore propositi, [i] amicam discat scien-

b. quem.

c. ipsa natura.

d. quibuslibet elementis al.

e. tunc.

f. rudens.

g. quid eligat.

h. & actus.

i. suita discat.

scientiam non amare. Vt dum infrenis ambitus rusticantis doctrinæ terminum non metitur superiorum affectu, & ipsa se possibilia intelligat perditurum. Cum nescientem quid valeat mappalium alumnus, ipsa paternæ institutionis mediocritas, quasi externa condemnat. Non aliter me, vir amplissime, inter maxima curiæ sidera computande, iubar facundiæ, ingeniorum flamma, splendor eloquentiæ, dictionum census, per nemorum inuia ad instar pastoralis fistulæ, quæ viriliter narrantur, oblectant. Metuentem citharam tuam blandientem plectra, quæ, vt superius texui, agrestibus digitis, meis vrbanus adiungis. Amoue quęso, quam adhibes adinuitandum me, elucubrati sermonis illecebram. Absint, quibus etiam apud peritos veteris, vincula colloquij. Compesce verborum digitos, quibus soletis renitentium animas ad desideria vestra compellere. Liceat me aut silentio insciti am tegere, aut per stridentem stipulam alijs triuiale carmen afferre. Vobiscum fabulari res est meriti veteris, & nouæ felicitatis. Quod si mei immemor ego tentauero adeptus contra vtilitatē [k] pompam Solis currus, iustè subeo Phaëtontis exemplum. De quo [l] quod sermo contigit; & fortuna cautionis accessit, quid facto opus sit, subiectum carmen ostendit.

k propriam.
l. quia.

Fama refert veterum quæ nescit perdere gesta, &c.
inf. Pag. 21. *Poëmat.*

FAV-

FAVSTO. 25.

DIu ſuper aduentu Amplitudinis veſtræ ancipiti mens mea pependit indicio: ſed poſtquam me diuina miſericordia ab huiuſmodi anxietate laxauit, ſtatim ad officia conſueta me contuli, quanquam paginarum obſequia, nec digreſſo ad longinqua [a] ſuppreſſurum. His ergo valetudinem meam indicans, [b] ægritudinem cum refero, quam de mœrore contraxi, de luminum noſtrorum ſalute ſollicitor, in eo loci conſtitutus, ad quem difficilè nuncius expectatus allabitur. Quod in ſolatio eſt, Deum precor, vt nulla ſeruum ſuum patiatur amplius cura macerari, ſed de reducta [c] meorũ in ſolidum proſperitate, æſtibus meis celeri medela ſubueniat. Salutans debita ſeruitute, precor vt, cognitis his, de quibus animus meus varia æſtimatione iactatur, ſedulo mihi hilaritatem deferentium literarum beneficio ſuccurratis.

a. ſuppreſſeri n.

b ægritudinẽ animi ref.

c. eorum.

OPILIONI. 26.

COEperat paruitatem meam magnitudo veſtra ſpe, quę vota tranſiret, dignationis attollere, & cæleſtis inſtituti more, clariora facere beneficia ſua, dum mea merita [a] in illa iudicij lance penſabat, vel cenſuræ negligens dare pretium muneribus quæ eſſe

a. nulla iudicii.

esse monstrabat indebita. Quoniam affectio quæ circa humiles exhibetur non habet necessitatem, & speciem suam per sudum rutilanti splendore significat. Diu ergo tali sultus [b] per Deum præsumptione, non timui quidquid obloquentium toxica promittebant. Alt vbi me ad antiquum puluerem [c] nostri reduxit obliuio, quod in solatio solet nudatis defensore contingere, quasi querelarum per latrices literas prorogaui; promittens mihi de earum importunitate responsum. Sed per occupationem forsitan amplitudo vestra præpedientium incrementa significet, ad hæc vos officia non venire. Replicabo quia idem status fuit culminis [d] nostri, dudum paginas destinantis: ad morem tamen scriptionis epistolariæ me reduco, ne addat prolixitas ingesta fastidium, & denegari paginas faciat magis allegatio quę poposcit. Domine mi salutationis obsequium soluo, & de valetudine vestra, vt animo obligatus interrogo, cupiens relationis indicio ad gemina desideria peruenire.

b. post Deum.

c. vestri.

d. vestri.

SENARIO. 27.

PErdit affectio valetudinem silentij debilitata torpore. Nec ad vsum suum diligentiæ cursus exuberat, si nudetur cõmunione colloquij. Muta caritas pene repręsentat

ſpeciem non amantis, & odiorum ſimulachrum eſt non aperire quod diligas contestatione ſermonis. Illa ſublimitati tuæ coram poſitus intimaui, cum ad ſolatium abſentiæ meæ literas promittebas. At nunc
a. quæ animũ. a animum veſtrum mei inuaſit obliuio, vt nullas per tanta temporum ſpacia quæ bonam valetudinem veſtram ſignificarent, literas ſuſcepiſſem, ne de amoris credo teſtimonio, animorum indices epiſtolas conuenirem. Irreligioſum ergo circa amantem tui in meliorem partem verte propoſitum,
b. promiſſæ fidei. & ad memoriam b promiſſa fidei ſcripta trãſmitte. Domine mi ſalutationis debita ſoluens, precor, vt ſi vos in antiquæ circa me
c. ſtatum. dignationis c ſtatu pagina directa reppererit, reſponſa mereatur. Quia puto inter nos gemina vincula diſrumpi non poſſe caritatis & ſanguinis.

B. ENNODII EPISTOLARVM LIB. II.

ENNODIVS ASTVRIO. I.

a. Quæ mali ratio.

QVÆ (malum) ratio eſt, vt ita ſis parcus in gratia, prodigus in querela; & exigas frequentiam literarum quam ipſe non tribuis? Viperinis oculis illud quod

quod alter deliquit, inspiciens, tuas culpas nulla falce resecando. Anni plures sunt, ex quo Alpibus vicinam habitationem delegisti Senator, & doctus, vbi tibi dum pruinosa respicis iuga, apparuit inauspicata nix capitis, vbi etiam glande te vesci scriptione signasti. Cuius rei fidem literarum tuarum decora fecerunt, cum cibi huius significantia in ructu turgidi pectoris, & alpini sermonis apparuit. Miror tamen quod inter loci illius frenata glacie flumina, & sine successione frigus tui iecoris flamma plus æstuat, nec aliquam sortitur pectus de māsione temperiem: Ætas deferuescit in senium: est domus, quæ lymphas in metalla conuertat, & contra naturam gurgitibus sua lege dominetur. Tu tamen inter ista sic viuere diceris, quasi ignis tuus algoris pabulis irritetur. Ego te oro [b] patientis stimulo, quia tibi & proposito meo vocem debeo castigantis. Vestrum est post hæc si [c] diligitis literas meas [d] accipere de monitione gratulari. Ego autem [e] precor ista cum honore salutati quæ scribere possum in illa carnis, quam tu diligis, [f] ellubie viuentibus non inueni.

b. parentis.

c. eligitis.
d. frequentet accipere de admonitione grat.
e. præter ista.
f. Sic & v. c. Fort. eluuie.

OLYBRIO ET EVGENETI. 2.

Desidetio paginarum vestrarum, facta est mihi [a] prodigi frons pudoris: Et dum tabella [b] promittitur promulgata re-

a. prodiga.
b. promittit.

sponsum, intra verecundum penetrale annosam continere nescit infantiam. [c] Debere quidem languini, & proposito silentij venustatem, postquam spei meæ fructum prima negauere colloquia. Sed nescio vtrum male pertinax iudicetur intentio, quę sine alterius dispendijs sollicitæ per amorem experientiæ pericula multiplicat. [d] Valete mei Domini, & ad scriptionis mecum remeate concordiam, ne contra Euangelij faciatis monita, si & importunitati denegetis, quod iuste forsitan impetrasset affectio.

c. Deberem.

d. Valete ergo mei.

FAVSTO. 3.

VOtis & desiderijs [a] satisfaciat pagina, quæ apud amantem vestri necessitatibus alienis præstat obsequium. Quam vellem si propositum non vetaret, multorum sæpe quieta [b] turbare, vt dum dubijs vocem tribuo, debitum [c] obnixæ caritatis exoluam. Domini mei [d] patris nostri iussionibus impendo præsentis scriptionis officium, cuius animus, dum omnium securitati prouidet, suam quietem sub hac intentione contemnit. Qui dum mala Ligurũ post Mauricelli obitum nondum vidit occidisse, confunditur. [e] Reciduus enim prouincia [f] vestra quasi præfatum sepulcra [g] non renouit, laborat insidijs. Aduocationem fisci, dum aliqui per iniquos homines nituntur obtinere, ante votorum copiam quid in ea meditentur, osten-

a. satisfacit.

b. titubare.

c. obnoxæ.

d. patris vestri.

e. Recidiuis.

f. nostra

g. non teneāt.

ostendunt. Ego quidem [g] liberationem magnitudinis vestræ [i] de bono pretio non celaui; asserens [k] nos præfatam dignitatem nulli [l] nobiscum, Deo adnitente, committere. Sed anxietas prouincialium totum credit euenire posse, quod metuit. Hanc à [m] Domino meo Episcopo allegationis suscepi prouinciam, vt conscientiam vestram obsequio paginæ [n] conueniret, [o] ne eius subreptio, ad huius rei perducatur effectum. Vos fidissimam pollicitationem solliciti custodite integritate propositi. Ego salutationis officia dependens quæ susceperam alleganda, testatus sum: [p] *Spero tamen vt quid de ea parte deliberatum sit industruar officio litterarum.*

g. deliberatione.
i. de bono publico.
k. vos.
l. vobiscum.
m. Domno.
n. conuenirẽ.
o. ne cuius.
p. ex v. c. accessit.

ARMENIO consolatoria in morte filij vnici. 4.

DIv frater carissime consolatoriam festinante voto ad te paginã non * misi, ne putarer vel mihi subducere fletus, dum verba compono, & in lamentationis dispendijs facere de gemitibus decora sermonum, & debitum planctum per loquelæ schemata dissipare; cum contra amicitiarum religionem, & [a] sanguinitatis vincula secretum conscientiæ pateſcat: [b] hostis es, si cum possis dupliciter defunctum flere, non facias: id est, si oculorum ministerio nequaquam iungas oris officium. Vbi dum lumina stimulis acta doloris illacrymant feriata sint

* emisi.
a. consanguinitatis.
b. hostilis.

verba plangentis. Sed ego, hominum ſinceriſſime, qui triſtitiæ tuæ obſequium c in omni parte, quod valeo, mœrorem meum, in quo tibi comes ſum, volui ſcriptione teſtari, ne in vna ætate effuſarum interciperetur memoria lacrymarum, vel æſtimaret poſteritas me in filij tui morte hoc ſolum debuiſſe, quod ſolui: habens in hac via venerandorum exempla Pontificum, quorum imitatione nobilitantur, quos d in vmbra merita concluſerant. Ambroſius noſter decedentem germanum teſte afflictionis ſuæ libello proſecutus eſt. Quē cum recenſet ſecuta proles, & ſcriptoris bene meminit, & in Satyri fratris eius obitu lamenta coniungit. Quia eius prouiſione contigit recentem dolorem oſtentare dum loquitur, & ante legentium oculos ſemper exhalantia ſpiritum iam diu defuncti membra monſtrare, nec vnquam pati e vetereſcet relationis fide funus, quod anni potuerunt ſepelire tranſacti. His ita ſe habentibus, oculorum flumina refrena, & animum, ſi placet, ad eius verba conuerte. f Qui tibi flens conſolator occurrit, amiſiſſe te filium pene vnicum & bonæ indolis, g quod patriæ nominis requirit affectio prouinciæ vlulatus oſtendit, cū ad ſolatium gemituum tuorum ſuos iungens, quid de eo cenſerit, teſtatur vniuerſitas. Tu tamen inter iſta quaſi ſpecialis mali preſſus nece concluderis, neſciens temperandum, quod per multorum diſperſum

corda

c. in omni debeo parte qua valeo

d. in vmbram mer. concluſerunt.

S Ambroſius Satyrum fratrem funebri orat. deplorat.

e. vetereſcere.

f. Quia.

g. quod patria non nimis requ.

corda commune est. Quare ergo propriam æstimes anxietatem, quam suam per affectum tuum fecere quam plurimi. Tecum de h. vt de cognita gente taceam, Gothus affligitur, & tu adhuc quasi solus proprijs æstibus subiacens inclinaris. instruant te, quæso, vetera ornamenta maiorum, & à mœroris ad bonam valetudinē intentione restituant. Abraham vnicum filium morti quasi pius pater, quod maius est, lætus adhibuit, & ad necem filij mucronem genitor misericors præparauit. Tu translatum cælesti iudicio quasi orbatus inquiris, & quem non obtulisse sacrilegium fuit, hunc oneras fletibus euocatum. In qua causa Dauidicum tibi occurrat exemplum, qui feretrum filij ouans, & Deo referens gratias antecessit, quod dignatio superna de venerandi Prophetæ semine, quem forte muneraretur, acciuerat. Tu si eius æmulator non prorumpis in gaudium, certe tempera sub aliqua prædicti imitatione mæstitiam. Replicabis forsitan vix ista ægris animo posse suaderi, & in graui tribulatione locum non habere consilia: orbatum non respicere quidquid hortatur ad vitam; vnicum desolatos habere in euocanda morte subsidium. His addas, quod frugi sobolem, & qua teneram ætatem vinceret morum modestia perdidisti. Allegans iuuenem tuum immaturos annos, qui peccatis amici sunt, glorioso fine clausisse, & in ætatis naufragio Genesis 22. a. 2. Reg. 19. 4.

ab eo de portu animę fuisse tractatum. Quibus ego dolorũ tuorum fomentis, hos i mœstus opponã: minus peccauit, quod k in maturis ablumptus est. Iunxit ad vitam perpetuam melioris sæculi, quod in ista seruauit, pœnitentiam, quam eum egisse loqueris, si in ipso non inuenisset, quod dilueret, inuenerat quod ornaret. Quæ quoties innocentibus datur, coronam pro humilitatis affectione conciliat. Ad hæc respondeas; quo me vertam frater, qui præter lacrymas in præsenti luce nihil habeo. Adijciam Dei proximitatem inuenire posse hominem, qui de homine non lætatur. In loco filij succedere posse conscientiã, quæ sanctos eius heredes inueniat. Non vnam ergo viam si audire digneris, vitæ melioris ostendam; licet tua non egeat monitore perfectio; nec magistro opus sit ei, quem fecerunt actuum suorum emendationes, & honestamenta cõspicuum, nisi tantum vt adhortationis, quam consilio tuo, & prudentiæ debes fidem, diligenter expendas, & ad cælestium munerum affectum [te] reuoces, vnde vitales l aures & accipimus, & amamus, & gratum nobis sit beneficium, cuius colimus, & veneramur auctorem. Ista sunt quæ breui sermone dolens magna contexui; ruptam singultibus contestationem pro styli vbertate dirigens, dum muto lamenta colloquijs.

i. licet mœstus.
k. immaturus abruptus est.
l. auras.

SPE-

SPECIOSAE. 5.

Silentium meum dolor exigit, qui passus est crescere, dum de vindicta cogitat, dispendia caritatis. Quid enim fieri potuit, nisi vt tacendo vicem restituerim literas deneganti, vt contemptus etiam me, qui per abstinentiam venerandi sermonis innotuit, dum subduco colloquia pari mucrone feriretur. Dicas forsitan vindictam inimicam esse proposito, sed omnia errata ita computo, quasi legis obsequium, in quibus vos esse cõtingit auctores. Quisquamne culpam putat facere, quod fecisti; & plectendum iudicio diuino censeat, quod à te processisse cognoscatur? Æquo ergo animo sustine quod deliqui, dum ea in re præcedis, lux Ecclesiæ ipsa voluisti. Ego seruo animũ quem promisi, vt in vniuersis, si mereor, æmulator existam; cuius rei fidem, dum tacentibus vobis, taceo, & quos loquentibus loquor, ostendit. Ad scriptionis ergo officium, postquam visus sum, me reduxi, qui hactenus intra verecundum penetrale, quæ non amabantur verba continui stimuli in paginis pariturus obsequio. Salue mi Domina, bonę splẽdor sine nube conscientiæ, & ad exemplum sanctæ conuersationis in lõgum producere, & mei si mereor meminisse dignare, epistolari dans veniam breuitati, quam in angustiam artauit festinatio portitoris.

EI-

EIDEM. 6.

QVanto deprimuntur peccatores suorum falce factorum, quibus ab oculis tollitur, quidquid offertur, & ne in oblivionem desideria mutantur, vicinum fit, nec contingi licet omne quod cupiunt. Ad Niniuē vrbem votiuam susceperam necessitatem, & molesti itineris vniuersi transieram; existimans hoc sacerdotem credere, suis imperijs impendi quod meo militabat affectui, Cum subito contra metas votorum summo labore petitus iam de area fructus effugit Proh dolor qui me de Epistolari alloquio ad Tragœdiam vocas, muros venerandæ post religionis loca propter te ciuitatis aspexeram. Iam grati parabam verba colloquij: vereor dicere quod remansit, ne loquendo cogar denuo sustinere transacta. Illustrem virum ergo, quem me tu Ecclesiæ decus desiderare feceras, improuisus oculis casus ingessit. ibi comites mei videre quid peterem; ibi animi mei æstus innotuit, quem ante sub prædictæ claudebam vmbra personæ: nesciui occultare per caritatis tormenta quod volui, nec fucis aliquibus colorare conscientiam. Mœrentem me ad domum reduxit, qui prolixioris itineris causas incidit. Fatigationis meæ, fateor, compendia non amaui. Ecce contestationem diligentię meæ, & mentis asse-

afferui. Vestrum est, si vera dixerim, nos interrogare, & animum nostrum, affectionis vestræ æstimatione cognoscere. Domina mihi, saluto & deprecor vt libens per præsentium portitorem suggerenda cognoscas.

OCTOBRIO. 7.

NVlli dubium est inter prudentes sacræ fidem promissionis impleri, & amicitiam, quæ fertilibus est maritata fomitibus, fructuum nobilitate gaudere. Ego cõscientiam vestram appello iam statutis fidelibus obligatam. Ego tanquam de bonæ arboris reditu, ita de caritate mutua idoneus carpo poma possessor, nulla partium in aucupio dissensionis quod fieri voluit, neget impletum. Apud Deum votis aut supplicium debetur, aut præmium. Ego in me religiosi, in vobis nobilissimi considerationè propositi ad effectum inter vos concordiæ æstimo peruenisse, quæ cœpta sunt, nec adolescentibus gratiæ, & in nouam lucem erumpentibus frugibus verborum potui negare commercium. Cum culpa dignus sit qui in vicinitate positus nolnit primus incipere. In hac ergo parte pudoris volens vitare dispendium, nolo euadere opinionem temerarij, dummodo ad effectum me ostendam peruenisse perfecti. Oportunissimum portitorem sarcina imperiti

riti sermonis oneraui affectu delinquens; per quem qui peccauerit, & veniam meretur & gratiam. Rogo ergo, salutationis effusissimæ debitum soluens, vt si me cordi habetis, de vberrimi ostendatis directione colloquij. Quia sicut amoris elocutor, & copiosus assertor es, ita nescis alicui blanda sermonum fucatione deludere.

LACONIO. 8.

NVnquam inter amantes silentio bene mulctatur offensa. Grauius inuentorē percutit vindictæ nouitas, quam errantem. Nefas est, pro emendatione culparum culpas adhiberi, dum studio curationis, qui medetur, ægrescit. Volui taciturnitatē, quam circa me hactenus mei immemores seruastis, imitari. Sed homo leuis animorum fortium non potui æquare contemptum. Victus sum naturę fragilitate, confiteor, & quod vos credo computare inter vitia, plus amando stili abstinentiam, a confusa loquacitate pensaui, & longi dolorem silentij sermonis vbertate composui. Expectans quidem à vobis præuium munus in litteris, sed volui mihi ipse, dum diu taceo, negare responsum, æstimans, quod loquendi formam dare, nisi loquendo non possem. Proinde Domine mi, salutationis debendæ obsequium soluens, perlatorem præsentium ad vos specialiter destinatum, solita dignatione

a effusa.

tione suscipite, & sublatum de consuetudine scribendi vsum reparate, ne in damnum gratiæ parcitas contingat ista verborum.

POMERIO. 9.

QVousque tãtum licebit absentiæ, quousque fama nobilis epistolaribus destituta commercijs vetereſcet? Nolo euadere opinionem temerarij, dummodo ad noticiam possim peruenire perfecti; volo esse paginarum præuius destinator, vt Galliarum bona ad Italiam migrent, sine vllo formæ suæ translata dispendio. An forsitan putabas te in quocunque loci deliteſcere, quem scientiæ lux longe positorum monstrabat aspectui? & nisi me in laudibus tuis, domestica quidem relatio, sed per imperitiam sui pauper angustet, & amplissima meritorum tuorum præconia perlatoris arte exilitas, vtriusque bibliothecæ fibula perfectionis ex gemino latere venientis partes maximas momordisti, procurando vt tali ingenium tuum saturitate pingueſceret. Taceo summam cæleſtis collatam beneficij, & dotibus sine humano adiutorio supernis instructum. Recte enim hoc æstimatur venire de superis, quod inter homines nullo constat exemplo. Sed hæc melius secuturis, vita comite, censeo reseruanda temporibus. Ad illud nemo in

quo

quo me ſeiunctiſsimum intruxiſti, quantum habuit præſentium portitoris ſancti felicis aſſertio, in epiſtolis meis ſine cura dictatis Romanam æqualitatem, & Latiaris vndę venam alumnus Rodani perquirebas? ſollicitus credo ſcrutator & diligens, quid lima polleret, inuenit, dum per infabricata verba diſcerneret. Neſcimus, quia quid qua mente homo legerit, quod hac profert deliberatione ſententiam; maxime cum ſcriptum ſit.

Ipſe parens Vatum princeps Heliconis Homerus
Iudicis excepit tela ſeuera ſui.

Rogo etſi indigenas, & inter ſtudiorũ ſuorum palęſtra verſatos fulget Latinitas, mirum dictu, quid amat extraneos: periculum facere de eloquentiæ pompa non debeo, nec præſumo qualiter quis debeat experiri, cum profeſſionem meam ſimplici ſufficiat ſtudere doctrinæ. Si tamen quondam ſtudiorum liberalium adhuc nouitate gaudentem aliquis tali dente tetigiſſet, paraſſem vel quod ad excuſationem eſſet idoneum, vel quod non puderet obiectum. Nunc vale mi Domine, & circa me Eccleſiaſticæ magis diſciplinæ exerce fautorem. Scribe vel manda Melchiſedech parentes, quos habuerit, explanationem arcæ circunciſionis ſecretum, & quæ Propheticis myſteriis includuntur. Iſta quæ ſunt ſæcularium ſchemata reſpuantur, caducis intenta perſuaſionibus, telæ ſimilia Penelopes.

Heb. 7.

FIR-

FIRMINO. 10.

EXigat licet amor, quod non potest implere perfectio, & [a] impellat caritas, vt per loquelæ audaciam, quę ornare poterat, pereat spes tacendi, maxime cum sit dicendi, vt Tullius refert; nisi cum necessaria nimis inepta conditio, sed inter narrationum vias, & itinera aperienda falce doctrinæ, [b] & tenui nescius virium consideratione regnat affectus. Imperatoris loco dominatur semel penetralibus cordis infixa dilectio. Credens quod non de verborum pondere, vel pompa capiatur, qui de absentis propinqui est salute sollicitus, nec existimat, quod [c] nasci possit offensa de gratia: hoc ad lętitiam satis esse conijciens, si optatam nunciet epistola sospitatem, [d] sed vos libra peritiæ in eloquij lance pensabit, quibus vbertas linguæ [e] castigatis sermo, Latiaris ductus, quadrata constat elocutio; quęritis nimirum in aliis quod exercetis, quęritis quod amatis, nos ab scholarum Gymnasijs sequestrati arentis ingenij, guttis quędam Oceani fluenta prouocamus, quasi lignis contra Solis radios pugnaturi. Mei macies longe se monstrat studij; & nisi excusetur pietate garrulitas, dispendium proprij pudoris est quod amaui. Vena quidem linguę à generis fonte trahitur, & feruore genuino solet fœtura nobilis incitari. Ego

a. impetret.

b. & teneti.

c. nasci posse offensam de gratia.

d. sed vos quos libra.

e. castigatus.

me

mea sum impar prosapia, me dotibus vestris, quasi peregrinum scientiæ plenitudo non tetigit: ego vos tantum laudare magis quam imitari valeo. Et quamuis f nondum in me g. & pressus. ad florem venerit matura facundia, g & prorsus onere gratiæ soluendi deserar facultate; committo tamen cymbam tenuem h. vnde nascitur. placido mari: quia parum ab ingratitudine differt muta gratulatio, h bene nascitur vt prospera quæ de vobis perlatoris relatione cognoui, inter cælestia mihi beneficia computantur, & quamuis reddere deberem sermonis i officium. Sed quia portitorum negligentia fecit, vt directe k à nobis aut retinerentur, aut perderentur epistolæ. Ego tamen verecundiam meam in statione degentem ad incerta deduxi, & totum me legendum sapori vestro committo. Salue mi Domine, & amantem vestri frequentibus colite munijs literarum. Circa quæ studia pigrum l. nec dilig. esse, l non diligentem conuenit, nec facundum.

f. necdum.
i. officia.
k. à vobis.

APOLLINARI. 11.

PRo voto militant desideriis propriis necessitates alienæ, dum in gaudium a. nostrum a vestrum aliquorum precibus exhibemus obsequium. Quis non precio propter se quæreret, quod alteri sub hac occasione præstatur? Debent mihi nunc perlatores præsentium debita mea, & non solum me b. solutione. ad b solationem non pertrahant, sed se fatentur

tur obnoxios. Non est incuriæ, quod raro à me scripta prorogantur. Similia frequenter, vt nunc repperi, bona se subtrahunt. Inueniant ergo huius beneficij fructum si me diligitis portitores. Qui sicut à me ea quæ erant offerenda exegerunt, ita ad vos vt opinor de scriptionis commertio optata perducunt. Domine mi salutationis obsequia restituens, Deum precor, vt hæc vobis [c] in bona valetudine porrigantur; & reddatur ilico pagina, quæ meam quærat, vestram nunciet sospitatem.

c. in bona cõstitutis valetudine.

OLTBRIO. 12.

VIx aliquando mihi ea, quę diu cupita sunt, ex sententia successerunt, vt sitim quam ex literarum vestrarum ardore conceperam, eloquentiæ diuitis vnda satiaret; & æstus, quos expectatio longa geminauerat, arridentia labijs fluenta restinguerent. Sed cur me ad votorum asseram summam fuisse perductum? [a] an maius nascitur de imperatione desiderium, dum de sermonum [b] nostrorum flumine pectus ardescit: ostenditur mihi liquido, quàm sit rerum nescia mens humana, quæ dum precium propriæ ambitionis intelligit, assuescit plus amare, ad quod tarde peruenit. Et dum abũdat in præsentia [c] quo delectetur magis, superest, quod requirat. Nunc confiteor in literis vestris superfluam cautionem mei

a. cui maius.

b. vestrorum.

c. quo lędetur magis, fort. lætetur.

æstimator expaui, vbi dum secundis in altum loquelæ vestræ portarentur vela prouentibus, & in obsequio militaret quidquid spirat. Remigium vestris dicitis deesse colloquijs; non est, liceat à veri diligentia sequestrata, quam pingunt verbâ formido. Remis opus est quoties nullo flaminum puppes iuuantur impulsu. His non eget cui secundam nauigationem facit conspiratio deuota ventorum. Sol facibus non iuuatur, nec lunaris globi claritudinem minorum siderum aliquando illustrauere collegia. Domine vt supra honorem salutati exhibens, precor, vt apud magnitudinem vestram studiorum meorum fructu non caream. Postquam vobis, quid cuperem, non celaui, vt scriptionis operam, quam hactenus protulistis, styli frequentia, vel vbertate pensetis.

* in Natalem Sancti ac Beatissimi.

DICTIO HABITA * *in Natali S. ac B. Papæ Epiphanij in annum triceſimum ſacerdotij.*

Præfatio. 13.

SEntio quid plerique taciti loquantur in sensibus; & apposita cordis aure vocem cordis intelligo. Clamant enim ista silentia, quid sibi alienæ professionis homo quærat ex themate, quid insignitus humilitatis a titulus per crepantes ex more vulgi

a. titulis.

vulgi cuneos, votum plausus exspectat, quos tumescentibus fautorum bullis aura popularis exsuscitat. olim talia dicunt debuisse componi, cum adulantibus adolescentiæ floribus, & pueritiæ adhuc in illo, & secularis licentię verna riderent: [b] cum reboatibus efferri decuit acclamationibus tunc cum capi potuit, etiam fucatæ voluptatis speciem, nunc cur recitet publice, quem laus nec decet publica, nec delectat. Hi meminerint, quod ego rem [c] vestri muneris ago, quem in sacerdotis præconijs constat sentire quę debeam. Cui quamuis non intempestiuis laudibus reddam modica, tamen maxima post debebo. In cuius ministerio quidquid valeo præstat impendi. Simul etiam percipi animo, [d] quod si reddenda est [e] de otioso sermone ratio, non minus de otioso silentio. [f] Errant enim otiosa silentia si lætantibus circumfusis omnigenum mentibus solus cum dare possem verba subtraherem. Quippe cum etiam in obsequijs cælestibus hymnos deceat adhiberi. Et credamus ex sorte humanitatis Dominum, hominum meris laudibus demulceri, & hoc ab his speciali quodam iure, [g] quod denotauit, linguæ reposcere Quid Antistes faciat, qui proprijs orationib⁹ egit vt possim. Scriptum est enim, *Dominus dedit mihi linguam eruditionis*, quando oporteat sermonem dicere, oportet nunc vt cēseo; & ad loquēdi tēpus ostium cordis aperitur. Sed nunc non ego in

b. cum reuocantibus.

c. nostri.

d. quod ei reddenda.

e. M. Catonis in Originibus dictum apud Cice.

f. Erant enim

g. quos donauit.

Esaiæ 50. 4.

Poëticis laudibus ora laxabo, absit à me sentina carminum, quæ sicut vera non laudat, sic nec verè laudatur. Nunc fauete mentibus cuncta [b] dicterio, in quo opere si minora pro ingenij exiguitate non dixero, pro iactantia maiora non fingam.

b. forte dicturo.

VATIBVS antiquis dicendi maxima virtus. &c. inf. pag. 14. *Poëmat.*

FAVSTO. 14.

MEritum meum si regnator cælestis attenderet, aut exigua bona adipiscerer, aut magna supplicia, & mei idoneus æstimator, quo meritis peruenire non poteram, voto non tenderem. Sed gratias illi qui delicta nostra sic, ne extollamur, resecat, vt spem ad [a] lætiora perducat. [b] Domini Auieni dictionibus à me debentur ista præloquia, qui necdum ad bonam valetudinem reductus, animum meum sollicitudinis catena laxauerat, dum adhuc inter spem & metum anxij vota penderent, [c] verâ respiciens, iudicauit, quo tonaret eloquio. Iudicio quidem ista [e] perceperam, & altricem nobilis metalli venam, in thesauris, quos pepererat, agnoscebã. [f] Sed etiam in hoc pectore euenire vix credidi, quod assequi non merebar. Verum dico teste diuina clementia: sed sunt aliqui in Liguria, qui de litterarũ possũt genio, & splẽdore iudicare: vos crediderunt in illa dictione laborasse, quã ętati præ-

a. latiora.
b. Domni.
c. naturam.
d. inde cauet, quo f. indicauit.
e. præceperam.
f. Sed etiam in hoc peccator.

præiudicans, [g] canus iam in puero sensus exsoluit. Sed ista magis illis cum [h] lacrymoso gaudio dixi, [i] quod aut effusus sanguis albo curiæ cælestis adscripsit, aut clara confessio, qui secundis confirment primordia nostra successibus. Vos famuli humilitate, & obsequio salutans, opto, inter quæuis dum istis animum relaxatis, aduersariorum mala gaudere. Nihil est enim, in quo inimicorum possimus damna sentire. hoc nobis Deus contulit, quod inuidia terrena non subtrahat.

g. canos.
h lacrymo.
i. quos aut.

FAVSTO. 15.

QVid faciam [a] quoniam rescribenda vos scribitis, [b] & bono præscientię zelo nobis obsequente concesso, quidquid alienum pectus potuit inuestigare narratis. [c] Liquet supra hominem esse, duorum sic implere personas. Sed ad illum referantur ista, [d] qui præstruit. Ego tamen remittere me orationem, per quam in vmbram antiquus trudetur Tullius, non promisi. Quippe qui acceptum quaternionem sub maiori, quam ingenio meo commodabat, celeritate reddideram, dum fidei seruiens, quæ ad profectum poterant pertinere, contempsi. Nihil apud me de veneranda tunc dictione remanserat, [e] nisi ad fructum, quantum æstimo, bonæ opinionis reposcenti memoria furante subduxeram.

a. quando.
b.& pro bono zelo vobis obsequente concessæ.
c. Liquido.
d.qui præstitit.
e. nisi quod ad.

ram. Nolo dicere quale fuerit, quod inuitus restitui; quale etiam quod amaui, ne manifesto credatis nos alleganda fine sui dispendio prædixisse. Curis meis tamen super hac parte serenæ lucis meæ f Domini Auieni miseratio, licet incipientis, tamen iam probata succurrit, quandam scedulam, quæ ipsi remanere potuit, hostium mihi nobilitas ingessit: hanc hactenus habui, nisi sum & locutus, & sapui. Sed postquam & aliena beneficia iussus sum g pendere per latorem eam h frequenter destinabo, non eam in me pro peccatis intelligens beneuolentiam, vt quod externorum i minueret ingenia, bene credulus non negarem, sciens me hominibus, quod impugnat, propositum cautione misceri. Verum dico illo teste, cui nota sunt omnia, à me illas mundi ore celebratas dictiones vestras, quod credo k inscientia mea fieri, cuiquam dari, nec tormenta compellunt. Domine mi salutationem reuerentiæ vestræ exhibens contestor, l quod negligentia iudicium meum, m nec adulatio impugnat affectum.

f. Domni.
g. perdere.
h. sequente.
i. muniret.
k. inscitia.
l. quia neque negligentia.
m. neque.

ASTYRIO. 16.

PRopheticis oraculis sublimitas tua præstat obsequium, & ad fidem veterum sanctionũ militat nouellis excessibus. Prouidisti ne senior admonitio remaneret valetu-

letudine subtracta neglectu. Scriptum est enim per Dei cultores, quorum aures prudentium debeat doctrina transire, quod falsi sermonis sapore pertrahere, allegans perire monita, quæ in alia constitutis deliberatione præstantur. Ego tamen loco humilis, lingua mendicus, solis antea necessitudinis stimulis verba concessi, & ad contestationem diligentiæ, prioribus litteris exhibui sub sanguinis libertate responsum. Nunc male est animo, quod iniuriarum fructu carens, sumpsisti forsitan mentita apud te vrbanitate iactantiam, nescies quod [a] auctores repetunt tela, quæ indocilis aduersus alterum manus emiserit. Quis putet contumeliam, quæ solam conscientiam destinantis affligit. Improborum natura est, hoc sentire de omnibus quod merentur: & in malis solatium, [b] nunquam videre innocentiam. Tormenta sunt maculatæ conuersationis, non sibi credere esse participes. Hæc illa mente descripsi qua [c] immemor propositi odium cōpellor d b re criminibus. [d] Nullum decus inest, nisi de se tetigit confitentem: dum vitia incessimus, reum ira manifestat. Nam iniurius sim si stylī loco vomerem sentiam; aut mihi scripta computem, quæ relegens non agnosco. Scit enim Dominus, quia si non vestro nomine notata fuisset epistola, ad quem fuisset directa nescirem. Tibi habe facetias tuas, aut illis reserua, cum

a. auctorem

b. nusquam.

c. memor.

d. Nullū dens me⁹, nisi de se.

quibus vobis sermonis officio per clandestinæ familiaritatis communionem clamor est actiui. Ecce salutationis honorificentiam soluens deprecor, vt in dirigendis epistolis, loca, tempora, personas, attendas, ne, quod ego à me scriptum non computo, alterum forsitan lædat. Quia æstimo te huius epistolę formam ad plurimos destinasse, & sola nominum cõmutatione causa per singulos, sine meritorum consideratione, transmittere.

e. actuum.
f. formulam.
g. eã per sing.

OLYBRIO. 17.

VT tradit quædam eloquentiæ persona sublimis, lex est in epistolis negligentia, & auctorem genij artifex se præbet incuria. In quo opere illud subducit gratiæ, quod cruciatuum testis sudor inuenit. Caminis excocta fabrilibus verba non flagitat salutis suæ nuncius, & quæsitor alienæ: melius sit in his commercijs pura elocutionum fronte congredimur. diademata simplex colloquij cultus abiurat. Epistolaris communio, si quando affectatum decorem fugit, obtinuit. Sed magnitudinis vestræ dies, & elucubrata narratio mendicis limitibus nescit includi; nec oris thesaurum, quibuscunque artare confinijs: Magnorum more fluminum, riparum fræna contemnit. Nam dum compositum velamen occupationis locuples lingua transgreditur, his tantum se studijs

a. Cicero, lib. 1. ad Atticũ, epist. 9.
b. inuenerit.
c. si in his.

se studijs militare significat, [d] ad quæ occasione perducta est. Et nisi vobis, quietis nostrę testimonio, Reipublicę gubernacula sentiremus fuisse commissa, & rem laboris [e] nostri esse, quidquid vbique disponitur, vel Italiæ curam didicissemus vnum pectus ingressam, pene vos sola putaremus paginalis styli cura, & assiduitate macerari. Deo debentur hæc munera, qui & amatorem scientiæ sensum contulit, & limam studiorum ad oris fabricam non negauit. Non sic pernix æthera [f] aucta neruis arundo proscindit, quemadmodum inuenta ingenij vestri sermo describit: nulla languescit obice, nullis tardatur obstaculis; fit peruia quæcunque se illi difficultas obtulerit. Et mirum in modum per allegantis peritiam mutatur natura causarum: hoc facis immerito negocium habuisse, quod cupias. Veritas est quodcunque pro veritate narratis: hinc cautis iudicibus non licet repugnare. Munitissimi discussores opinionis lucrum æstimant, si sequantur quo pertrahit [g] emptio imperiosa captiuos. Huic ego linguæ, his opibus reuerentiam, fateor (ad quam primus cucurri) debeo singularem: Et opto esse plurima, quæ mihi ad caritatis fibulam agenda mandentur. Sed quæ iniunxistis de religiosis fœminis speciosa, & germanis eius, male est animo quod implere non potui. Nihil enim nunc mihi cum illis residuum est familiaritatis aut pignoris; Maxime quia in disiunctis

d. ad quæ vel occas.

e. vestri.

f. acta.

g. oratio.

ciuitatibus degunt; ad quas tamen missas ad me literas mox direxi, quæ responsum vsque ad illa, quibus se viderent, tempora protulerunt. Ego ne magnitudinem vestram suspẽsam tenerem, scripta prorogaui. Mox [h] ad nos perueniet, si quid mandauerint, quod libeat indicari. Nunc honorificentiam salutationis impartiens, rogo vt mihi magis cũ Ecclesia, sublimitas vestra, si quæ sunt agenda, committat. Quia puto me in affinium vestrarum causa, vel matronæ, amici circa vos diligentiam pectoris non celasse.

h. ad vos.

* *AFRIS* 18.

cohortatio ad constantiam.

* Card. Baronius Tom. vi. Annalium ad ann. Chr. 304.

LVerum forsitan putaret inimicus si inter pericula, quæ Christianis indixit, credentium animos subegisset, & per diuersa adiu grege dispersо non supereſſet, vel inter paucos a quibus possit fide perseuerante calcari. Regnat adhuc ille in numero vestro, qui sibi non tam in multitudine quam in deuotione complacuit. * Scriptum est enim datam Satanæ potestatem, vt seruos Christi cribaret, [b] vt quid de tritico inueniri possit horreis iungeretur, quod de paleis, ad ignium alimenta transiret. Ad vos specialiter dictum est: **Nolite timere pusillus grex, complacuit Patri vestro dare vobis regnum*: venit inter vos gladius perfidorum, qui marcida Ecclesiæ membra resecaret; & ad cœlestem gloriam sana

a. Domini v. c. recte.

* Lucæ 22. v. 31.

b. & quod.

* Lucæ 12. v. 32.

sana perduceret. Quos habeat CHRISTVS milites, certamen ostendit: qui triumphum mercantur, per bella cognoscitur. Nolite metuere quod Pontificalis à vobis apicis infulas abstulerunt. vobiscum est sacerdos ille vel hostia, qui non tam honoribus consueuit gaudere, quam mentibus. Maiora sunt confessionis præmia, quàm nominatæ munera dignitatis, ad illa plerumque etiam minoris meriti personas fauor humanus adducit. Illa nisi gratia superna non tribuit: ipse enim in vobis, & pugnauit, & vicit, quem fides meretur, & inter hominum tormenta *iudiciari*. Prolixis non est opus feruorem in vobis cælestem animare colloquijs: habet incrementa sua diuinæ virtutis incendium. Nec opus est eos in trophæo iam positos attolli laudibus, qui sine monitore vicerunt. grauant conscientiam Christiani quid, quid adferunt blandimenta præconij. res quidem virtutis est, quam fecistis, sed summi præmij restitutione superãda Quod tamen directis ad filium nostrum H. Diaconum litteris superastis, beatorum Martyrum Nazarei, & Romani benedictionem poscentes, fidelibus non negamus: accipite veneranda patrocinia c. munitorum militum, quia & vestram iam fidem in prælijs Imperator agnouit: Feliciter confessionis munera consummate. Dabit Deus cum ipsi d. placuit reducem Ecclesijs quietem

c. inuictorum

d. placuerit.

tem, vt mœrorem, quem indixit aduersitas, pacis dulcedine consoletur.

EVPREPIAE. 19.

COElestis dispensationem mysterij vno tempore mihi sororis Lupicino refusus
a. & gem. est matris affectus, a vt geminæ copula necessitudinis peregrinantem recipere meruit post interualla pietatem. Reuixisti apud nos post dilectionis, quem procuraueras, obitum beneficio literarum: vidimus amorem quasi de quadam sepultura surgentem. Inauspicato nobis incolumitatis vestræ nuncius
b. credebamus acceſſit auditu, quam b ardebamus per con-
c. nostri. temptum c vestri viuentem busta complesse; credimus te dura perpessam, sed confitemur irrogasse durissima. Quod sustinuisti commune cum bonis est, cum crudelibus quod fecisti. Vbinam gentium materna hactenus cura delituit, vbi quod fratri debebatur errauit ad longiora animus tuus quam corpus abscesserat Si te ad vltima terrarum confinia peregrinationi socia dispulisset aduersitas,
d. germanæ. illic sequi debuit d germana fides, & sollicitudo genitricis, sed in occasu Solis, cui proxima fuisse narraris, frigidum pij amoris pectus habuisti. Imitata fuisses ætherei sideris circa debitam diligentiam, defectum feliciter renoscentem, & feriatum à gratia non perpetuo animum gessisses. Suscepisti mentem prouincialium quos adisti, inuitasti

inuitasti religionem, & propositum pietatis abdicasti, non abiurans Italiæ communionem non solum circa amicos, sed etiam circa interna pignora repulisti. Postremo animæ tibi mutatio accessit, commutatione telluris. Quam timeo, quod longis incuriam tuam incesso colloquijs, quid offensa faciet, quæ illæsa contempserit? dedisti iustum dolorem studijs non amantis: quæ te innocentem faciunt causas ingessi. Sed exprobratio ista, si per se respiciatur, aspera est, si origo eius [e] inspiciatur, omni dulcedinis melle condita, grauiter fert circa caritatem negligentiam, qui parentis silentium liber accusat. poteris errata corrigere, si præsentia non vales, scriptione multiplici. Salutis ergo gratiam præsentans quæso, vt mei memineris, qui preces tuas circa communem filium & vota præcessi: ante enim, quid debuissem consideraui, quam quid velles agnoscerem. Tu Deum religione placa, & precum contra nos assiduitate compone, qui intentionem meam in eius profectum & cordis secreta respiciat, vt quod ego labore polliceor, ille præstet auxilio.

[e] inquiratur.

FAVSTO. 20.

PAr quidem fuerat sublimi viro Panifronio [a] communicante ministerium paginæ ad diuini sermonis officia transferri, [b] nec

[a] commeante vt hic etiã infra.

b. nec illum. [b] nec vllum epistolari falce onerari, quem non tam verba mea contigit nosse quam studia. Sed eius in his officijs manus dantur imperio: postulat adiutricem paginam latentium scrutator animorum, [c] & iam ne quid apud eum nostri deesse contingat obsequij scripta concessi, etsi commendationi non necessaria, præceptis eius accommoda. Quibus enim sermonibus prosequendus est, cui totum magnitudinis [d] nostræ licet sperare de gratia. Ita eueniet vt angustiora sint supplicantis verba quam merita perlatoris. Quid enim præstes iuuaminis illi, pro quo quantum vis popoſceris, plus meretur. Ergo ad styli exercitium iunguntur hæc, non ad beneficium commeantis: iuuat animum sub quauis occasione vestri meminisse: licet nominato [e] scriptore nil tribuam. Ecce tamen, quia ita iussus sum, illa quæ præstantur extraneis, insinuationis dicta subiũgo: iuuate vos peculiariter expetentem, fiduciam eius dignatione roborantes, quidquid spe [f] percipit, inueniat, vt si meritorum suorum angustus æstimator est, ad me referat quidquid fuerit [g] prosecutus. Obsequium salutationis impendens supplico, vt crebris me releuandum ducatis affatibus, cui inter mœroris sarcinas nullum, præter oris vestri solatia, potest subsidium esse.

c. & ideo ne

d. vestræ.

e. scriptione.

f. præcipit.

g. consecutus.

CON-

CONSTANTIO. 21.

NEmo a veritatem pompoſa elocutione condemnat, nec ſpernendum cum pudore b dicit eſſe quod ſequitur: ſui impugnator eſt, quiſque elucubratis ſermonibus linguæ cultum prædicat adiurari. Ego tamen in epiſtolis magnitudinis veſtræ diligentiam ſemper, non verba penſaui: nec adiutricem maliciæ facundiam maius precium habere cenſui, quam ſimplicitatem, quæ infucata fronte ſecretum mentis nunciat; hoc in ſanctis hominibus, & amaui ſemper, & colui. Ago nunc, atque habeo gratias, quod paruitatem meam literarij ſermonis viſitatis affatu. Et inter occupationes & excubias, quibus vniuerſos Rauenna diſtringit, mei cura non ponitur. Reddo ergo effuſiſſimæ ſalutationis officia, ſperans, vt præſentiam meam apud dominos meos amantis veſtri pro dignatione, qua credentem fouetis, faciatis optabilem.

a. peritiam.
b. ducit eſſe.

IOANNI. 22

PRobabiles cauſas habeo, quibus vnanimitatem veſtram ſtyli mei morſu quamuis rubigine ſordentis inceſſam, quas cum ſis abundans naturæ bonis, & ingenij facultatibus locuples, purgare non poſsis.

Ego

Ego nunquam credidi ad alium reditus ve-
a. perferri. stri citius indicia posse [a] proferri. ego curam
b. mei inter quasuis occupationes. [b] mei quamuis occupationes, illud amicis censui consecratum, pectus excedere. Ecce ante oculos meos redduntur, alijs paginæ, & amica expectatio, sub omni credulitatis meæ despectione frustratur: nolo literas maiori obiurgationis felle complere. sufficit tristibus stricta narratio, in eo adhuc animus meus, quo magnitudinem tuam discedentem monuit, persistit statu. Vestrum est, si temporum mala contemnitis, promissam seruare concordiam. Salue mi Domine, & amantem tui releua communione sermonis, vt scribendo deleas dolorem, quem vides amico per scriptionis abstinentiã contigisse.

CONSTANTIO. 23.

De arbitrij libertate.

ABundo gaudio, nec clauda lætitiæ meæ fides est. Ideo aliqua per diabolicam inspirationem nasci certamina, vt tu, qui te vltra emendationem omnium protulisti, triumphi honore gratuleris, non est, vt video
a. effœta. [a] affecta Liguria nobilitatem pariendi, nec in temporum extremitate deposuit; inimicum vitijs adhuc, & in cineribus nutrit incendium, in cuius fauillis vltrix criminum flamma non moritur, nec hostis errorum ignis operitur. Quam timui, ne velut exhau-
b. vestræ. sta cessaret: dum epistolæ [b] nostræ frontem alienis fuscatam præstigijs sollicitus trucinator

nator aspicerem; more parentis attoniti, qui cum carum pignus ad bella transmittit, nec de explorata esse patitur, virtute [c]*securus* ad incrementa sollicitudinum triumphos filij numerat, non quietis. Plus expertæ metuit felicitati, cui formidinem [d]monstrat affectio. Quia ignara cautionis est mens instituta victorijs, & in acie amor laudis, salutis obliuio. Trophæi gustus abdicari imperat lucis affectum sapor vitæ illos tantum possidet, qui de conflictibus venientia bona nulla didicerunt, semper ad gloriam iungitur, quod de incolumitatis propriæ cura decesserit. Sed mihi in præsentiarum supersedendum est huiusmodi scriptione. Non sunt militis nostri plus prædicanda quam asserenda certamina. Vbi iaculis opus est, verba nil conferunt; licet promulgasse sententiam meam fuerit, dum vestram prædico, & hoc sit respondere, quod responsa laudare. Dei tamen opem precatus obsecutura [e]si Dei verba subiungo, ad illum conuertens styli mei cultum, qui quoties scribenda est infelix curuis terra vomeribus, se famulis suis germina collaturum permittit esse, quæ iaceant, dicendo *non cogitetis, quid loquamini: Pater enim vester est, qui loquitur in vobis*. Ipse ergo ad sanciendam promissi veritatem veniat, & ipse oris mei labentem confirmet infantiam; vt hallucinationis nostræ concinnatio non inhumana videatur. Sed quid diu replicanda circum-

c. manifestus.

d. ministrat.

e. Fidei verba.

Matth. 10.20.

loquor? Vnum rogo, vt pro modulo meo
rescripta taxentur, nec putetur, aut legi, aut
defensioni deesse, quod nescio. Ergo vt scri-
ptione testamini, inuentus est homo, qui
seruus CHRISTI, quemadmodum ipse
promisit esse faciendum sub hac occasione
Lucæ 22.31. cribraret, asserens de arbitrij libertate homi-
ni in vna tantum parte, quæ deterior est eli-
gendi datam esse licentiam. O schismaticam
Apocalyp. 17. 5. propositionem, quæ iuxta Apocalypsim scri-
ptas habet in fronte blasphemias. Quæ ista
libertas est, si valet, edisserat, vbi hoc datur
solum velle quod puniat, aut quare electio-
nem nominet, vbi vnam tantum partem as-
serit fuisse concessam? Quod si veritate subsi-
steret, locum diuina iudicia non haberent.
Quid enim boni à nobis Deus nolter rectè
quæreret, qui appetentiam eius de voluntate
subtraxerat? Sed iuxta Apostolum nun-
f. *iniquus* quid *f* iniustus Deus? Absit. Inter homi-
Galat. 2. 17. nes à recti g discedat affectu, qui à subiectis
g. discordat. exigit, quod in potestate non tribuit. Hoc
de Deo, qua conscientia sentiatur, aduer-
tite. Vbi est illud Apostoli clamantis, &
Rom. 7.18. pro arbitrij libertate testantis: *velle adiacet, mihi, perficere autem non inuenio*. Quid est
aliud nisi dicere noui dextrum iter eligere,
h. inuerit gra- sed nisi ingredientem h inuenit gratia super-
tia. na lassabor, nemo dubitat, nemo con-
i. protestante. demnat, quid auctore gratiæ i præstante
& ipso, æquitatis hominibus callis aperi-
tur. Dux enim bonorum, & præcessor est

gratia,

gratia, quando cœlitus multiplici ad requiem inuitamur hortatu: quando nobis dicitur: *Venite filij, audite me, venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis gaudium.* * *Vbi ego sum ibi erit & minister meus.* Sed nisi talibus monitis, & voluntas nostra, quę libera est, & labor, præstat obsequium, ad periculum & gehennam non imperio aliquo, sed sponte deuoluimur. Itaque aut præmium deuotio, aut pœnam contemptus operatur: alioquin non erit iusta retributio, quæ aut per supplicia refertur necessitate peccantibus, aut bonam mercedem offert operi, ad quod attrahuntur inuiti. Ergo debemus gratiæ, quod vocamur, debemus [gratiæ,] quod occultis itineribus, nisi resistamus, sapor nobis vitalis infunditur: nostræ tamen electionis est, quod beneficia demonstrata sectamur: via enim scelerum non imperatrix nostra legitur esse, sed famula. Cum de peccatis dicitur: [a] *Sub te erit appetitus eorum*, quid etiam sibi vult vniuersa Prophetæ quasi sertis redimita elocutio: [b] *Noli æmulari, inter malignantes:* [c] *Nolite confidere in principibus:* [d] *nolite fieri sicut equus & mulus.* Et Apostolus: [e] *Nolite fieri serui hominum.* Toties *noli* in superna admonitione quid respicit, si aliud *velle* non licuit? Deinde quamuis in persona CHRISTI, tamen pro arbitrij adstipulatur eiusdem Prophetæ nobis libertate testimonium: [f] *Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui & alibi:* [g] *Voluntarie*

Matth. 25. 34. * Io. 12. 26.

a. Gen. 4. 7.
b. Psal. 36. 1.
c. Ps. 145. 3.
d. Psal. 31. 9.
e. 1. Cor. 7. 23.
f. Psal. 39. 9.
g. Psal. 53. 8.

h. psal. 115. 15. & 18. tarie *sacrificabo tibi, &*: [h] *Vota mea Domino reddam*: & iterum, [i] *vouete, & reddite*. Illud autem beati Apostoli, quo se [k] armari credit exemplum nobiscum facit, si quæ sequuntur aduertat, cum inimicus arrogantiæ dixit: *gratia Dei sum. quod sum*: mox enim ne sic fugax gloriæ crederetur, vt longo interuallo à veritate decederet. sapiens architectus, adiunxit: [m] *abundantius omnibus laboraui, & gratia Dei in me egena non fuit*, quod dixisse est, Christus in me, quem digne, aut abundanter muneraretur, inuenit. Non enim pauper est diuina gratia, sed meritorum nostrorum putatur quadam macie, aut exilitate tenuari. Quæ tunc non suis æstimantur meatibus fluere quando de eius cursibus ariditatis nostræ vena nil recipit. O si epistolaris pateretur angustia sacrorum voluminum arcana referari. Sed timeo, ne qui nullam poterit Deo inspirante in fide nostra inuenire calumniam, de paginæ prolixitate causetur. quid illud qua mente susscipit? [n] *Ecce aquam & ignem; ad quoduis porrige manum*: quid alia, quæ copiosus assertor ipse replicasti? Credo more [o] *aspidis clausa*, vt aiunt, aure transiuit. Video quo se toxica libycæ pestis extendant, arenosus coluber non hæc solam habet pernicioſa, quæ referat ad æstimationem occultorum facinorum, ferenda sunt quæ fatetur. Vult enim ad illud pertingere, neminem suo vitio, aut negligentia perire; si homo vtriusque rei boni;

i. psal. 75. 12.

k. muniri.

L1. Cor. 15. 10

m. Ibidem.

n. Eccl. 15. 17.

o. psal. 57. 5.

& ma-

& mali per potestatem concessa electione priuatur: Hos tantum iactat potuisse saluari sine labore vllo, sine mandatorum amicitia, quos peregrinantes à merito fauor tantum cælestis eripuit. Perinde, quod in ipsum referatur illos perijsse intelligit, quos gratia noluit diuina liberari. Tu mi Domine salue dicto, tac apud te vt si es, & si sanari mancipium mortis non potest, à contentione desiste; ne cum tu fidei radice fultus valida niteris; ille sub occasione huius controuersiæ ante editionis tempus, diuini seminis ab aliquorum vtero partus excutiat.

CONSTANTIO. 24.

DAbis veniam, quod celer rescripsi; quia ætati adhuc debeo indocilem festinationem: vos maturitas, & pondus decet: proinde credentem fouete, & nugas meas à publico rigore subducite; quia si pagina nostra *retia parat, atque anceps est iussionis vestræ, se tuetur patrocinio ab hoc quod nemo impetrata fastidit. Vale ergo dicens legenda commendo. fiet etenim, vt posthac bene acceptis ad parendum, & lenificæ obedientiæ stimulis incitemur.

a. res crepera, atque. vide Festum, & Nonium.

ALBINO. 25.

QVater ad magnitudinem vestram scripta prorogaui, & adhuc tanquam deses accusor, lingua militauit affectui, assiduitas diligentiam non meretur. credo portitoris aut negligentia, aut inuidia ad hanc me offensam fuisse perductum. Ecce tamen scripta multiplico, & pro vestro voto prosperitatis meæ indicia faciens de vestra cupio felicitate gaudere. Salue mi Domine, & amantem vestri sub omni dignatione releuate; quia Deo proximam rem facitis patrocinio vestro credentem plena fide, & communione releuare.

B. ENNODII EPISTOLARVM. LIB. III.

FAVSTO. 1.

SVperuacuis ad beneficia laborat impendijs, qui Solem certat facibus adiuuare. gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit commendationis augmenta, quem ad amicitiarum cumulum merita pertulerunt. Illustrem & Patricium virum Albinum, parentem vestrum, styli mei cura prosequitur, cui per paginam non impendo

pendo necessaria, sed vosiua, & quamuis vtilitati eius nihil adijciam; amorem tamen mereor, quod prædicti iussa compleui. Venerabili ergo Domino salutationis obsequium impertiens precor, vt circa diligentiam suam prædictus vir magnificus recipiat, quod mihi, dum vos colit, exhibuit. Noui enim citò amplissimum virum ad cordis vestri esse penetralia perducendum, quem innocens propositum luis erit apud vos dotibus adiuturũ.

FAVSTO. 2.

Ennodius Diaconus.

SIne dispendio tutelæ orbantur, quos ad vos pertinere a contingit. non desunt illis parua subsidia, quos fouetis: Lupicinum Euprepiæ nostræ filium loquor. ad ipsum pertinet præfata generalitas, de cuius substantia sublimis vir venerator vester comes tantilla dixit mihi à Domino nostro rege, quod referri graue sit impetratu. nam vniuersas matris eius b facultates à Forisa vel alijs asserit fuisse competitas: aliud quod infelicitati pupilli potuissem præstare, non habui, nisi vt vestram noticiam c instituerem, & veri fungerer relatoris officio. Vestrum est, inspirante Deo, circa miserum prouidere quid adiuuet: Ad me respexit, quæ mihi resignata sunt, indicare: Domini verè mei salutationis obsequia præsentans de clementia diuina postulo, vt laborem vestrum iuuamen cœleste comitetur.

a. contigerit.
b. paterna.
c. facultatulas à Torisa.
d. instruerem.

EIDEM.

Ennodius Diaconus. 3.

DISPENDIVM credo esse diligentiæ, nullas commeantium manus literarum dote munerari, quæ solent lectione etiam vultus ad longinqua portare, & carorum imagines officio præsentare sermonis, ad illa iungitur, etiam bene de vtriusque merentis sublimissimi luminosi portitoris occasio; qui ad religionem meritorum nostrorum suæ quoque gratiæ fructus adiungit. Quis [a] genius patiatur, vt sub quacunque negligentia [b] haberetur affectus? Si [*] à pagan s temperem, quas dignatio vestra exegit: & si illas nominatus non accipiat perferendas Deo gratias, quod in fronte epistolæ [c] loquendo fuit; quia felicitas vestra votiuis erigitur [d] acta successibus, quod tumida inimicorum cerviix Deo CHRISTO nunc grauata succumbit. spe [e] perceperam, quod effectus ostendit: bene enim sententiæ cœlestis finem prænoscit, qui nouit qualitatem eius de actuum humanorum serenitate colligere. Vale ergo longum, mi Domine, & amantem vestri stili vsu [f] reuelate. vt quidquid subtrahunt interualla terrarum, tabellaria compenset oblatio.

a. geminos.
b. hebetetur.
*à paginis recte.
c. locādū fuit.
d. aucta.
e. præceperā.
f. F. releuate. vt inf. epist. 13

FAVSTO

FAVSTO QVAESTORI. 4.

PRo cælesti dispositione reditus mei, iudicia fieri nullo magis quam amico Rauennam properanti conuenit; cuius fidelis relatio etiam pagina cessante sufficerat. Sed vsu abstinere non potui. Quo si sub quocunque neglecto temperem, videor damnasse styli frequentiam, quam amaui. iungitur quod prædicto obuias in negatione manus exhibere non potui, quiescit ab amantibus suis securus exigere, quod eis pro religione conscientiæ nouit fideliter exhibere. Rauenna ergo digressus, (quę quid- Rauenna.
quid in præsenti vita habeo, dulce complectitur) Mediolanum salua corporis valetudine, Christo prosequente, perueni, male ferens quam in redeundo hieme impellente optaui, forsitan contra desideria, celeritatem; sed ad Deum cuncta referenda sunt, cui adiacet humana facta componere, & diligentiam corporalem ęterni amoris sapore mutare. Nunc ad scriptionis caulam dicta humili salutatione, & commendatione, me confero perlatoris, qui si pro mentis vestræ serenitate gratuletur beneficijs, agnoscit se, aut recepisse, quod vestris præstitit, aut qualiter amari debeat, incitari. Quem si vel nolit festinum redire compellite, quia & affectui meo præsentia eius est necessaria, & si Deus promissione statuerit

tuerit cum ipse iusserit, vtilitati expectatur accommoda.

LIBER IO. 5.

AVT alitur, aut sustentatur subscriptione diligentia: ministra affectionis est epistolaris confabulatio. muta caritas simulacrum præsentat ingrati. depreciat genium suum, quæ in vocem non prorumpit, amicitia. Bene secretum pectoris reseratur claue sermonis, dignatione vestra iam potior, hęc pro ingenij viribus paginalis commercij libamenta dedicaui, per quę [a] respero vindicare mihi meritum plus amantis: nemo enim taciturnitatis repagulo ora porrigit, quem decisi fœderis mœrorem proditor mentis loquela non deserit. Principem ergo locum in litteraria cōmunione possideo, & maiori cultura dignus sum. qui prior quid gestirem, patefeci linguæ testimonio. Ecce religionem dirigendæ paginę sine nube deseruí; vestrum est in me fouere quod [b] cœpistis, ne iudicia culminis vestri, me [c] tacente, patiantur examen: exponit enim censuræ sententiam suam, quisquis [d] quod eligitur, non tuetur. Domine, nisi salutationis reuerentiam pleno dependens obsequio, Deum rogo, vt beneficiorum circa vos suorum incrementa multiplicet; quia solus sensus est meorum pleniſſime com-

a. vsurpo.
b. recepistis.
c. iacente.
d. quod eligit.

commodorum, qui celsitudinem vestram ad fastigia quæ debentur, extulerit.

HONORATO. 6.

IN vicinitate vos degere moderna scriptione signastis, iungentes ad dispendia gaudiorum statum [a] nostræ valetudinis immutatum. Non ego sic mereor vt semper mihi cum dulcibus amara socientur, hactenus vos RAVENATIBVS occupatos excubijs aduersa tenuerunt. Vnde quia laxari contigit, corporalis in vobis respondendo est labefactata substantia, ne in totum liceret optata promereri: Quàm dura est humanarum rerum conditio, quę quoties desiderijs aliquo sapore responderit, mox & in foribus concessa permutat. Expaui tamen calumniam [b] quam orationi, & nimis Dædala prouisione literis indidisti, vt inuicta pro vtilitate tua nolle me credas, si efficere non potuisse, signauero. O artificis ingenij secretum, quod plus commoditati prospicit, quam de amore confidat. Deus testis est, me tibi non negaturum esse, quod valeo. Tu Deum roga, vt actionem meam infelicium, quas diligis, literarum non patiatur calamitatibus impediri. Nihil enim est, quod magis pro obice metuam actionis impositæ, quàm illud quod noui, accipere scholasticum nil mereri. Confert magis ingenium tuum ad squalen-

a. vestrę valetudinis imminutum.

b. quam Oratoria, & nimis Dædala.

æqualentia iura, per quæ quidquid scabrida popoſcit lingua, mox meruit, aut ſi non meruit, mox auuliit: Domine ſalutationis gratiam ſoluens, ſpero, vt effuſis laborem meum precibus iuues; quia cum non habeam docti aut eruditi meritum, e. ſæpe. ſpe in cauſis ſuſtineo fata perfecti.

AVIENO. 7.

a. principe loco vt epiſt. 10. lib. 4. AGo gratias, quod a principis loco ponendum eſt, qui magnitudinem tuam, quæ a me erant offerenda, fecit exigere, dediſti precium garrulitati, quam vix hactenus intra verecundum penetrale continui. eliciti vtor ſtyli genio, quem duriter ab importuna ſcriptione reuocaui. meritum coactæ vocis inuſitata loquacitate poſſideo: nã poſtquam me iuſſiſti paginas deſtinare animo meo, quod tacueram, commodaſti. Euge frons diu prodiga, aliquando mihi contigit ad affectionis copiam ſine tui diſpendio peruenire. diſcamus non odiſſe quod b. vt te lib. adiuuat. ſilentij gratia fecit b in te libera iam loquamur, expectantur à nobis ſæpe faſtidita colloquia. c. Non ibi longius. c Non ibi longius; aſſeritur, vt video, linguæ officium raritate ſermonum, in qua parte non clauda lætitiæ meæ fides eſt; ſententia noſtra veri aſtipulatione fulcitur. Ecce ille qui doctorum epiſtolas grauidi dotatas melle colloquij ſummis labijs vix

liba-

libabat, tabellæ nostræ culmos non dedignatur accipere. gemina pudor mihi hilaritate profuisti, cum tu in statione certus es, & cum frequenter contempti desiderantur affatus; facta est ecce melior eius sententia quem amamus. Nobis ergo verecundia Consuli nostro emendatione prospeximus: sed ne in longum procedat pagina, transcendens terminos præfinitos, & loquēdo multa, quod tacuimus, demonstremus, non fuisse consilij. Vale mi Domine, & amantes tui hac communione dignare, quia præcelsi honorum tuorum apices hæc sola recipiunt augmenta, quæ de humilitate nascuntur.

SENATORI EPISCOPO. 8.

PRima res est sancto conueniens sine dubitatione proposito, sponte pro Iustitia facere, quidquid alij solent monitis exhibere, sed honestati proxima « vel sera rectis suggestionibus non grauari. In qua parte, etli principem locum non possidet qui monetur, habet tamen Dei gratiam, quod veritatis * insignationibus non repugnat. Causam ergo præfationis insinuo, ne & ego vtilitatem meam differre videar prolixitate sermonum, dudum per me suppliciter postulaui, vt de mancipijs (quæ de casa mea à vestris sollicitata constabat) vnum mihi, quod remanserat, redderetur. de-

a. vel secunda.

* f. instigationibus.

dediſtis precibus meis ſancta promiſſione reſponſum, vt etiam ſi vobis puer ipſe iure competeret, vos tamen gratiam commodis
b anteferre. b auferre. Regreſſo me de Rauenna (quod dictu nefas eſt) pro peccatis meis effectum ſacerdotalis diffinitio habere non potuit. adſcribo meritis meis, quod, cuius ore damnatur mendaciũ ſtatuta violauit: ecce iterum me ad conſcientiam veſtram refero, ecce, quod filium decet, exhibeo, vt per ſublimem, & magnificum dominum Victorem ad humilitatem conferam, quidquid mihi poterat legum ſæcularium auctoritate præſtari. Videte, ſi reus ſum, qui elegi virum Antiſtitum moribus congruentem, qui vel contra æquitatem repugnantium indomita
c. mollire. poſſet corda c permollire, effectum mihi negocij iam promiſi, qui legati meritum comprobaui. Prouidete, ſi religionem deceat, ſi à Pontifice dignum ſit, illum, qui poteſt cautibus imperare, contemni. duo ſunt, quæ mecum faciunt, negocij ſinceritas, & genius ſupplicantis. Quidquid contra hoc obſtiterit, bonorum ſententiam mox meretur.

EVGENETI. 9.

Mœrentem in fratris funere conſolatur.

QVamuis commercia literarum magis ſint lætitiæ quàm mœroris; nec ſecretum pectoris aut amicitiæ diligentiam bene in lu-

in lucem [a] detegat clauda recenti confusione elocutio; videro tamen vtrum dispendium caritati inferat sermo rarior. monstrat tamen, si nullus prorogetur, infantiam. testem diuinitas gratiæ linguæ dedit officium. Sed dicas, mi Domine, hæc aliena esse ab eo, quem nouerim maximis doloribus occupatum, pressum pectus angoribus ad amoris verbo non erigi, nec quidquam delenificum lamenta sentire, res quæ mentem premit, repudiat, quod [b] oblidi auditum. Qui maior animæ fuit portio frater, in superis hanc transtulit ad sepulcra. quid exigendum ab illo sit, cuius diuiduum salutis busta clauserunt? in summis afflictionibus quæri non posse vocem gemitibus subiugatam: lacrymarum tempore dicatur importuna narratio? Respondebo, quod par quoque meum pectus acerbi casus mœror intrauerit, nec diuidi me posse ab eius tristitia, quem mihi pro voluntatum similitudine nonnunquam læta [c] vixerunt: ostendo tamen sæpe grauioris mali in luctibus indicem fuisse sermonem, & intercepta taciturnitas remedia proditore colloquio. Dicam, qui lamentationi suæ paginas denegat, in vna ætate vult perire quod deflet. Non meretur recordatio fratris & docti, vt nobiscum [quid] de ipso senserimus; occumbat feriato ore. in planctibus parcus est animus, amati commemoratio, quæ mandatur tabellis viscera carorum aculeis violen-

a. digerat.
b. oblectat auditum.
c. iunxerunt, f. vinxerunt.

violenter irrumpit, nunquam patitur obitum [d] vetescere relatio funeris digesta per litteras. hoc studio magnitudinem tuam flens consolator appello, vt vicarij sermonis beneficio, & promissus sub inuocatione Dei inter nos nutriatur affectus, & persona facundiæ, quæ meritis suis occasum non patitur, nostra quoque confabulatione reuiuiscat.

d. veterascere. al. veterescere.

FAVSTO. 10.

CVm scribendi occasio & domestica, & amica suppeditet, quare à [a] paganis temperem, tanquam indigus perlatoris, maximè cum sedulitas literarum responsa mihi soleat sæpe præstare, huic se studio comitem dedit, honorabilis viri [b] Venatoris, vestri fratris Constanti postulatio, qui industriam suam, qua apud vos dominus, vt efficacem decet, innotuit, meis desiderat beneficijs subiugare. Transcribit enim ad aliena iura sudorem suum, qui debere vult commendaticijs, quod meretur. Dedi tamen manus precibus, & pro eius desiderio sub occasione exhibendæ humilitatis scripta prorogaui, Deum rogans, vt sub omni celeritate nuncius me vestræ valetudinis & prosperitatis attollat; nominatum tamē pro mei consideratione magnitudo vestra, gemino, si indignus precator non sim, fauore comitetur.

a. paginis recte.

b. Veneratoris.

ABBA-

ABBATI STEPHANO. II.

LIterarum vestrarum quam dulce negocium est, quod mihi spiritale munus exhibuit, quam votiua perlatorum necessitas, quæ remedij studio sui desiderijs medetur alienis? Confiteor nisi repugnaret proposito inimica, pene ad turbandam aliquorum securitatem vota conciperem. Ecce præstant aduersa; quod secunda non tribuunt; sanctorum literas tranquillis rebus vnde peccator acciperem, quas nunquam meritorum meorum nitor exegit? Ecce quantum mihi contulerunt suffragium, qui à vobis obtinuisse se confitentur? diuinam existimo prudentiam ista tribuere; multum iam credo, quod de malæ [a] conuersionis falce deposui. Proximus est innocentiæ, qui sanctorum meretur alloquia. Quare dum me sæcularis licentia immunda possedit, nunquam tanti viri apices merui, post etiam per longa interualla, nunquam huiusmodi bona suscepi. Deus magne, quam dignitatem seruientibus tibi tribuis, vt quos respicere [b] cœperas, etiam amicis tuis reddas acceptos: verè semper vos singulari cultura suspexi, semper venerandis moribus grauata peccatis colla submisi: Ecce iam, [c] quia æqualis appellor, erexit me diu custodita subiectio. foue me ergo orationibus tuis; ostendis enim pa-

a. conuersationis.

b. cœperis.

c. quasi æqualis.

ginis fragile à vobis non exhiberi patrocinium. Nam & illi suscepti sunt, qui mihi bona, de quibus gestio, contulerunt. Ad rem redeo: perditus ille clericus expauit causam dicere apud Episcopum, postquam defendi a me vidit eos, quibus meum
4. obsequium. debutalis 4 officium: suggero si iubetis, vt vnus de ipsis Rauennam ambulet cum vestris ad filium vestrum dominum Faustum commendaticijs, ne in præiudicio ipsorum
5. iudicum venalis 5 iudicium, qui Mediolani exuberant, sententia depromatur.

MAXIMO. 12.

GRandes hiatus paterer litterarum vetrarum eleuatus alloquio, si non mei conscius imperitiam pudore comprimerem, & iudicij lancem tenerem, etiam cum laudor immeritus: vos dignatio censuræ fecit immemores; me propositum intra verecundum degere penetrale compellit: vos scripta mea tanquam amantes attollitis: me necesse est illos metuere, qui rancido despicientes cuncta neglectu, etiam edocumenta condemnant: ago tamen gratias, quod apud Dominum Patricium talem me iudicari scribitis, qualem vestro testimonio reddidistis. Insinuationi ergo amor debetur ille, non pagina, quam scaber stylus sine eloquentiæ dote signauit: salutationem tamen magnitudini vestrę dignam referens:

Deo

Deo gratias ago, quod votiuis vos * auctos successibus reduxit ad propria, quos mens mea pro connexione caritatis nunquam sentit absentes. * aut eos fuce.

LAVRENTIO. 13.

DAndæ sunt manus amoris imperio vinctum me tenet affectio, cui verba concessi, vt quod ad salue debitum pertinet, non tacerem: domestici perlatoris occasio mihi perire non potuit, nisi ad diligētiæ testimonium scripta transmitterem. Salutās ergo * reuerentiæ debita precor, vt vicario me releuetis affatu; quia promitto mihi litterarum pro rogatione responsum. a. reuerentia

ADEODATO Presbytero. 14.

QVis vestræ affectionis immemor, nisi cui est inhumanus, existat? quis totius religionis personæ apud Deum nolit habere suffragium? ego maximè qui & grauibus peccatorum sarcinis premor, & vestram gratiam obtinui: quæ res mihi absolutionem integram pollicetur. Salutans ergo veneranter, & debite, spero, vt pro me per omnia sanctorum loca vota facias, * quæ consecutus Dei beneficia sine mora dissoluam; quia compertum mihi est quod mereris audiri. a. quem.

AVIENO. 15.

SI offensa præstat, vt magnitudinis tuæ scripta geminentur, quam vellem sæpe illa sereni pectoris tui tranquilla turbari? & nisi aduersaretur proposito, causas indignationis ingererem: quando quod amor non meretur, obtinui per culpas; ego tamen errore vacare me nũcio in ea causa, in qua dũ accusatis negligentiã, præmium contulistis. puerum turbatus direxi, per quem nihil aliud, quàm quod opus esset, ostendi: libero pectore lingua vacat officijs: mens confusa gratiam salutationis abiurat. Ecce Deo in vtroque gratias, quia nec ego reus sum, & vos me reum esse credidistis: beneficium mihi commotio vestra contulit, quod vix [a] dedit affectio: ego [b] quod tibi debeam explicare non possum. pauper est caritas, in cuius narratione sermo non deficit. Domine mi, [c] salutationis debitam dicens, Deum rogo, vt quodlibet animo gesseris, semper scribas.

a. dedisset.
b. quid tibi.
c. salutem debitam.

MARCELLIANO. 16.

SCio magnitudinem tuam grandibus Dei beneficijs abundare, & promissam circa amicos seruare constantiam: nescit animus vester incerta polliceri, amorem sine aliqua immutatione custodiens; & ideo secu-

securum me post Deum vestris trado, & commendo manibus, & Dei beneficia in quibuscunque negocijs per vos mihi euenire non ambigo. Domine [mi] vt suprà, salutationis honorificentiam soluens, rogo, vt a frequenti me epistolarum vestrarum releuetis alloquio: quia summum mihi à Deo munus conceditur, si de vestra meruero sospitate gaudere, quos fides & integritas omnibus, qui Deum timent, facit acceptos.

a. frequentissimè epistolarum.

LVMINOSO. 17.

* POsit amicitiarum religio, & adultæ inter nos planta gratiæ nulla discretatum sentire damna regionum, si, quod negatur aspectui, pensaretur alloquijs, & pigro corporum onere diuisi per illam, quam è cœlo sumpsimus partem, animis iungeremur: iudex meræ affectionis vota pectorum lingua signaret, [si] ad desiderij copiam militaret oris officium, & penetrale mentis resignatum teneretur in litteris, tunc nullo caritas neglectu veteresceret, tunc diligentia mutuæ deuinctionis vsu polita fulgeret, nec scabro memoria nostri torpore læderetur. sed quid faciam? quod mihi meritorum meorum nebulæ serenitatem bene amantis obducunt, & obliuionem mei peccata [mea] conciliant: faceſſat à proposito meo mutari, quod doleo, & per silentium sumere de vestra

* f. Poscit.

taciturnitate vindictam. geminis ergo stimulis verba concessi, negare non potui commercium epistolare, quod & causa poposcit, & gratia: scitis optimè quæ a vobis, & per me, & ore proprio sanctus Pater vester, dominus Episcopus postulauit, vt expensa, quæ pro necessitatibus domini Papæ Rauennæ facta est, redhibitione pensaretur. Certis enim potētibus, quorū nomina tutum non est scripto signari. Nouit Dominus, quia plus quam quadringentos auri solidos erogauit, hos me fidem dicente concessit, frons mea apud ipsum libera esse non potest; donec per vos, sicut confido, pollicitatio compleatur: idcirco direxit præsentium perlatorem hominem, & religionis & fidei [erit] vt ab hac me, quam præfatus sum, conuentione & iniuria subleuetis. vnde salutationis honorem tota humilitate persoluens, rogo per illum contestans, qui communia [a] certa sanctum Papam vota respexit, vt ordinetis, qualiter ab huiusmodi inquietudine releuer. Tamen si verecundum esse non creditis [b] iudicare, de propria facultate restituo, quidquid me spondente à sancto Episcopo constat expensum, cuia literas sancti Papæ habeo, quibus iussit, quidquid opus esset fieri, cum mea debere [c] sinceritate compleri: si mereor laborare, vestræ erit prouisionis expendere.

a. circa sanctū.

b. indicare, & de.

c. securitate.

SA-

SANARIO. 18.

[a] SI diligẽtia vel memoria circa perſonam meam animus veſter non exureretur, ſi reuerti eum ad iudicium ſublimitas tua non cogeret, poſt fauorem frequentia ſcripta prorogares: ſed quid faciam, quia non validis radicibus nititur amor indebitus, & citò ad examen reducitur, quidquid [b] grata aura ſubripuit. me ſolum noui prius debuiſſe diligi quàm probari; hunc tantum fructum de caritate poſſedi, quem incognitus prouiſione ſubtraxi. Sed vos conuenerat non cito ab eo, cui impoſuiſtis amici nomen, abſcedere, ne non ſemper ad meam culpam redeat, quod promiſſa mihi non tenetur affectio: ſolet enim eſſe ignara diſtrictonis deuinctæ conſcientia, & opus eſt, vt perpetuò teneat, quidquid ſemel fidum pectus acceperit. Salutem ergo debitam dicens, ſpero, vt deſpicientes rancida potentum faſtidia honorem veſtrum, & quam Deus tribuit poſſibilitatem humilitatis faſcibus ſublimetis; cuius rei fidem interpres animorum lingua confirmet, & teſtimonium fidele mentibus deferat caritas monſtrata per litteras.

a. Si diligentiæ memoria.

b gratiæ aura.

ABBATI STEPHANO. 19.

GEminantur Dei dona ſperantibus, & duplici exuberat ſuperna gratia beneficio, [a] largis meatibus cœleſtium munerum nuda [b] procurrit. Tranſeunt haurientis ambi-

a. largiſſimè actibus.

b. percurrit.

ambitum, quę à Christo veniunt fluenta donorum: sola vena est, quæ maciem nescit, & defectus abiurat, tantum curſibus ſuis ſuggerens, quantum meretur pectus ſitientis accipere. Cui aduertite, quid occultus ſapor infundat, quando ardorem lympha conciliat, & ſiccitatem labijs æſtuantę animo irriguitas viui fluminis gignit: talis eſt veſtrarum ratio literarum, quæ quantam adferunt deſiderijs ſatietatem, tanta pariunt & augmenta; quarum profunditas & bibitur, & optatur, & ita puro ditant gurgite; vt occulto ab eis viſcera, e ſuffodiantur incendio, in quibus cognitas video flammas, & pocula & diuerſitatem naturæ in peregrinam coiſſe concordiam. Domine mi, longum tetris, deo noſtro tribuente, vitę beatiſſimæ exemplum præſta, & per religionis ſanctæ philoſophiam non in hac tantum vita ſperandum eſſe, contemptu ſæculi præſentis oſtende.

e. ſuffundãtur.

FAVSTO. 20.

a. Illudit.

ALludit mihi ſpes, quę exigit frequentiam literarum: hac enim fretus, ineffacibus animum paſco colloquijs. Diu eſt, b. prorogans. quod ſine intermiſſione ſcripta [b] prorogas ſilentium, quod expugnatum eſſe credidi ſed c. quando. confirmatur. Quid faciam? [c] quomodo vix ad conſilium reducitur pio amore pectus obſeſſum? putat remedia & quæ comperit, d. nihil iuuiſſe ſalutati vt epiſt. ſequ. [d] nihil iuraſſe ſaluti eius. Ergo obſequium reuerentia exhibens conſueta, commendo præſentium perlatorem ipſum. Conſtantinum.

num, cui suffragium honestas & pudor elicit: cui quamuis plura per [e] aspectum debeam, maiora tamen coactus soluo per iudicium.

e. affectum.

MARCELLIANO. 21.

APud amantes & honore pollentes beneficiorum effectus in promptu est, [a] nec vlla preces, cui [b] precandi mos est, tarditate depreciat: Virgilius sublimis vir, tam sanguine quàm honestate præcipuus, imponi sibi ab illustri viro sacrarum Comite Rauennam excurrendi necessitatem plurimum deflet: cuius si hoc haberent desideria obuias manus ætas afferret, qui apud vos me precatore vtitur, vt ab eo [c] huius sarcina fiat aliena, quia relationibus frequenter, quid egerit instructam prædicti suggerit potestatem. Domine honorem [d] salutandi exhibens precor, vt si consideratione mei in testimonium diligentiæ postulatis, detur effectus.

a. fort. nec vllas preces.
b. præstandi.
c. huiusmodi.
d. salutati.

MASCATORI. 22.

QVo me genio infucata pectoris vestri ornauit diligentia, eliciti vtor styli testimonio, qui doctis supra, [b] iustitiam garrulitate displiceo, coactus sermo precium, quod non habet, ex eloquentia ab impacta necessitate subripuit. nunquam fuit digna vltione contumelia, quam iussus exhibuit. Nemo obedientem iuste condemnat, sibi debet illatas iniurias de eloquio rusticante, qui prouocat. Imperitum supercilium est celsioribus non parere: maius si quæ noueris descendisse ab obsequente dispicias. Improbi

a. Nouo me.
b. inscitiam.

derij putatur assertio, non amare quod exigit. adhibulatur iudicio suo qui censuram de obtemperante suspendit, male pertinax
c in parente. districtio est, quæ meritum c imperante con-
d. obstatione siderat. pudorem d a statione non expulit, qui quod loquitur, debet imperio. Itaque in nobis quod sordet eloquentia, comendatur obsequijs. Vos videritis quale sit, quod iussistis offerri: ego vos sine frontis meæ dispendio meruisse existimo, quod desideraſtis accipere. Taceo inter ista quæ principe fuerant loco narranda, Ecclesiasticam humilitatem, quod placere poterat abiurasse orationum pompam. Qui orationem diligit, non secutum propositi consideratione, & illud me fugere, quod ducit ad gloriam quasi vitium declinare. Quidquid attollit culpam putare quod erigit, aut sublimat. Perde iustæ laudationis meritum fauoris affectu, excusationem veritatis coloratam periculo non prætendam, dum replico, quod illud quidquid studiorum dederat cura liberalium iam reliqui, quod
e. alueo quō- ,alueo condona copiosi fluminis vix arenti dam copiosi. gutta fundatur eloquij. Taceo quod linguam quam vsus mobilem fecerat, alter vsus hebetauit, esse pro facundia silentium, abiectionem à nobis diligi pro cothurno. Ad illud redeo, quia mihi non licuit intra verecundum penetrale delitescere, nec
f debilitatem. f debilitationem ingenij tegere taciturnitatis indumento; hoc ad defensionem integram,

gram, quod pertuli, computabo: sed amore prouocatus epistolares terminos inconsiderata loquacitate transcendi. Vale, mi Domine: cui honorem exhibens salutantis probabo, quid de epistola mea sentias, aut taciturnitate, aut scriptione multiplici.

EVGENETI. 23.

IN stratione nō esse apud vos gratiā potest, qui fide claudus est, æstimare; volo tamen ad diligēriæ testimoniū prorogari frequētiā literarū, ne animus de amantis prosperitate sollicitus, dū saluus in valetudine est suspicionibus vētiletur. Ecce hābes, mi Domine, vnde serenitatem pectoris mei ex desiderij *prorogatione cognoscās, adesto partib⁹tuis: & sicut me imperati muneris prærogatiua sublimat; ita vos exhibiti gratia sermonis attollat. Ergo salutē debēdā restituēs, precor vt quòd promoueat in me desideriū tuum sub cuiuscunq; significationis nube dilucidas. a. proditione

AVIENO. 24.

ADest magnitudo tua partibus suis, & asserit splendorem sanguinis testimonio puritatis, caritatem nesciunt pia corda deserere, religiosam diligentiam mens generosa custodit. gemina ergo luce fulgentia scripta suscepi, dum quod pectus sanctum reperit, dextera serena signauit. Deum precor vt piam in vobis indolem, si Romam diligit, sub perennitate conseruet, & huiusmodi circa me studia sub ea, quæ promisistis, cura multiplicet. Vale.

AVIE-

AVIENO. 25.

Nescio vtrum magnitudini vestræ grata sint crebra colloquia: ego tamen semper, quod expecto ab amantibus exhibeo: patior alijs aliud esse propositum; mihi meo viuendum est more, vt amoris plenitudo reseretur claue sermonis. Ego in affectione curiosam subrepere taciturnitatem vsu fugiente non perfero, ne si culmini tuo par cura est, monstretur assiduitate colloquij, pateſcat frequentia literarum, si in alijs hactenus præoccupatus studijs, in meam modo concesseris, diligentia imperante, sententiam; quantum de tuo iure submiseris, tantum de meis obsequijs possidebis. Ergo vale, mi Domine, & munusculum suscipe non vilitate sui, sed taxatum precio destinantis. Vale.

B. ENNODII EPISTOLARVM LIB. IIII.

EVPREPIAE. 1.

QVAMVIS caritatis vestræ paginam solennibus tantum munijs accepissem obsecutam, nec affectui, nec necessitudini congruentem; res tamen postulauit, me vicarijs per stili similitudinem peregrinante diligentia respondere colloquijs, ne subtracti sermonis officium non vestram innotuisse mihi a astutiam, sed vestram releuaret infantiam. Nolo soror Euprepia quidquam de prouinciarum malis, vel, sicut dixisti, hominum immissione causeris, quocunque abscesseris, quantum res docet, mentem male credulam non omittis, vitia nostra regionum mutatione non fugimus. circa propinquos tibi fuit tale propositum vt nec benefacta ipsorum iuxta interpretationē pensares, nec excessus debita tantum reprehensione corriperes. Sed quid opus est doloris epistolam fieri longiorem? ingenium vestrum nulla eloquij poterit mutare affluentia. Quod restat, vale mihi Domina, & prout expedit ordinem vitæ animæque compone,

a. reuelaret.

ne, ne tamen Lupicino noueris, non quod tibi debeo, sed quòd animæ meæ conueniat impensurum, quia sola est quæ maiorem à Deo retributionem meretur affectio, cum nullis hominum dotibus prouocata

b. conceditur. *b* concreditur.

EVGENETI. 2.

QVoties censuum pignoribus verba famulantur, quasi in quodam speculo, ita in paginis sermo sibi amicam pingit effigiem, cum qua viua voce colloquitur, & dulci simulacro desiderijs obsequente gratulatur: nulla quidem conceptum fœderati pectoris eloquitur oris affluentia, & cum sint faciliora verba beneficijs, nec exiliat quod crescere nequeat ambitione dicendi: ego in explicanda circa vos diligentia arentem testor infantiam, vnanimitatem tamen *a* tuam taciturnitatis incesso, quod gemina scriptione donatus, nihil de necessaria relatione cogitasti. Ecce iterum paginas mitto sciens tribuere, quod expecto. Vale mi Domine, & amantem tui alloquere, nitorem, quo clarus es, foue integritate qua præuales.

a. vestram.

AVIENO. 3.

MIror fauis magnitudinis tuæ iniucunda copulari, & serenitatem conscien-

ſcientiæ verborum auſteritate maculatam, dum ſcribis imperare me potius paginas, quam diligentia exactrice promereri; putans nullum genus damnandi eſſe ſublimius quam illud quod amori nos ſubijcit. Nulla ſunt domine Auiene culmina à iugo caritatis immunia. quidquid in orbe libertatis eſt tali non ſubtrahitur ſeruituti; ecce ego loco humilis ignotus, honoribus veſtris faſcibus ſic iubebo parili contentus ordine ſubiacere. Nunc vale, & quantum tribui tibi ſenſeris, tantum mihi, ſicut fidelis reſtitutor affectionis impende.

AVIENO. 4.

QVamuis epiſtolarũ qualitas pro i[illegible]nijs [eſſe] componatur, & ſæpe ſ[illegible]nitati militet, nonnunquam affecti[illegible]nis [a] teſtantur iudicia quas aliquando dictat ſinceritas, plerumque fuci ſimilis [b] continuatio, quæ candorem imaginata diligentiæ vrbanitate qua tegitur innoteſcit, dum fabricatis nudata tegminibus intra velamen aperitur. Ego tamen in paginis ſpeculum puto eſſe conſcientiæ, per quas amicitiam diſcernere abſentia vix præſumit. Clarum eſt tamen quid in illis ſimplex, quid artifex ſermo differ[illegible]t; ſcindit nubes eloquij mens dictatio[illegible]is interpres. Cito ad intellectum peruenit [c] ſaltibus ſuis verborũ, calle reſerato. [d] Ego his valde delector officijs, quibus

a. teſtetur iudicia.
b. cõcinnatio.
c. falcibus.
d. Ergo his.

quib' pãditur sinceritas, nec occasio se interserit secura fallendi: gaudeo tamen mihi vel causas scribẽdi, vel perlatores accedere, vt sub hac frequentia meo voto satisfaciam, & pudorem vestrum honorem; nisi à vobis suscepta reddantur. Salue mi Domine, & in sententiã meã affectu imperante concede. Vale.

PASSIVO. 5.

a. eloquendũ. SI ad exequendum sufficeret sermo caritatem, si totum intantia explanaret affectum, cui magis quam vobis paginarum frequentiam præstaremus? & nisi artaret meritum pectoris, nulli dignus sermonis militaret officium. alij affectum quẽ mente nesciunt, ore tentantur, & pingunt illecebrosis epistolarum momenta commerciis; quando feriatis penetralibus amor totus in lingua est, nec aliud ad interiora perducitur, nisi quantum in scriptione confertur. At meus erga vos animus eloquij pressus macie, & amicitiæ vbertate conticuit: metuo enim ne gratiæ terminum ponat mendica confabulatio, ne idem modus putetur esse sermonis, & fœderis. melius est plus existimationi per silentium dimittere, quam monstrare diligentiæ damna per litteras, ecce rarioris colloquij causas asserui, credens apud vos à sinceritate debita facundiam posthaberi. Quod supererit, saluete mi Domini, & diuinis

vsi

vsi beneficijs procedente vita in longum cælestia mandata complete. inuenit enim apud vos, cum à cumulo cœperit benignitas, incrementum. Vale.

FAVSTO. 6.

PRopositio obsequuntur paginæ, quibus a commendatio præstatur afflictis: In his enim clara est religionis integritas, quę nullo potentioribus fuco blanditæ asserunt lacrymas submissorum, sed hinc alias cum perlatorem videritis, votum dictantis agnoscetis; vtinam illo apud magnitudinem vestram b suppositionis euentu alleganda conciliet, quo à me literas impetrauit. mulierem religiosam pauperem, de bono negotio præsumentem, sermo præfatus insinuat: existimate si fragilitati, si iustitiæ oportuit verba subduci, si conuenit vel officio deesse vel moribus, ecce ego reuerentiam c salutis impendens, quid partibus meis debere contestatus sum, vobis quid remanserit attendite; quia sicut personam meam pro supradicta voluntate petitio, ita vestram affectus aspiciet. Vale.

a. commēdatī operis

b. supplicantis

c. salutationis

SENARIO. 7.

NIhil est a quidem quod non à veritate in altum ambitioso tollatur eloquio, sed ego ad diligentiam circa vos patior meam sermonis infantiam. nunquam par fuit lin-

a. equidem

gua caritatis, semper subiacuit oris officium bono conscientiæ. Ob hoc vtor securitate monitoris, non credidi tanto tempore amplitudinem tuam mei immemorem sic futuram, vt etiam in solennibus colloquijs [b] abstinens, vt illa quæ solent affectionem imaginata fronte simulare negarentur [c] inter pares cathenis fœderis obligaras: hæc si sufficienter valerem narrare, poteram sustinere. Ecce iterum scribo, & quæ verbis affero, sequenda testor exemplis, vos videritis quale sit, posthac desideria honesta negligere; ego dolori patientiam vsu institutus adhibeo. Vale.

b. abstineres

c. inter personas

SYMMACHO PAPAE. 8.

BOni Imperatoris est, probatam in acie militis animare virtutem, vt fortitudo laudis pabulis inuitata in secundis congressibus dediscat lucis affectũ. cuius robur Ducis præconio non nutritur, quibus se denegent, etiam minus valida tironis membra conflictibus, quando [a] terroris testimonio videt sibi non perire quod gesserit. [b] Sola vita est qua ad præliandum crescat intentio quoties bene gesta non delet obliuio. Vtinam diuinitas vestris mota precibus diabolicum certamen interimat. Vtinam deuotionem meam in pace manifestet, vt cuius studium, [c] resignaret aduersitas, illius concordia [d] Marcellianũ commendet obsequium; ad [d] Marcellinum Epi-

a. rectoris

b. Sola via est

c. resignauit

d. Marcellianũ

Episcopum directa est, à fratre vestro instructa legatio, sed quid promouerit ipse rescripsit. Quod restat, porrectis salutationis precor officijs, vt quidquid ægrum est medica oratione curetis, & inter latentium secreta morborum, qui in generalem necem seruatur, ferro spiritali resecetis errorem. Vale.

ALICONI. 9.

VEnerabilis Amantius Presbyter, dum ad vos paginas [a] dirigit, rem deuotionis meæ, sui esse fecit Imperij. Felix necessitas, quæ votis præstat obsequium: libera præeminentis iussio, quæ seruit affectui. Debet mihi coactor, quod meæ præstiti voluntati: prospera est scriptio, quæ testimonium tribuit bis amori, dum & nouum in ius diligentiæ attrahit, & amici senioris pectus obligat; qui dum magnitudinis tuę fidelis præco est, prius vos per astipulationem suam fecit eligi, quàm [b] agnosci. raro noticiam præcessit affectio, cui contigit ante placere, quàm inspici. Quantum apud me pondus est periatoris aduertite, ad cuius initium iudicia nostra flectuntur: vidimus quem didicit, quem laudat amplectimur. sæpe in solido constituta mens propria amico cedit examini. Merito ergo suspicimus quos [c] probitas extollit, nunc si vbertatem gratiæ ingenij macies

a. exigit

b. cognosci

c. probatus

explicaret, si ad fontem fœderis aridi sermonis non lassaretur infantia, si epistolaris qualitas, quæ etiam copiosis eloquentia fræna imponit, progredi me ad longiora permitteret, assererem [d] quanta nobilitas tua mihi debeat, quod ad epistolare commercium primus accessi, [e] & ianuam diligentiæ reseraui claue sermonis. Basulus tamen deprecor, vt pro his quæ tribuit, redametur. Ecclesiæ causas insinuo, quia quod spei meæ impenditur, vobis crescit ad meritum. Domine mi effusissimæ salutationis munus impendens, quæso vt si vobis cordi est, oblationem meam de libamine caritatis accipere, religionem amicæ conscientiæ referetis alloquio. Vale.

d. quantum

e. quod ianuã

EVLALIO EPISCOPO. 10.

Quod pro se Deum sit precatus, gratias agit.

TRinitati gratias, Deo nostro, qui fascẽ, quo deprimor, peccatorum fortis apud se viri alacritate sustentat: qui memoriam mei in illo [a] sancto pectoris tui templo, quo gaudet CHRISTVS, subtilis fabricator interserit, vt quod propriæ conuersationis nubes fuscaui, splendida conscientiæ nostræ serenitate detergeat: iam noui quia non inefficaciter funduntur lamenta peccantium. [b] Hoc nisi principe loco oratio mea, hoc lacrymæ contulerunt, vt robustus pro me precator exurgeres, vt labantibus humeris cęlesti munitam auxilio dexteram subrogaris. Verum

a. sancti

b. Hoc mihi

est.

est, quia sola apud Deum desperatio perdit errantem. Ecce iam lolium nostrum, spinæ vel tribuli hordea triticum, vineas pollicentur. Age electe Domini pro me humili quod cœpisti; & partibus tuis adesto, dum [precium] in me assiduitate diluis, quod ego collegi vbertate culparum. Frequentibus etiam susceptum pasce colloquijs, vt insulsum pectus, nec vlla virtutum stabilitate subnixum admonitionis sale confortes. Ad obsequia salutationis reuertor, ad epistolarem transgressus terminum vnum, velut garrulus, sed pro necessitatibus oportunus adiungo, vt me sine cessatione tantum iuues precibus, quantum confirmas eloquijs. Vale.

EXEMPLAR EPISTOLAE quam ipse dictauit fratri. II.

QVamuis summatim gratiam aliqui debeant etiam malis in affectione pignoribus; nec illud quod posteritati tribuitur, beneficium putetur esse, sed debitum, cum malignus interpres iudicium cordis naturæ subdit imperijs, & tollens saporem diligentiæ sola viuendum putet obiectione pariendi, quando plus creditur filij vocabulum valere quam obsequium, & non quæritur quid in amoris lance promoueas, sed quale ad præiudicium existimationi nomen opponas; cum apud prudentes frustra sobolem dicimus, nisi exhibet quod vocatur. Nam qui in

prole censuram negligit, conceptum magis
designat sibi placere quam meritum. Faceſſat
a. in posteris vt suprà a impoſturis, hoc ſolum nos cogitare quod
libuit. Etenim fructus vteri nihi reſpondeat
honeſtate, plus in teſtimonio laſciuiæ vide-
tur euenisſe quã gratię. Fas enim eſt germa-
nitatis ſemper fidele conſortium etiam par-
tubus anteferri; datur participem originis ſic
haberi, vt nec conſideratio ſanguinis negli-
b. f. diſcedens gatur, & b deſcendens à merito laudetur c exa-
c. examen mine, Et ideo ne ſinuoſis in longum præce-
cedant verba proloquijs, & quod re angu-
d. affectu ſtum eſt creſcat d affatu; dona in fraternita-
tem tuam confero, & iuri tuo perpetua li-
e. transfundo bertate e tranſeundo, mancipium iuris mei
f illud &c. Vale.

FAVSTO. 12.

SVblimis vir Dalmatius, animæ meæ portio non defraudata, ſed ſolida, cui ad prærogatiuam ſanguinis morum ſplendor acceſſit, hoc negocio ſuo credidit conuenire, ſi meis apud culmen veſtrum iuuaretur alloquijs, quod ſuperſedendum eius conſcius non putaui, faciens vrbanitate quadam perſonæ tribui, quod vos noui debere iuſtitiæ. In Sicilia enim prædicti prædium bono hactenus iure poſſeſſum à conſortibus perhibetur inuaſum, nunc ad iuuamen ciuilitatis impenditur, quidquid ego promouero ſupplicando. Domine mi ſalutationis obſequia

plena

plena humilitate persoluens, deprecor vt circa memorati nobilis viri compendia pudorem leges, ac reliqua, quæ per conscientiam vestram subsistunt Reipub. ornamenta, muniatis. Vale.

AGAPITO. 13.

CRedidi postquam magnitudo vestra bonis est impensa generalibus, & otium migrauit in gloriam; postquam Rauennatibus excubijs occupati, dum quietem vestram negligitis, nostram omni soliditate firmatis, & priuatus genius ad Regni decora transiuit, quando nouam lucem de domesticis abstractam finibus Palatinus sibi fulgor adiecit, & angustiorem fuisse Regni sui pompam rerum dominus, cum vos non habuit, rectè metitus est pro vicinitate regionum, crebris me releuandum esse colloquijs, sed inefficacibus spei meæ luserunt peccata consilijs, nullas paginas ad diligentiæ testimonium mens serena transmittit; graue esse si amorem non merui, grauius si quem exegeram forte turbaui, scio tamen hæc congruentibus veritati excusationum nubibus esse claudenda, in priuatis inueniri munera literarum, non recte ab occupatis ista disquiri: sed noui firmam in affectione conscientiam, inter quæuis pondera & aduersa districtam debita suæ gratiæ non negare. Nunc nolo esse

prodigus in querelis salutationis, reuerentiam soluens deprecor, vt suggestionem, quam apud vos deposuerit præsentium portitor, ad votiuum perducatis effectum. Vale.

PETITORIVM QVO ABSOLVTVS est puer Gerontius SSI. 14.

A Pontifice, Geron:io ius petit ciuitatis Rom.

a. illâ res
b. excipiant

DEus arbiter vniuersitatis, & conditor [a] illius res humanas lance dispensat, vt & fideles præmium, & pœnam rebelles [b] accipiãt. Lassis enim deuotorum obsequijs valetudinem tribuit, dum muneris oblatione succurrit: perdit laboris memoriam mens terrenis obligata carceribus, quoties illi vicissitudine subuenitur. in antiquum sudoris iuuenescit affectum, qui necessitatem gratiæ melle commutat. Sanctorum pœnæ dum corona quæritur abiurantur. cui dubium est, quod nec ad cælum sine fiducia remunerationis acceditur? [c] Immittenda sunt mortalibus duce sapientia illa quibus æternus ordo componitur. secuturus est animus actibus, vnde sumpsit originem, dum Deo deuote famulantes, [d] quod postulatur, offerimus. A superna enim conuersatione non discrepat, qui talem obsequentibus impendit se dominum, qualem sibi vult esse salutis auctorem. Gerontium itaque, cuius à me comperta fides, pudor, integritas, & exigit libertatem, & suis dotibus innotescit, per præsens petitorium à beatitudine vestra Romanæ deprecor ciuita-

c. Imitanda
d. quod præstolamur

tis gaudere consortio, cuius ego absolutionis non tam largitor quam testis existo. abiecta enim esset [e] natura designati nisi moribus vulgaretur. Hunc quidem sum dudum interueniente commutatione mercatus, sed quia nullum est maius commodum, quam illud, quod serenum examen assequitur; elegi palmam iudicij, quam de acquisito habere compendium. Ostendit mihi [f] iuxta prædicti seruitus personam non esse seruilem: ergo nominato non tam cupio ingenuitatem tribui, quàm refundi, scio quod recte vile nomen [g] expulerint, qui ante ingenuus credi meruit quàm vocari. Remisso ergo ab eo quod mihi debeatur obsequio, quam suam esse conuersatione docuit, eidem restituo, libertatem, supplicans coronæ vestræ, vt gestis Ecclesiasticis ex omni obnoxietate soluatur; vt perpetuo Romanæ vrbis possit exultare collegio, omni peculio suo sine aliqua imminutione concesso. Nec fas est enim de acquisitis quidquam minui, quem polliceor donis etiam potioribus [h] sequendum.

e. naturæ
f. iusta
g. expulerit
h. subsequendum.

IVLIANO EPISCOPO. 15.

SVscepi literas gemino splendore radiantes, quibus purpura dictatoris vestrę iuncta, dignationi creuit in precium; gratias omnipotenti Deo restituens, qui votorum maciem beneficij vbertate transgreditur, vt, quando in desiderijs meritorum conscij sectamur

ctamur angustiam, diuitis indulgentiæ copias non refrenat. Credidi satis esse, si me feceritis amplissima scriptione sublimem: sed vos non hoc tantùm contenti præstare, quod habet mendica postulatio, linguæ idoneas, & laude locupletes paginas destinatis, magni more fluminis, qui quoties ab alueis, vt aridatatem finitimam temperet, ad obliqua mutatur, optanti tenuem riuulum totus illabitur, & marcida profundo squalore terga per ebrietatem vndæ salutaris infundit: fortium tamen seruans consuetudinem personarum. Magnitudo tua, contra exiguitatē meā bene cœpta non deserat, vt in testimonio diligentiæ cura paginalis habeatur, & puri amoris astipulationem deferant blandimenta colloquij: occasum nesciat caritas, quam ante culmina [a] permisistis. Tantum [b] contra me crescat gratia, quantum vobis iuncta sunt fastigia dignitatum, ne amicitiam quam fouit mediocritas, [c] videatur abiurasse potentia. nam qui fastum in sublimitate castigat, docet se meruisse, quod adeptus est resignatæ per probitatem conscientiæ felicitatem submitti posse amoris imperijs: illa libera procerum colla, dum formam tribuitis subiugatæ diligentiæ, fas sit de vobis assuescì, vt amplissimus in societate retineat quem acquiret minor. Ludit de illis casus. quibus obliuionem suorum indicet, quos ad celsa perducit, apud scientem rerum relegere bona, non est admonitionis necessitas, sed laudis occasio.

a. promisistis
b. circa me
c. credatur

Noui

Noui fabricatam ad bona studia ingenij vestri tranquillitatem, quam ideo [d] specialem commemoro, vt ostendam, vbi affectio solida est, honoribus nil licere. Sed epistolarem transcendi terminum, dum commendationi meæ multus inhæreo: redeo ad officia paginalis alloquij, & valere me nuncians, prosperitatis vestræ [e] accusantem secunda disquiro.

d. speciatim

e. actutum

SYMMACHO PAPAE. 16.

VSque ad temeritatem me Apostolica dignatione promouistis. fiducia concessa extitit mater audaciæ: sed qui me humilitatis putat ignarum, obedientem probabit, si iussa consideret. præsumptio est si dominorum beneficia famuli non sequantur: obsequium æstimandum puto quod parituros impendo. Ecce causam scriptionis asserui, quia veritus sum, ne post imperatam styli curam [a] tacere præcepta respuerem. Huc accessit quod in causa beneficii, memoria Marij, dum apud vrbem essem, spem meis precibus vos dedistis, cuius negocium cum sancta Ecclesia vestra legitima pactione decisum est: sed heredes eius per annos plurimos, debitos sibi fructus defient fuisse subtractos, pro quibus vestri conscius precator accedo: quia cui mos est pia iugiter facere, iusta non despiciet, & qui largitur proprium, aliena non subtrahet.

a. tacens

subtrahet. Errat qui Deo conscientiam proximam credit [in] commodis mutari: detrimentum est sanctæ voluntati non exhibere beneficium: sola putatis lucra, quæ vobis de liberalitate nascuntur, qui diuitias, dum tribuitis, accipitis. auara est dispensatio sanctorum, quæ nil reseruando, vniuersa proprium reducit ad meritum: nulla sunt potiora, quàm quæ vobis eueniunt de largitate compendia. Ergo securus comprehensi supernis heredibus laboris promisi vestra contemplatione iacturam: vos pollicitationem meam benigna dispositione complete, & illos effectu, me releuate colloquio.

FAVSTO. 17.

SOlet epistolaris concinnatio, quando fauore rapitur, iudicia non amare, & copiosius facere beneficium, dum attollit immeritos. Ille enim debet amplius asserenti, qui quod moribus non exigit, gratia scriptoris suffragante consecutur; quia nullis adiutus conscientiæ dotibus iure ad allegantem reportat, [a] si quid adipiscitur. Aliud est in eo qui commendatur tanquam nobile germen, ita peregrinantia bona verbis inserere, aliud innata vulgare: quemadmodum si rusticum pecus Tyria confirmes purpura sponte vestiri: & virus generosum, quod vellus [b] hædo membri ante non sorbuit, dicas rura diffundere. Tingant alij [c] linguam murice, quæ [d] nullum

a. si quis

b. aëno inebriante non sorbuit.

c. linguæ murice

[d] nullum ad regalem vsum fucum exhibuit: & discreti maris ignota cochleis lana solam lucem bibit eloqui. Redditur dignum principalibus [e] instrumentis, quidquid in vili munere relatorum verba colorarunt: sed ab huiusmodi me vrbanitate vires pariter & vota subducunt, nulla clarioris fuci stamina [f] pro me splendore rutilabunt. nemo [g] demum de aliquo inueniet, quod in eius actibus non agnoscat. Hîc pudori meo, vel proposito manum porrigo, quod illi præuium impendo oris officium, qui ad notitiam vestram rebus bene gestis occurrit. Venantium nunc loquor, idcirco à me paginale impetrasse obsequium, vt in se oculos vestræ magnitudinis inuitaret, ne eum inter curarum moles contingeret ignorari. sunt illi suffragia sua, per quæ inter susceptos vestros mereatur adscribi: exhibuit vobis modestiam, religionem, innocentiam, quibus penetralia serenæ mentis comitibus introiret. Exuberant [h] nisi, credite, apud me insignia quæ fouetis: non laudatorem me continuò in eo probabitis fuisse, sed testem. Vos mi Domine, perlatori dignationem principe loco tribuite, ne vir bonus nouitate turbetur: liquidò aderit partibus suis, & vitæ operibus pensabit damna verborum.

d. nullus ad r. v. fucus

e. indumētis

f. per me

g. dictum de aliquo

h. mihi credite, apud eum insignia

TRASIMVNDO. 18.

NOn temeritas me ad paginale duxit officium, quando ad omnem communionem

nionem ſubditum ſuum regiæ ſtirpis germē
a. Eſt enim inuitat. a Etenim hæc claritas dominorum
inſerta natalibus, vt culmina ſua dignatione
b. vultis quaſi ſubliment, b videlicet quaſi æquales tractare
famulos, vt ab ipſa vobis per amorem con-
ditione plus debeant. Vnde piiſſime Domi-
ne, obſequiū exhibens cum generalitate ſol-
uendum, ſignifico me ad aliqua ſuggerenda
perlatorem præſentium deſtinaſſe: vos affe-
ctum donate ſupplicem, quia ſpe fultus pre-
cator acceſſi.

LVMINOSO. 19.

QVi amicam conſcientiam manifeſtis
pandit indicijs, tollit ocium, quibus
gratiæ præſtiterit dignitatem. vix enim fe-
riata ſunt ora eius, qui conſueuit audiri, quia
magnum diſpendium pudoris eſt verborum
retinere beneficiū, vt dum linguæ parcimus,
honeſtatis prodiga frōs laborat. Vos me gar-
rulum feciſtis, qui preces meas conſueuiſtis
admittere: ſed ne præſtanda circumloquar,
& epiſtolæ prolixitate impetranda ſuſpen-
dam, ad rem redeo. Sublimis vir Laurentius,
redditus ſibi debitos, quos Romana Eccleſia
facta cum auctore eius pactione eſt pollicita
à Domino Papa aſſerit, ſub neſcio qua op-
poſitione denegari. In quo negocio fauo-
rem per me veſtræ defenſionis implorat,
vt rem quam debetis legibus, videamini
exhibere diligentiæ, & illud creſcat affectui,

quod

quod denegari non licet æquitati. Vos hanc rem iuxta desideria mea tribuite, vt quantum nominato a iure commoditatis accesserit, tantum me muneris accepisse confitear. Salutem ergo dicens spero, vt circa munia literarum, nec sincerus amor vacationem accipiat, nec facundia totius orbis celebrata testimonio conticescat.

a. viro cõm.

IOANNI. 20.

NAtura partum est vt cura migret in gaudium, & mutetur querela præconijs, quoties cupita tribuuntur. Incertus animi fui quid tibi vellet sublimitatis tuæ tam longa cessatio: sed cùm potiri datur optatio, ipse pro partibus tuis honestũ excusationis genus inquiro. Vide quid faciant serena diligentiæ, quasi totum mihi ex sententia fluxerit; Ita simplici munere placatus, errata concessi. Habes vnde pij amoris formam possis assumere, & circa amicitiam constantiæ exempla mutuare, me si sequeris, nec plura te à coniunctione peccata retrahunt, & vnum benefactum sodalis tui culpas absoluet. Me silentij, frater, me obliuionis incessis. Vbi erat ille animus, quando nec prouulgata colloquia meruere responsum, nec ad styli a imperanda sollicitudine præuius existebas? vbi fuit in abstinentia tabellarum, non circa omnes in Liguria custodita multis à desiderio tuo

a. imperãdam sollicitudinẽ

pere-

peregrinantibus? in solatio doloris mei paginas exhibendo, & mihi taciturnitatem continuasti, & illis præbuisti contra vota colloquium. [b] Quæ est ista humanarum rerum ratio, vt pro magna cognatione par studium semper existat? Cuius ordinis immemor, voluisti sociare quædam imperita cum literis, putans coire posse in affectum toto calle distantia. Quid promouet suada oratio tua, elucubratis concinnata sermonibus, quando bonarum artium nescios appellabat amante posthabito? Sed hinc aliàs nolo excessuum multitudinem relegare, qui breui satisfactione delinitus sum. Nam parcitate in eloquendis illis vsus fueram, nisi nosse vos crederem de offensis illud remanere, quod tegitur, & quod in vocem erumpit, amoueri. Domine mi precor, vt posthac ad ea, quæ male haberi didicisti, non tanquam emendationis [c] contentor adspires, sed crebrò mihi dulces paginas dirige, vt crescat dos facundiæ, dum seruat sacramenta concordiæ.

b. Quia

c. contẽptor

CONSTANTIO VI. 21.

SEruat magnitudo tua circa amicos, & cultores proprios illud, quod sibi iungit ad gloriam: dum enim [nos] memoria dignos ducetis, vos probatis. Nam diu in consolationem scripta susciperis, absentiæ vestræ damna suspiro. O artificem summum bonis cęlestibus institutum, nec licet aliquid

prolixe

prolixe sequestrationi de affectu decerpere, præsentantes sacram imaginem litteris promulgatis. Nouit Deus discussor sensuum, me culminis vestri recordatione macerari, & nullum inuenire de optimi viri peregrinatione subsidium: reddo tamen epistolari cura salutationis obsequium, & dignationi veltræ gratiam referens, fratrem quoque meum Ioannem per vos mihi restitutum esse confiteor; cuius hactenus in obliuionem mei silentium quid gereret, non tacebat; is nunc vestro mihi reformatus affectu ad abiuratam styli curam reuertit. Rogo tamen vos, vt maturetis reditum; aut si felix mora detinet, dilectionem manifestetis alloquio.

FAVSTO. 22.

QVæ sæpe mediocriter gratis impensa sunt, quoties exhibentur verba coniunctis, fauori quidquid obsecutum est, sereno mancipetur affectu. Non depictis amorem mentitur alloquijs, qui perlatori caro reddenda Dominis scripta committit. In sublimis & magnifici viri Panfroni mei commendatione, ore feriato mens dictat epistolam. nescio enim in quo culmine merita apud me viri, quem sum præfatus, extollam, in quo linguæ macies debitum peccatoris nequit exprimere: sed abdicandum esse videtur. etiam

si suppeteret facundiæ lenocinium, quia pauper sermo vberem diligentiam rectius confitetur: & si eleuamus per effusas paginas illos, quos arcana nesciunt, iure tribuenda amantibus * in artium tabella concluditur. Causam ergo modici sermonis elocutus fœderatum fratrem quanquam paucis verbis insinuo: tamen multis obsequijs, vt intus magnitudine vestra in negocio suo circumstrepentium aliquando videatur superasse commenta. Quod restat, famulantem salutationem exhibens me valere significo, si tamen prospera vestra certis indicijs mihi dispensatio superna concedat.

* in arctum

AD EVNDEM. 23.

PRocliuior ad impetrandum via est, quoties à religioso aliquid exigit a obiectio deprecantis. coactus enim præstat affectum, qui miserijs supplicis inuitatur. Non potest adferre obuias manus, cui imperat propositum afflictos audire. Perlator præsentium auito se cespite deflet abiectum, qui spei suæ b residuum in vestro ponit examine, ne aduersarij eius potentiam de lucro & securitate gratuletur. Vos legum sacramenta, vos defensio respicit: submissorum ego partes meas commendatione muniui. c bene ergo nomẽ augete beneficijs, quia dum iusta tribuistis, nec illa, quæ ad misericordiam pertinent, posthabetis. Domine mi reuerentiam salutati

a. abiectio

b. Venerabile ergo nomen

tati accipiens, ita precibus meis effectum tribue, vt proprium desideriũ, dum honestas asseritur, possit impleri.

AGAPITO. 24.

IVre responsum multiplicibus poscereturalloquijs, si non ingratas extitisse paginas meas magnitudinis tuę silentium testaretur. Clamat enim taciturnitas vestra garrulum displicere: & nouum vindictæ genus, vt opinor, inquirit. Quando se non vidit promouisse quod siluit; agitis epistolari abstinentia, ne ab imperitis ad vos scripta mittantur: adeptus tamen est [a] affectus prouidentiæ vestræ profutura tractare. Crebrior factus sum inscriptione contemptus, sed breuẽ sermonem [b] docet exhibere eum, qui magna doluerit. Cultorem vestrum, fratrem meum Panfroniũ, epistolaris apud culmen vestrum cura comitatur, qui quidquid gratię concessum fuerit, me quoq; impensarum vinculis obligauit: cui etiam aliqua de vicariæ dignitate suggerenda commisi. Vos petitionem meam ad effectum perducite, quia adsum partibus meis, quoties apud emendatissimos hominum cogor subire testimonium, dum certis exhibeo.

a. effectus

b. decet

DECORATO. 25.

Epistolarum vtilitas.

RE&tè creditur enunciatrix lingua esse penetralium, quæ latentis secreta animæ ad lucem vocat eloquio: nesciretur amor pectorum, nisi illum sermo proditor indicaret. Iure veterum sapientia epistolis vsa, quasi clauibus repositum per eas vulgauit affectum. Tracta est in testimonium scriptionis mens testata diligentiam. Mutari caritatem non licuit, quam desiderans pagina interueniente promisisset Huic me consuetudini, vel legi potius, mancipaui, asserens literarum fide, quod de magnitudine tua sensibus inoleuit. Vos si meum pari cura in deuinctionem conuenientes, si fida interpres amicitia se ea æstimans, votum videt alterius; responsum deferens tabella significet. Ego munera salutationis impartiens, deliberationem meam non tanquam verborum auarus occului.

B. ENNODII EPISTOLARVM. LIB. V.

ENNODIVS FAVSTO. I.

IN asserendis, quibus suum non denegat honestas plena suffragium, multiplicibus nō vtor alloquijs, ne prolixus sermo tāquàm à negaturo videatur impetrasse beneficium. Soletis enim quæ poscenda sunt, precibus anteferre. ad sublimem & ad magnificum virum Opilionē, parentes eius in Africa consistentes, direxerunt certam, diligentia inspirante, personam, qua ad patrium solum remeante, hoc mihi muneris præfatus iniunxit, vt ad magnificum virum Agnellum, pro commendatione suorum, à vobis scripta mereatur. Quam rem emendatissimi hominum, non negabitis, non contenti benignitatem vestram solos in Italia positos agnouisse. Nunc obsequia mea litteris reddens, causam scriptionis verborum compendijs indicaui: vos dicenti pauca præstate præcipua.

*lætitia

PRoducendo circa amantẽ veſtri *ſilentia, ad abſentiam corporalem animum tranſmiſiſtis, retinendo paginas, in immenſum creuit, quæ hactenus diuiſio nil valebat: res eò redijt per abſtinentiam tabellarum, vt veteris æui prouidentia conferat nil amori. Ranceſcit caritas, quam verborum auarus deſpicit ventilare: ſine cultura eſt diligentia in vſum non reducta per paginas: ſtyli frequentia viuaci pabulo inſitam pectoribus nutrit amicitiam: facilius, frater, fuerat deſiderijs meis te nullo tempore cupita tribuiſſe, quàm ſæpe indulta ſubtrahere, quia ocium corda neſciunt, quæ cibis dulcibus paſtor artifex incitaſti? aliquanto enim tempore cõtinuando ſcriptionem, immemorem ſequeſtrationis effeceras, cum effigiem venerabilem placido inſerebas alloquio: at nunc commeãtium vacuas manus nudus inquiſitor inſpicio. Ego tamen nolo errore meo alienas culpas aſſerere, vt quod factum doleo, admiſiſſe conuincar. Accipe ergo, emendatiſſime hominum, deſideriorum ſolatia, per cæleſtem gratiam abſentibus attributa, & perlatores, ſi mei eſtis memores, ſubleuate, vt neſciãt peregrinationis incõmoda: dum nominatis patriã, cõmẽdatio amica contulerit: quibus remeantibus, nuncio me veſtræ valetudinis ſubleuate.

IV-

IVLIANO. 3.

EXercetur diligentiæ bonum scriptione multiplici. linguæ enim indicio animorum secreta panduntur. Assiduis curam impendit [a] eloquijs, qui ocium amore commutat: hæc sunt officia, per quæ tacitus innotescit affectus. Familiaris perlator, nisi reddendas culmini nostro paginas accepisset, me oblitum reuerentiæ debitæ testaretur. Nescio enim caritatis esse negligens, nec partam labore gratiam quieti seruiens effugare. Multa debeo verba fœderis, sed ad breuitatem cogit epistola. Vale mi Domine, honorem [b] salutati accipiens, & circa me adultam serua dignationem: sic bono in medium ascitus [c] rei publico, felicitatis tuæ diuturnitate gratuleris.

a. alloquijs
b. saluti
c. reipublicæ

CONSTANTIO.
Episcopo. 4.

VIgilius subdiaconus vester experiri voluit, quanta mihi à vobis caritas redderetur, & ad occasionem profectus sui coniunctionem nostram conatus adducere statũ inter nos amicitiæ, dum augetur honoribus vult metiri, quatenus ad ipsum fructus redeat, quem ex diligentiæ messe condidimus. hunc si mereor, ad diaconi sacramẽta * perducatis, vt dignitas præfati ad spem mihi

* perducite

proficiat maiora poſcendi: ſed ne petitionem meam negatus fruſtretur effectus, ſi conceſſum meritis veſtris locum per longa temporum interualla teneatis.

SYMMACHO PAPAE. 5.

QVamuis ſublimi viro Laurentio aſſiſtat pro pignorum commendatione probitas ſua, & patris prudentia cauſas ſobolis exequatur; attamen ſollicitudine genitali ad ampliora procedit, & vix credit pro filijs ſufficere, quod meretur, adiutricem in adſtipulatione germinis paginam quærit, & trepidante diligentia patrium ardorem nititur cum vniuerſitate partiri. cogitate ſi viro optimo negari effectus potuit, & pia & iuſta poſcenti. tribuat diuinitas effectum precibus eius, & hunc beatitudinis veſtræ nominatis conciliare dignetur affectum, vt erigat paruulos implorata coronæ veſtræ miſeratio, quatenus anxij circa ipſos genitoris vota ſuperentur. Domine mi ſpero, vt promiſſa dudum benignitas in ea parte teſtimonium ferat, ſi comprehenſis ſuperius geminatam impendi gratiam, qui per me precaturi intelligat.

DOMINATORI. 6.

OPortuerat quidem deſideria veſtra, quæ fratris Agnelli a. pateſcunt allegatio-

a. patefecit allegatio. v. c.

gatione, vt tabella referaret, & ad elicienda colloquia formam sermo prœuius exhiberet. quia potuit tibi restitui quod debebis: nec vllo me colore defenderem, te loquente, à paginis abstinendo: in tuo iure fuit, linguæ nostræ ferias exercitio commutare, & rubiginem rusticantis eloquij fabrilibus studijs amouere. Quia sicut damnum caritatis, est præmium cupienti non de- b. primum.
dicare sermonem; ita promulgatæ scriptioni silentium reddere, nec amicitiæ suæ & memoriæ, nec pudoris. Nunc tamen accessit ad genium meum, quòd paginas impetrasti, & si subtrahitur testimonio, quod nunquam in amore vires interrogo. Faceſſat ab ingenijs liberalibus, vt credas fascem esse intolerabilem, quem amicus imponit: tu tantum exacta complectere, & censuram castigans rancida iudicantium depone fastigia. absit à te eum non fouere qui paruit, in spem altioris meriti trahitur, etiamsi veniat à moneta triuiali, qui tibi impositum oris mancipauit obsequium. Ergo vale mi Domine, quia nolo fieri prolixa, quia non sunt ad perpendiculum fabricata colloquia. Tu messem gratiæ iuxta fiduciam meam tanquam vber solum restitue: quia in tuo posthac erit arbitrio, si crebro epistolas meas accipere volueris, his me munijs inuitare.

FAV-

FAVSTO. 7.

AEger animus ſicut ſilentia non patitur, ita proceſſum narrationis abiurat. conteſtationi mœroris nec taciturnitas, nec colloquia prolixa conueniunt. arctatur pagina, cui vix inter gemitus verba tribuuntur. Sed quid aſſero linguæ ferias plus loquendo? & coarctam neceſſarijs epiſtolã terminis garrulitate polliceor? Deum quæſo, vt anxietati meæ de manifeſto proſperitatis veſtræ ſuccurrat iudicio: ille admittat lacrymas meas, cui clauſa [a] oris fabulantur: cui ad plenam legationem ſufficit, ex compunctione defluens imber oculorum. Ego labefactatam non ſolùm quietem meam, ſed & ſalutem in [b] amicorum valetudine, & rumorũ procellis agnoſco: potens eſt diuinitas immenſæ tempeſtatis, incerta bono ſerenitatis amouere. vos, ſi de Deo mereor, ſaluete: & amanti in vobis conſcientiam, non Rauennatas excubias tabellarum promulgatione conſulite.

a. ora

b. inimicorũ v. c.

BASSO. 8.

SI vetus diligentia, quæ à parentibus meis erga amplitudinem tuam fructus vberes de gratiæ meſſe cõdebat; * contra perſonam meam pro fidei memoria ſeruaretur, monſtraret frequentia literarum, & inſepul-

* circa

pultam caritatem testis pectoris sermo recluderet: at nunc oblitum mei te sentio, nec aliquam melioris sæculi retinere concordiã; quando nulla quæ sollicitudinem tuam resignent scripta diriguntur. sed ego desiderij impatientiam ad verba conuerti: qui scio tunc nouellam amicitiam habere dulcedinẽ, si annosa seruetur; & illud esse in affectione purius, quod nostri examinauere maiores: sciens quia si Camelum mente retines, Ennodium non omittes. Qua de re salutationis munera epistolari cura persoluens, precor vt baiulum præsẽtium, clericum meum, quem ad Gallias & suę vtilitatis, & meæ iussionis causa perduxit, susceptum habere digneris: quo remeante, prospera vestra scriptione signate, vt si quid in amore damni fecit obliuio, epistolaris sollicitudo restituat.

EVGENITI V. I. 9.

FAustum cælo omen adueniens auspicia vestra corroboret, & tirocinia canæ dignitatis suis muniant diuina consilijs· per vos supernus fauor regat dominum libertatis, vt ex pectoris vestri fronte ad aures principis defluat, quod in vobis æthereus imber infuderit. Ecce quæ debui vota rudimentis licet coactis, in arctum sermonibus enarraui: vos mementote promissi amoris & fœderis, vt sine mutationis dispendio debitum

mihi

mihi quæstura dissoluat: tenete circa meanimum decessoris, dignitatis vestræ pollicitatio non frangatur variata personis: Domini mei saluete pro desiderio supplicis. & in magna beneficiorũ promulgatione suscipite parca colloquia. talis enim est vsus felicium, & natura meliorum, vt linguæ copias rebus etiam præstitis antecellant.

SENARIO. 10.

FEstinatio perlatoris in arctum coegit epistolam, & dolentem magna fecit pauca dictare. apud eum tamen ista non grauant, qui inter sermonum angustias interpres est sensuum. super tarditate enim domini Fausti, & opinionum varietate discrucior: vos post Deum anxietati meæ celeri rescriptione succurrite. quia deterius est incerta macerari spe, quàm manifestam desperationem indicio amantis agnoscere. Valete mi Domini, & aduertentes quid cupiam, votiua vel necessaria promulgate colloquia.

AGAPITO. 11.

SI mihi ex sententia dies fluerent, non negocios operam paginis potius quàm obsequentibus exhiberem: nec munus caritatis ad officia peregrina traducerem. Sed coactus rem diligentiæ necessarijs commuta-

mutaui. sublimis enim & magnificus vir pro dolosis inimicorum laborat insidijs, qui per me æquitatis vestræ implorat patrocinium, ne praua concinnatio opinionem eius permittatur incessere, & fabricati rumoris ferat forte compendium. Domini nostri salutationem largissimam dicens deprecor, vt ille qui in vobis notus est, vigor assurgat, & quod à partibus vestris poscitur, mei sermonis obsequio, ad impetrationem congruam, perducatur.

HORMISDAE PAPAE 12.

CÆlestis vtilitatem sequacium cura disponit. inauspicata bene de Deo merẽtibus dona tribuuntur. ingerit superna dispensatio etiam quod supplicare humanitas non præsumit: agnouerunt aduersarij sedis vestræ, quo propugnante vincantur, quod proximè de * Aquilegẽsi redemptor noster * Aquileiensi
persona reserauit. Et ideo [iam] inter excellentia munerum diuinorum peto, vt mei corona vestra meminisse non abnuat, inuitat enim ad famulandum plurimos qui quamuis longe positum diligit obsequentem. Vale.

EVGENITI V. I. 13.

POstquam prima spei meę affectum dedere colloquia, ad vsum sermonis ora

diu

diu feriata laxaui. animatur enim succeſſi-
bus, etiam cui per conſcientiam non ſup-
petit Latiaris eruditio. Ceſſantibus [ergo]
ſtudijs ſæpe facundum gaudia reddiderunt:
mœroris nubila ſi hilaritas depellit, mox ru-
tilantia per ſudum verba diſcurrunt. Itaque
aut perfectos nos lætitia monſtrat, aut in-
fantes facit aduerſitas: Hæc mi Domine vo-
bis etiam adſtipulantibus confirmantur. Er-
go tempus proſperitatis amplexus, reddo
debendæ ſalutationis affectum, ſperans, vt
*. circa me * cõtra me nobilis promiſſio, quæ à plenitu-
dine gratiæ ſumpſit exordium, quaſi incre-
mentis egena geminetur. Vale.

AVITO. 14.

LIcet multam nobis per litteras magni-
tudinis tuæ occaſionem gaudij lamenta
pepererunt; cûm ad hilaritatis obſequium
index, funeris ſermo militaſſet; non tamen
par lacrymis iocunditas contigit, nec mœ-
roris turbidum ex toto alloquij ſerena de-
pulerunt. Retinet afflictionem mens de tan-
ti deceſſione Pontificis, etiam poſt deſide-
rata colloquia. ob hoc, quia natura rerum
eſt, vt quælibet lætitia vel modici angoris
collatione ſuperetur. Sed quid noua com-
memoratione facimus, quæ animum clande-
ſtina hactenus iactatione domuerunt? votis
veſtris cum Dei adiutorio comitem me pro-
mitto, dummodo ſalua Domini Papæ noſtri
inco-

incolumitate, talem vos elegisse cognoscam, quem, cui animæ cura est, laudare non pudeat. nefas est enim credentem ad obliqua prouocare, & quem affectu obligastis, per incerta deducere. Vale.

EVGENETI. 15.

NON existimo rem obsequij frequentia posse rancessere, nec culturam diligentiæ vitio garrulitatis adscribi: suppetat fortè de abstinentia tabellarum excusatio illis, qui publicæ vtilitatis munijs occupantur: veniam non meretur, si à scriptionis assiduitate temperet absolutus: liquidò confitetur amoris negligentiam, qui cum possit, epistolas, in quibus est affectionis pabulum, non ministrat: error otiosi est, si bene comperta mens per linguæ ferias desideratis attenuetur impasta colloquijs. Sed sicut nos religionem gratiæ fouere conuenit curis sæcularibus nihil debentes; ita nisi magnitudo vestra partibus suis affuerit promulgatione responsi, damnatis probè facta reticendo: quia si *tollantur* virtutibus præmia, quem laborasse non pudeat? Ecce quantum æstimo breui elocutus vtrorũq; propositum. Animo meo malè esse confiteor, quod remeante Montanario, cùm dedissem paginas, non recepi, quod debitum posco lege restitui, pudore geminari. Nunc vale, mi Domine, & veltram quærens, propriam nuncians

sospi-

ſoſpitatem, Deum precor, vt ſi mei memor eſt, proſpera veſtra multiplicet.

SENARIO. 16.

SI amor pudori acquieſceret, ſi caritatis impatientia verecundiæ lege teneretur, à paginalibus officijs temperarem, & ſilentij formam veſtri imitator aſſumerem; non improuidè æſtimator conijciens illa quibus remuneratio à vobis ſubtrahitur, non amari; nec ſuaderi facilius tabellarum abſtinẽtiam, quam tacendo: viro, [a] committat enſis exercitij per linguę ferias clamare quid reſpuãt: ſed non ita eſt, magnitudo tua lineis quadrata fabrilibus, vt quolibet tecta velamine amantis oculos poſſit effugere: quia ſi obſtaculo veſtium, penetralia reſpicit mens amici, nemo æſtimet, quod latentis interna conſilij apud caros aulicis excocta fornacibus cęlet vrbanitas: ſed credo, querelis meis illud ordinis veſtri aptum excuſationibus genus opponas, non rectè ab occupatis ocioſorum munia poſtulari, vix ad hæc officia poſſe deſcendere obſequijs principalibus adhærentes. Audiui quidem ſępe talia, ſed confiteor non [b] recipi, quia frequenter neceſſitates deſideria tranſcendunt, & ſine intermiſſione timor cedit affectui: voluntas in culpa eſt, quæ concinnata excuſatione defenditur. Ecce, mi Domine, quàm magna dolcam, cùm officio ſalutationis aſſerui per-

a. f. Comitatenſis.

b. f. recepi.

perlatorem vtrique carum pro fide sua & nobilitate commendans, vt beneficio culminis vestri, inimicorum insolentia regnis suis oppressa subiaceat. Vale.

HORMISDAE PAPAE. 17.

POstquam votiua mihi necessitas vestra beneficio proximitatis desiderij spondere cœpit effectum, animo ad longiora transijstis, & cum Liguriam pene manu contingitis, linguam ferijs deputastis: minus licuit absentiæ, dum sanctitatem vestram prolixa viarum interualla tenuerunt, pensabat confabulatio dispendia visionis, & in remedijs prouisa diligentiæ literarum commercia præstabantur, per quæ officia inter habitatione discretos, nil peribat affectui: sed credo eligitis amicis difficiliora tribuere, non putantes beneficium, si pascar in tanta vicinitate colloquijs. At ego casum meum versa existimatione suspiro, ne Beatitudo tua retulerit ad iudicium, quod exhibuit blandimentis, dū quod præcessit, adscribit tēpori, non amori. Facessat à nostro in amicitijs frons picta proposito. Nos ad hanc fabricam nulla præcedentium studiorum lima composuit. nudam scimus ad coniunctionem afferre concordiam; vrbanitatem inter caros vt venena respuimus. Ergo mi Domine salutationem accipiens, amantem tui in hac potius parte sectare, vt & culturam

fidei per frequentiam sermonis impendas,& ex secreto pectoris infucata expectanti verba concedas. Vale.

APRONIANO V. I. 18.

IN vsu est viris morum claritate fulgentibus religionem amicitiæ per culturam nutrire colloquij, vt dum gratiæ germina fotu confabulationis animantur, ad messem coniunctio federata perueniat : per hæc enim munia voluit senior prouidentia absentiæ nil licere. Meritò de vobis emendatissimus hominum Dominus Faustus prædicat singulare testimonium. Sine nube datur agnosci; nihil de eo dubitandum, quem probatus attollit. Sed nunc ad epistolæ angustias me reducens, secretis debitam laudem claudo penetralibus, ne quod apud externos faciendum est, apud vos importunitate rancescat. Vale mi Domine, salutationem obsequentissimam accipiens, Deum precor, vt prospera vestra in longum producens, mihi quoque secundis amicorum successibus spondeat auctionem. Vale.

LIBERIO PATRICIO. 19.

DVM pro venerandæ religione conscientiæ verba dirigitis in Aquilegiensis electione Pontificis, & diuinis initiata lingua cultibus militat consecrando, in ignoti

nos

nos diligentia sermonum vincula tenuerũt: quia nihil superat iudicijs, quoties aliquid probatus extulerit. Quid enim *semẽ sequacium derelinquat, quando iustitiæ obsequitur, cuius in examen definitio non vocatur? agitis bono conscientię, quod vestro vix negaretur imperio. Exhibuit inter arbitros Marcelli venerabilis collegam maximus hominum humilitate sublimior: & ne potestati fauor per obliquos adscriberetur interpretes, quid de proprio decerpsit genio, laudati iunxit ad precium. Egistis medio crimine, præcelsi esse suspecta prædicatio, clarissimorum testimonia vt vires accipiant, culmina castigantur. Felix sacerdotium, cui facem prætulit plena mens luminis: beata cõuersatio, quæ idcirco in discussionem deducta est, vt tanto viro adstipulante superaret, quæ non didicisset saporem victoriæ, nisi subiacuisset incertis. Semper innocentibus gloriam aduersa pepererunt: prouidet defensores fortissimos mediocris impugnatio. Sed quid epistolæ terminos loquacitate perduxi, coactas lege paginas in humana concinnatione transgressus? Iungo & ego amplissimi partibus vestris, pro modulo exiguitatis prope cœlo vobis obsequente, consensum: & quod mirabile inter homines habetur, consideratione vestri attrahor ad amorem. Inspirata mihi per alterum placet affectio, dum manet caritas imis inserta visceribus peregrinante persona: comitem

* sententiæ.

se tamen cælestis gratia desiderijs iunget, & dum cupitis datur effectus, aut inueniat bonum Pontificatus, aut faciat. Valete mi Domini, & amantem vestri crebris releuate colloquijs; vt si non exigat negocioſas frequentia paginas, præſentur effectui.

MARCIANO. 20.

DVm inter ſpem & metum animus meus de te anxius iactaretur, incerto ſolida profectus tui indicia colloquij melle reſeraſti: quia domeſticam origini tuæ facundiam fidelis doctrinæ heres inſequeris. Non degenerat, vt video, vena linguarum & peritiæ ſucceſsio, illo quo patrimonia iure diſcurrit. Putabam ſcientiæ dotes rem tantum ingeniorum eſſe, non familiæ, nec duci per ſtemmata, quod labor a continuiſſet indefeſſus ſudor adipiſcitur: ſed quantum apparet, ordines ſuos ſeruat eloquentia, & oris pompa, quę exundauit in veteribus migrat ad poſteros, concordat ſcientiæ curſus, & fluminum per conſuetos alueos, & dicendi vnda prælabitur. Venit ad te cum cenſu patris eruditio, & bono ſobolis Aſterium ſepulcra reſtituunt, inuidi fateor hactenus annis ſenioribus, & ætatem cui ille b conceſſus fuerat ſuſpiraui, beneficiorum cęleſtium negligens æſtimator, quando potui deſperare de togæ fructibus, radicis manente ſubſtantia; ſed ſuperna diſpenſatio, vt det genium beneficijs,

a f. continuus, & indef.

b. ceſſus. v. c.

beneficijs, improuisum facit esse quod tribuit; & dum vota transgreditur, potentiam suam liberalitate manifestat. Non est bonis partibus infœcúda Liguria; nutrit foro germina, quæ libéter amplectatur & curia: nota proximitate sociátur Causidicus & Senator: his qui bene toga vsi fuerint, reseratis susceptura sinibus palmata blanditur. Vale dulcissime, & ad hæc decora multus incumbe, totum te studia honesta susciplant: festina vt ad messem patriam venias; linguam lectionis sarculo, mores bonorum imitatione purgando.

OPILIONI. V. I. 21

DEbeo equidem proprioribus responsa colloquijs, & in obsequio propositi vel pudoris, nisi pagina rusticante displiceam accepta geminare, ne potioris dignatio ad pœnitentiam redeat de abiuratione fastidij. Nostro enim vitio in culmine constituti, supercilij memoriam non amittunt: *sed illud mali genus sectari & humiles suspicentur: cum enim eminentissimos attollat castigatio sua, & honorum plenitudo sæcularium hoc solo artificio patiatur augmenta, considerandum est, quid abiectis detrimenti pariat status angustia non metiti. Ergo sufficiat magnitudini vestræ, quod post duplicem scriptionem sentio, quid per silentium erroris incurrerim: sed timui confiteor, ne ad vitiũ me duceret fuga

a. si illud.

culparum, & sermo deputatus ad gratiam,
b. commeretur dum nulla peritiæ lima b commeretur, inueniret offensam. Refugi horrorem, qui ignaris de parendi occasione generatur: ecce asserui habuisse, & me animam depositam confitentis, & bene de viribus conscij in restitutione verecundiam. Restat emendatissimi hominum, & illud placere vobis, allegationis meæ inspectione cognoscam, quod hactenus accepta non reddidi. Fida enim index est possibilitatis nostræ consideratio; & sicut in omnibus præcipua, ita fama muniens circa linguæ maciem custodita. Quia si crescit eloquentium dos, pudore facilè prudentiæ nomen adipiscitur, cùm per ipsum conticescat infantia: causæ tamen quam iniunxistis iacturam frontis exhibeo, & dum imperata exequor, opinionem ad incerta transmitto. Agnellus de Casis per varias promissionum mihi illudit effigies, volens à vobis summam precij designari: sed mali hominis ardorem insatiabilem esse didicistis, qui nisi contemptu pecuniæ non sanatur. Domine mi, saluto & rogo, vt religio circa me pij amoris seruetur, & tœderis.

HELISEAE. 22.

DIV quæsitus desiderijs meis euenit effectus, vt detur genius beneficijs, trãsmissa in longum expectatione tribuuntur:

viuit

viuit in quacunque terrarũ parte proximitas, [sed] sequestratione corporũ: sanguinis cathena non rumpitur per discretã regionum: caritas damna non sentit, quando inter eos qui habitatione separantur, præsentiæ vice tenetur affectio. Deo omnipotenti gratias refero, quia vos memores fecit esse pietatis, & prosapiæ sub religiosa occasione reminiscí. Teste Deo, postquam mihi domna *Cynegia* meritum vestræ conuersationis exposuit, visionem vestram speciali ardore requisiui, si votis copiam dedisset optata occasio. Domina, salutationis reuerentiam dicens, in designato litteris vestris negocio ministerium deuotionis spondeo, quia tantum præstatur animæ, quantum sanctis exhibetur studijs. Verè dico me nunquam dilexisse quem detestamini, & veritum, ne ad diri hominis profectum vester quoque inclinaretur assensus. Adsit Deus, ne ad Ecclesiasticam dignitatem veniat, nulla bonæ institutionis incude formatus.

AVITO. 23.

VEllem produci causam, si propositum non grauarem, per quam frequentia amantis scripta promerui. Dum enim negocioſas paginas destinatis, ministerium præbetis effectui: sed apud prudentes & animorum conscios sufficiunt parca colloquia. Vrbanus in promissionibus esse non sapio,

nec eis, quibus animam debeo, fucata fronte blandiri: vos tantùm cœptis insistite, & mandatis cœlestibus obsequentes, malum hominem, quem dicitis, à desiderijs deducatis. Me conuenit plus re ostendere, quàm sermone polliceri; quia quod tribuo, hoc mihi restitui incunctanter expecto. Domine mi salutationem plenissimam dicens, rogo, vt * donatione Elisæ communi matri pro me gratias agas, quæ dignata est litteris suis vincula proximitatis ostendere.

* Dominę Helisęæ

LEONTIO ABBATI

DEI prædicatur benignitas 24.

SVpra meritum meum summa circa me beneficij cœlestis adoleuit, dum qui pœna dignus sum, iustorum præmia consecutus exulto: frustra delinquentes periculi mater desperatio ad extrema præcipitat. In errore maximo constituti, meo ad solidam spem reparentur exemplo. Nescio de quo opere mihi, de qua innocentia epistolarum vestrarum fructus accesserit, & animam peccati vbertate locupletem cœlestis boni melle satiarit: nisi quia ille, qui vulnera nostra suscepit, & pro nobis doluit, mutata meritorum conditione, quos flagellis dignos viderit, castigat muneribus; & versa vice, noxiorum animas, dum secundis replet, pudore meliorat. Superni ergo secreti dignatione confabulationis

vestræ

vestræ fruges elicui. Vos de corporis mei la-
nitate sollicitos ille [a] *reddit*, qui animæ meę curam per spiritales medicos ad statum indultæ valetudinis redire compellit. Quæ sit in me substantia membrorum, religiosæ sollicitudinis inuestigatione perquiritis, quorum status animæ partem negligens, toto mundi istius grauatur imperio. Agite me talem oratione fieri, qualem asseritis blandimentis: quia fuci nescia propositi vestri claritudo, quem bonum esse prædicat ante tempus innocentiæ, adnunciat mox futurum fratribus meis & conseruis, quos direxistis. Quantum exhibere solatij potui, voto potius quàm re idoneus non negaui. Superest vt aceipientes obsequia mea cum vniuerso cui præestis concilio, per Dei omnipotentis misericordiam coniurati, Deo pro paruitate mea precibus insistatis, vt cui deest per actiones suas fiducia bonorum, per suffragia vestra contingat.

[a] reddidit

EVPREPIAE

De Epitaphio Domnæ Cynegiæ, quod est inf. in Poemat. pag. 78. 25.

QVamuis sępe ingenij mei maciem cognouisses, periclitari tamō ante ieiunia oris olim probati, iussionis celeritate voluisti: sed ego non abnuo obedire diligenti, vt si facundiæ deest meritum, gratia subueniat ob-

obſequendi. Varię ſunt donorum cæleſtium, licet ab vno auctore progrediantur, ſpecies: alium commendat perfectio, alterum inſinuat, quod ſine tarditate aliqua vult parere. Dominæ meæ *Cynnegiæ* Epitaphium vix vna hora habens tractandi ſpacium, inelimata velocitate compoſui. Vide neceſſitatem, vt illam tãtorum meritorum fœminam verborum faltibus explicarem. Parcat ſterilitati meæ venerabilis anima, ſuſcipiens pro ſchemate dictionis ſtudium ſine nube dictoris. Tu mea Domina epiſtolam præſentiæ meæ vice complectens, ora, vt ſpiritus illius ſcabris nequaquam lædatur officijs.

B. ENNODII EPISTOLARVM. LIB. VI.

ENNODIVS PETRO. 1.

a. f. iudicij princeps. vel: (ô ven. iudicia princi-pis)

POſtquam venerabilis *iudicia principis, periclitatis moribus magnitudinis tuæ, donauit te honorum germine, pro meſſe virtutum per linguę ferias fouens irreligioſa ſilentia, & in eloquentia tua, & in meo amore peccaſti: quia naturalibus adoleſcit elocutio munita ſupercilijs,

cilijs, quoties prosperorum famulatur iudicio, copiosior facundia [b] bonorum mili- b, honorũ v.e.
tat incrementis. Profectus suus imparibus significant peritorum ora successibus. Ecce inamabilis taciturnitas, & vobis dicendi abstulit genium, & mihi lætitiæ inuidit effectum. Referatis forsitan: posses me, amice, de ignoratione culpare, si quid tibi de apice meo promiscuis dedicata nuncijs fama suppressit: sed ego agnoscere carorum culmina rumore non patior, & manifesta gaudij colligere de opinionis inconstantia. Noueram quam mihi deuinctionis spem simplex eruditi dudum feciſſet allegatio: credebam frustra me in illa parte serenis animum autis committere, vnde tu me esse hilarem non iubebas: illam ipsam mille alarum fabricatam remigijs, scriptionis tuæ existimabam pedibus potuisse superari, ne amanti expectata bona tibi fructum præripiens, alter ingererit. Ecce mi Domine honorem salutati accipiens, agnitis dolorum causis remedia properata non deneges: quia quãtum præsumo, nec fides in diligentia, nec ad vnguem ductus sermo vos deserit in loquela. Non contentus tamen vno dicendi genere displicere, carmen adieci, vt post epulas Antenorei gurgitis, quas lauacra apponi coacta in artum carnis lege cathigant; dum illud quod aquarum fœtibus distenditur, aqua desecat: ego quoque, qui Heliconis fluẽta non tetigi, Poẽta nouus admiscear. Acci-

po

pe ergo risum motura Poëmata, & Glonidenum tuum te solum agnouisse contentus, à publico rigore me subtrahe: quia si est quod fortè placeat, sententia mihi vestra sufficit. si quod morsu dignum sit, secretum puto, quod de amici culpis agnoueris: dabis etiam veniam, quia oculorum pressus angore, Poëmata fortasse † clauda composui. non enim possunt esse versuum solidata vestigia, luminis officio destituta: lege ergo aquas calidas; quas inuises.

Tollitur ad clim tellus subnixa tumore. &c. inf. in Poëmatis pag. 55.

FAVSTO. 2.

Parthenium sororis filium commendat.

SEcundet desideria honesta diuturnitas. felix auspicium bonis non negetur studijs ingenuæ intentiones prosperorum fructibus conualescant: *Votorum* obsidem tradidit honestati, qui ad liberales aspirat, superis fauentibus, disciplinas. Bonarum affectus artium dirũ dedignatur ingeniũ. Ad eloquentiæ ornamenta non tendent, nisi moribus instituti: his Parthenius noster germanæ filius incitatus stimulis, Romam, in qua est naturalis eruditio, festinat inuisere, cui magnitudinis vestræ suffragia sum paterna pol-
a. supplicantẽ licitus. Datur culmini vestro per a supplicationem genius, dum quod vsus exigit, precibus imploramus: ceu si quis credat se ortum Solis, cursum fluminis oratione promereri. Non est beneficium, vbi ordo ser-

natur.

uatur. mori obsequitur, quod obligat vniuersos. Ego tamen supra cursum, à quo nequaquam discedetis, aliquid accepturus occurro : direxi personam, in qua meritorum meorum status ęstimetur : alios forsitan commendatio iuuet indebita parentibus: [b] munus est, quidquid superare non possumus. Domine mi seruitia salutationis repræsentans, portitorem paucis, eiusque negocium elocutus, restat vt agnoscam, quid mereatur persona causa proximitatis.

b. minus

SYMMACHO PAPAE. 3.

Eundem Parthenium sororis F. Symmacho Pont. commendat.

DVM sedem Apostolicam coronæ vestræ cura moderatur, & cælestis Imperij regitis apicem, blanditur profectibus parentum, quod meis promissum tenetur officijs: [a] spem sine labore obtinet, apud constantem virum fideliter obsecutus. Grandis est pompa præstantis, quoties quod vnus meruit, plurimis repensatur. Superiorum instituta sectantur, per quos generatio recipit, quod persona condiderit: sic Israëlitici delicta populi propter Dauid pœna non tetigit, dum genti opitulata est præceptoris integritas, & fides hominis: aut eripuit de errore populum, aut iuuit in gratia. Parthenius igitur, præsentium portitor, germanæ filius, hac ad coronam vestram fiducia animante directus est, quem

a. spē sine labe

2. Reg. 24. 14.

solli-

sollicitudo liberalis Romam coëgit expetere; sancta sunt studia litterarum, in quibus
b ante incrementa. [b] apud incrementa peritiæ vitia dediscuntur. Hoc itinere cana ad annos pueriles solent venire consilia, dum quod ætas refugit, norunt instituta præstare. Fouete ergo, cuius veniendi causas patefacta consanguinitate didicistis: Habetis obsidem, in quo dilucide meritorum apud vos meorum qualitas innotescat. Domine, vt suprà, salutationis reuerentiam obsequiorum deuotione restituens, precor, vt perlator præsentium, famulus vester, felici sorte peregrini apud vos nomen excipiat: quia quod attributum fuerit precibus meis, vestrum supra dotes suas ornat officium.

LVMINOSO.

Iterum Parthenium commendat, vt in amicitiam recipiat. 4.

VIdero apud quos plurimis asserendus est, quem instituti liberalis cura sollicitat: vos patronos meruit causa communis, non ignari peregrinos suscipitis, nec erudiendos animatis. Expertis manus necessitatibus frequenter adhibetur, dum ad eloquentiæ palmam feriato ore eos qui titubant
a ex peregrino inuitatis, exemplis hortatur [a] peregrinos potens, ex incipiente perfectus. Vtraque Parthenio germanæ meæ filio pars conuenit, cui ad venerabiles disciplinas Romam petenti,

tenti, pro ferratis calcaribus sufficit vos videre, si ab humanitate non discrepat sublimitatem tuam gerens ante oculos, rebus ad virtutem potius, quam monitis excitatur. Magistra laboris est laudis ambitio, præcipuè quando in illo exuberat, quem similis retineas fuisse fortunæ: sed si vobis cordi sum, circa memoratum patrem reddite, vt amor mutuus de vicaria impensione gratuletur, vt quidquid in magnitudine tua dudum laboris exhibui, mihi per alterum reformetur. Domine, vt suprà, salutationis obsequia dependens, satis esse ad commendationem credidi, si qui esset portitor non lateret. Precum prolixitate vtitur, de impetratione diffidens: argumentum est nil merentis, diu rogare. Faceſſat à moribus tuis, vt perdas beneficiorum genium, dum longa supplicatione producitur de effectu celeri subleuandus.

FAVSTO IVN.

Ab oculorum dolore recreatum se ait, commendat & Parthenium anunculus. 5.

DEo gratias præfatus, qui oculorum meorũ, quas inexplicabilis * dolor pepererat, nubes abstersit; iurè ad ipsum beneficia sua referens, qui lumen dedit & reddidit. Vix enim post innumeros dies, sanitatis fiducia animante, respiro: & hoc ad absentiam culminis vestri prolixiorẽ respicit,

* Infra epist. 25. lib. VI.

cit, vt quem genius suus de vicinitate deseruit, nil videret: sed potens est ille qui corporis tulit nebulas, rerum serenitate mutare tristitiam. Post elocutionem necessitatis ad negocium redeo, quod coactum impetrauit alloquium, amabitis, vt spero, baiulum, quem asserit causa veniendi. Parthenius sororis meæ filius, per liberalis studij disciplinas, ingenuus vult videri: optat, ni fallor peculij nostri habere testimonium. Magnitudo igitur vestra præteritorum tenax, memor præsentium, prudens futuri, perlatorem pro mea commendatione suscipiat, & qui erit per visionem nostram scribente felicior, peregrinationis non patiatur aduersa sentire. Domine mi debitum seruitium reddens precor, vt vel per hanc occasionem, qua illinc Parthenius susceptas poterit paginas destinare desiderati * multipliciter forma colloquij.

*multiplicetur

HORMISDAE, PAPAE. 6.

Pontifici esse parendum. Pro camelis precium exigit.

SCimus religiosi sacramenta proposiți, ab obnoxia peccatis multitudine, innocentia & fide separari, & titulos venerabilis officij, mores potius insignire quàm corpora Quis bonum conscientiæ inter homines quærat, si mundi adhibenda est circa Pontificum statuta necessitas? si sacerdotum

pro-

promissio circumspecta cautione seruabitur? nunquam habuit in affectu constantiam, cui facere aliud de pollicitatione non licuit. Sæculi conuersatio legum metu retinetur. Dei famulos quod bonum est exhibere conuenit, non formidini, sed amori: dudum dum nobis metus instaret, & de clementia pij Regis dubia meritorum existimatione penderemus, in certo camelos nostros tot dandos Domino Papę, tali reuerentiæ vestræ conditione tradidimus, vt si nobis animalia ipsa non essent necessaria, iustum pro ipsis precium mitteretur: & quia nouit optimè Sanctitas vestra, nos, dum potuimus per allegationem nostram, vtilitates sanctæ Romanæ Ecclesiæ subleuasse, nunc pro vicissitudine facite de veritate beneficium. Quæsumus etiam salutatione præfata, vt quid super hac parte deliberatio vestra habeat, indicetis: quia credimus nec præfatum sedis Apostolicæ Præsulem, nec vos, qui mediatores existitis, aliud cogitare, nisi quod & proposito, & iustitiæ sine dubitatione conueniat.

SERVILIONI. 7.

De perfectione confidũt discipuli, quoties magistrorum præsentiam præstolãtur: spes eruditionis manifesta est, vt fruatur genio suo inuitare doctorẽ: clara sunt ingenia; quæ instruentum agitantur desiderijs; monitorem requirunt, qui felici sorte

didicerunt. Sic ego ſanctitatis tuæ affectione poſſeſſus, quanquam me de peritia iactare non audeam, vultum tamen præceptoris expecto, ne degeneri te credas Eccleſiaſticum germen filio commiſiſſe. Quia quamuis memoria mea ad centenos ſe non valeat fructus extollere, ſcit tamen ſemina multiplicata * reddere cultori. Veni ergo, vt coram poſitus, ſegetem tuam boni agricolæ vice reſpicias. Deus procul auertat inuidiam. Ita vomeribus tuis Eccleſiaſticæ fœcunditatis planta conualuit, vt nulla ſæuientis procellæ poſſit impulſione ſubuerti. Nolo præiudicio laudis ſanctitatis tuæ grauare conſcientiam: inſpicies quæ literarum teſtimonio declarantur. Supereſt ſalutatione prælata, vt ad gaudia tua iam properes: quia diuina beneficia gradibus ſemper accedunt, & quibus bona conferunt, meliora pollicentur.

* redhibere.

SENARIO. 8.

NVnquam apud Deum fuſa deprecatio votiuo nudatur effectu, apud quem hilaritatis lacrymis obtinetur, & mœror tranſit in lætitiam. Adfuit diuinitatis auxilium deſiderijs meis, & te animæ meæ major portio, de prolixis gentium finibus, * gratia duce reuocauit. Verè non poſſum epiſtolam in multa verba diffundere, impeditus fletibus, quos gaudia in cumulum

* miſericordia duce

lum adducta pepererunt. Fac mi Domine, paruitati meæ cœlestis doni plenitudinem non perire: vnum vtrique habeamus hospitium: nec de parietum angustia sollicitudo generetur, quando vnum pectus sufficiens animabus nostris præstat habitaculum.

PANFRONIO.

Rogat, vt apud se Senarium manere iubeat. 9.

MAgna sunt gaudiorum imperia; expers est continentiæ hilaritas; & in vocem gestit erumpere. Venit optatus desiderijs dies, & ille quem nunquam de meritis meis, sed semper de superna pietate postulaui, [a] magnitudinis tuæ splendor accessit: redditus est generi & moribus tuis apex, per quem conscientiæ fidelis in lucem prodire non formidet integritas. Deus bone, indulta custodi, auge successibus quod dedisti; fac circa seruum tuum primum esse gradum, qui summus est. Præcipio spe futura quæ deprecor: nesciunt in foribus hærere, quæ cælo auctore tribuuntur. Semper incrementis ad culmen ascenditur, vbi supernus fauor præstat exordium. Quis hoc in vita hominum, vel eorum qui conuersationem suam nulla custodiunt nube sordentem, accessisse sibi die vna gratuletur? Te honorũ auspicia ingressum, & dulce

[a] magnitudini

meum, *Senarium*, ab vltimis terrarum partibus restitutum, breuis horarum cursus interfuit, vt & tu palatio natus, & ille sit redditus. In veritate dico, [b] & Dei misericordia, nisi securus spondeo fragilitati meę prę-sidia cœlo obsequente concedi. Spondetur mihi quod vobis est præstitum: Domine mi salutationis obsequia susciпiens, rogo, vt si quid amori meo tribuis, dominum animæ meæ Senarium, vt apud me maneat, exorare pleniter non omittas: quod nisi obtinueris, multum mihi de hilaritatis cumulo decerpsisti.

b. & de misericordia mihi securus

AVIENO. 10.

BEne magnitudo vestra dum origini & moribus præstat obsequium, emendationem sine interuallo coniungit errori: & quod peccatum sapienter intelligit, priusquam altero denuncietur, auertit. Quis credat deliquisse in correctione velocissimum? penè non vocandus est sectator excessuum, qui obuiam manum ponit in surreptione culparum. Hæc mi Domine ad ea quæ dignatus es scribere, gratia vestra duce respondeo. ceterum humiliorem * te proposito actuum meorum pondera reddiderunt. vix misera remansi idoneus reformare colloquia. Domine mi salutationis obsequia præsentans, Deum rogo, vt qui culminibus vestris fructum pro hac, qua humilem non sper-

* me propos.

spernitis, consideratione, restituat legi.

FAVSTO. II.

VIx est vt intentus rebus felicibus aduersa prænoscat, velut siniſtrum [a] animi omen repudiat, si quid de austeritate futurorum intellectu [b] præcedente respexerit, certè ne alieno tempore amaræ se misceant, ipsa molestiarum horret agnitio. nullo credebam interuallo nunc inamabilem Rauennam, dum erat thesauris meis, plena distare: non me sic sitientem fons æstuantem aura, vt illa ad se non lassum requies inuitabat. At nunc ipsa Roma puto ad longiora pro peccatorum meorum fasce translata est. vbi est illa quæ rara putabatur frequentia literarum, vbi crebra visio, vbi tot solatia diligentiæ? verè pro meis partibus loquor, detestor vitam, quæ nec in ærumna [c] constituta est, odio allegit, forsitan culmen suum sibi pro superna dispensatione cupita contigisse non est plena felicitas, quando vestrorum aliquis miserijs duræ lequestrationis affligitur. Deo, credite, non sunt fucata quæ defleo: nec ad explicandam cordis tragœdiam, aut epistolaris concinnatio sufficit, aut sermonis angustia. Christe rerum arbiter, propriæ succurre necessitati: ne humana fragilitas, ad immensi fascem doloris non sufficiens,

a. enim v. e.

b. procedente

c. constitutis

preſſa ſuccumbat. Domine mi ſalutationis ſeruitia dependens, rogo vt paginalis circa me cura ſeruetur: vt vel hoc remedio inter æſtus mens conſtituta reſpiret.

PARTHENIO.

Sororis filium taciturnitatis in ſcribendo arguit. 12.

a. quia qui.

NON in te admiror ſermonis abſtinentiam: [a]quoniam qui exigua condiderit, nihil producit. credis ſub hac occaſione profectus tui latere ſubſtantiam. taciturnitas imperitiam prodit, & infabricata confabulatio manifeſtat infantiam: interea ante inops gratiæ non fuiſti, ſciens quid diligentia, quid amantis ſollicitudo flagitaret: factus es bonarum rerum neſcius poſtquam te ad obtinenda quæ putantur [b]maxima, tranſmiſimus. Quod reſtat, vale: & accipiens monitoris verba, melioratum te ſcriptionis aſſiduitate diuulga.

b. ſumma v.c.

AVITO.

Commendat Bonifacium, cuius frater captiuus erat. 13.

DVM remedia ſua quærat affectio, & æſtũ ſollicitudinis colloquio cupit mediante releuari, ardeſcit animus prouiſionis beneficio [&] vnde extingui creditur, geminatum diligentiæ ſurgit incendium. Sæpe

niſi

nisi baiulorũ copiã perquirenti, inde ægrescere contigit, vnde opinabar quod prodesset accidere. ecce medetur desiderijs meis, qui suorum ad vos causa properauit: fit adiumentum necessitatis alienæ, quod propriæ consideratione suscipitur. Videro quid cõmendatione mea Bonifacius promoueat: interim opitulatur studijs meis, quod prolixis precibus à me impetrauit: hunc bonis ortum natalibus, testis sanguinis mens designat. Germanum suum præfatus in vicinitate Aquileiensis ciuitatis asserit esse captiuum: qui vt à vobis iuuetur, expoſcit. Sanctæ domus vestræ consuetudo vulgata est: talem vitam bonorum actuum obsidem iam dedistis, à qua velut debitum poscat, qui calamitate deprimitur. Domine mi, accipientes plenæ salutationis obsequium, facite exoranti, quod sponte consueuistis; vt qui vestri supplex est, alteri eum esse non liceat.

EIDEM. 14.

ADstipulatorem me opinionis suæ fieri, magnitudo vestra ita supplicatione postulat, quasi ad amicitias recenti adhuc sim incude formatus: aut non genio suo a defraudet, qui propositum diligentiæ sub quacunque occasione commutat. Facessat à Christianis moribus varia de amante sententia. Qui officium oris sui dedica-

a. defrudet

uerit laudibus liberum, non habet inchoata deserere, ne deuenustet præfati mella præconij vilitate sequentium, videro qui ingenuum credat esse sectari nouitatem. Ego vt tardè amicos eligo, ita in his * immutabiliter perseuero, mihi adsum, quoties opinionem vestram astris æquauero: quia apud quos ignoti sumus, moribus ♭ vestris de sodalibus æstimamur. Verè fateor splendorem conscientiæ vestræ, famæ vice copiosius effundi ante aduentum culminis tui, obsequio sermonis mei in Liguria quanti effetis innotuit. Deo gratias, qui cum sententia mea generalitatem fecit habere concordiam. vtinam me non humiliaret paupertas eloquij: plus habent vota de meritis tuis, quam proferat lingua de laudibus. inops facundiæ per quoscunque strepitus, qui gloriæ tuæ potuerunt, cõuenire, non tacui: facta est lux genij vestri, conscientiæ meæ demonstratio. Procul auertat diuinitas, ne vnquam testimonio meo frugalitas claris moribus inimica subripiat. nulla est, quam opime texuistis in vobis erroris causa, quam recolam: & si pro meritio meis extitisset, bonorum veterum recordatione sopiretur. Quod restat, valete mi Domini: & iter meum votorum benignitate prosecuti, caritatis recordatione absentiæ meæ damna pensate.

* indemutabiliter, vt infra Epist. 22.

♭. nostris

VENANTIO. 15.

SI proximitas sanguinis ad diligentiam mentes inuitat, pij amoris obsecutus imperijs, gestio me præuium præstitisse sermonem, & orditum paginas amplectendis viam referasse colloquijs. Diu quidem cassa expectatione maceratus dum operior paginas, non emisi: sed calcaribus suis animum meum odit affectio, & ad tabellarum munia priorem fecit accedere. habeo prerogatiuam, si bene conijcio plus amantis, qui & post productum silentij vestri studium loquor, & debeo verecundia commendare quod tacui: nunc tamen ne epistolaris concinnatio transgressa terminum deuenustet, auctore salutationis seruitia dependo: & si mereor, dignationi vestræ conciliandus occurro: quia potiorum sublimitas communione geminatur, & faciem præfert eminentissimo gratia concessa subiectis.

CONSTANTIO. 16.

SI liceret cum magnitudine vestra æqua sorte contendi, si honoris vetus meritum, quod vobis facem prætulit, nos non in vmbram cogeret, ego potius culmen vestrum de tabellarum abstinentia iure culparem: qui postquam, ad vrbem Romam profecti estis, nulla me recordationis

fruge ſubleuaſtis. ſed vide per rerum prouidentiam, quàm cauta eſt ſeniorum diſpenſatio, & fabricatis plena ſermonibus peruenitur querelis innocentia: & ne dolorem ſuum in lucem producat, arguitur, fit rea ne faciat. Ergo hæc mihi digrediens promiſſa contuleras, hac deoſculatum fiducia ſubleuaſti, * ne crederem mei immemores vos futuros: an ad aliud attributæ ſint paginæ, niſi vt ſecreta pectorum oris claue manifeſtent? Sed abſtineo prolixitate paginali, ne grandiorem generet confabulatio producta rancorem: ad ſalutationis obſequia me reduco, rogans, vt pro me apud Apoſtolos Dei preces effundas, vt eorum beneficijs mortalis anguſtiæ ſuperetur obſcænitas, & de puro mandatorum cæleſtium tramite mens ſerena gratuletur.

* & cred.

IACONIO. 17.

BEne cupitis ſuperna diſpenſatio dedit effectum, & de negocioſi occaſione colloquij fraternam *reſonãs diligẽtiam, quod putabatur neceſſarium, fecit optabile. Hinc cæleſtis cura nepti meæ procum, non omnino à ſanguine noſtro peregrinantem iuſſit accedere, vt dum conſulendi inſtat oportunitas, ſancto amori pabula præſtarentur. Vix fuſtinebam, fateor, procurati ſtudia longa ſilentij: ſed interpres mitior putabam applicandum timori, quod ſubducebatur affectui

* reſouẽs v.c.

ctui. Deo gratias, qui ad vsum styli fraternitatem vestram reduxit: & gratiæ diuinis tamen legibus cognationem indiculo comprehensam, matrimonio licere sociari, sine dubitatione noueritis. Sed continuò ad vrbem Romam homines meos dirigo, exacturus à venerabili Papa super hac parte responsum, vt animum vestrum potioris præcepti firmet auctoritas. Domine, vt supra, salutationem plenissimam accipientes, sanctum quoque & communem patrem parilis noueritis esse sententiæ: cuius ad vos per hominem meum, si diuinus fauor annuerit, cum sedis Apostolicæ apicibus literas destinabo.

AVITO. 18.

QVàm sæpe aliena peccata nos ingruunt, & quod à nobis non oritur, iure nostro imputatur excessui: ex me didici fidem veterem non perire, dum per negocia nouella cana poëtarum reparatur annunciatio: de me dictum existimo: *Decidit infelix alieno vulnere.* Super expectandę memoriæ viri Sauini filio exhibetur præfata concinnatio, qui hactenus ægritudinis tentus obstaculis sine vitio suo constituta violauit. Fateor, penè animum meum reum fecerat magnitudinis vestræ dies assertio, & credebam esse culpam propriam, quam conscientia non habebat. Ecce vt primùm

mùm in bonam valetudinem reductus est Mediolanum, cum summa properatione commeauit, cetera apud vos allegãda esse non credidi: quia qui commendat magnis viris iustitiam, obliuionem videtur æquitatis opponere. Domine mi, salutationis plenissimæ munus exhibeo, & quod superest, quæso, vt status circa me gratiæ vestrę, quamuis sit plenissimus, adhuc tamen recipere cogatur augmenta.

AGAPITO. 19.

REsistunt peccata desiderijs, &, vt meritorum status delinquẽtibus innotescat
a. à labiorum [a] à laborum proximitate cupita subtrahuntur: acrius affligunt oblata cùm pereunt: potior sitis est, quam vndarum gustus exaggerat: non vrunt memoriam prima fronte negata beneficia. Quis ferat ingestam oculis æquo animo se perdidisse dulcedinem? sed recte ista ad supernam re-
b. quæ cæl. mittuntur prouidentiam, [b] quoniam cælestis dispensatio mysterij idcirco humanis dispositionibus manus opponit, vt votorum præstet effectum. Sanctus pater vester libenter se pariturum iussioni magnitudi-
c. occursione nis vestræ fuerat mea [c] occasione pollicitus, sed animum eius in diuersam partem pro vtilitate, quantum dicit, Ecclesiæ superuenientia rapuere consilia: sicut præfati pagina ad vos directa declarauit; præstolatur

tamen

tamen super negocio designato magnitudinis vestræ secunda colloquia, quò manifestiùs in fratris vestri Faulti Patricij vtilitate me esse necessarium referetur: cuius gratiæ nihil sibi æstimat liberũ delegare. Quod restat, obsequij mei humilitate susceptа precor, vt cœli opifex, qui culmini vestro paruitatis meæ curam est dignatus infundere, ipse per vos sequenda disponat.

EVGENETI. 20.

SVpra modum me sollicitant procurati studia indefessa silentij: & licet animus in statione sit positus; contristat [tamen] sermonis abstinentia, quæ viuis imaginibus secretum pectoris oris claue manifestat. patior quidem interdum caritatem sub paginarum promulgatione simulari: nunquam tamen credo his munijs abstinere, qui diligũt. referat fortè, Magnitudo vestra, publicæ occupationis curam locum scriptis familiaribus non dedisse, sed idem status erat cum præcedente tempore colloquia & culmen vestrum crebra præstabat: nec aulicis deputatus ita premebatur excubijs, vt promissi amoris memoriam non haberet. Quis fauis toxica, quis cænum fontibus clandestinus susurrator admiscuit? aut fortè, quod fuerat de affectione subreptũ ad iudiciũ retulistis? sed ego occupare vos paginarũ promulgatione non differo, vt ad vsum

vete-

veterem ceſſantibus promiſſa dignationis ſtimulis vel garrulitatis meæ prouocati fruge redeatis. Domine mi, obſequium ſalutationis plena humilitate perſoluens, indico me veſtris cupidum eſſe aſpectibus præſentari, ſi tamen faciundum, perpenſis, quæ vobis cordi eſſe non dubito, reſcribatis.

AGNELLO. 21.

ANte imperium diligentiæ veſtræ valetudinem ſuam inuicta tenuerunt: nam ne cui hæc darentur vel legenda vel tranſcribenda, præmonitus obuias poſcentibus manus oppoſui; nunc victus tui caritate tranſmiſi: facies meum pudorem in ſtatione eſſe, ſi relegas; in profligatione maxima, ſi tranſcribas.

PARTHENIO. 22.

NIſi te afflicte diligerem, & pij amoris ſoliditas [a] immutabili radice conſtaret, poſſem iniuriarum dolore prouocatus, vel cùm pueriliter iraſceris, vel cùm arroganter ſupplicas, commoueri. nihil enim inuenio, quod ſit fabricata humilitate ſuperbius. præfero contumelias fucatæ frontis obſequijs. Tranſit amaritudinem dulcedo ſimulata. non opus eſt deprecationibus, ſi, quæ te cathena nectat, intel-

[a] indemutabili vt ſup. epiſt. 14.

intelligis: poscant [pro] excessibus veniam, pro quibus est liberum non parere. Ita famulos nobis iudicij cælestis claritudo deputauit, vt in quacunque parte mens deflexerit, illorum necessitas inclinetur: ille expectat clemens, qui destrictum, si velit, refutare possit imperium. Haud procul te ab hoc ordine euagari potestas mihi Deo attributa patietur: optare te conuenit, ne manſuetudinem, quam in me prædicas, meritorum tuorum consideratio iusta deuenustet, & pietatis tramitem culparum multitudo depreciet, licet ni fallor misericorditer vindicta [b] committatur errationē: nec vlla est potior patientia, nisi quæ vitijs aditum non recludit. A te tamen facessat indignatio nostra, quia quod deliqueris, non inclusus dolor & gratia fallente seruatus, sed verbera castigabunt, nunc vno modo in cicatricem cogere vulnera intemperantis sermonibus ingesta prævalebis. Si te per culmina liberalis studij ingenium doctrina monstrauerit, veniam, nisi peritia suffragante, non exiges, mutata qua notus sum, lege parcendi, circa desidem sæuitiam sub perennitate seruabo. Quod restat, Deum precor vt valeas, & de versibus tuis cælesti fauore comitatus, spem augeas, quam dedisti.

[b] comitatur errantem

FAVSTO

FAVSTO. 23.

SVmma gaudiorum est opportunitas perlatoris, qui minister diligentiæ per necessitates suas desiderijs obsequium præstat alienis: hunc quidem honestas commendat, & peregrinus ab officio mercatoris pudor insinuat. Iungitur quod ei noticia culminis vestri ad fidem probitatis accessit: nam scriptionis venerandæ frugibus ipso commeante satiatus sum. Refundo ergo depositum, officij lege constrictus, & quem Liguria positum pro virium mediocritate suscepi, ad potissima patrocinia tabella prosequente transmitto. Quod superest, reuerentiæ vestræ, quidquid habet humilitas deuotionis offerimus, supplicans, vt litteras vestras vel pro mearum assiduitate iam merear.

EVPREPIAE 24.

RErum omnium cursus obsequijs corporis, animarum cõstat imperio. aliud nobilitas cælestis, adfinitas aliud [a] abiectio terrena summitet. Nec liberum est, vt, quò mẽs parente Deo conlata deflexerit, quod de vltimis adsumptus est, non sequatur. Nec licet militem obuiam manum decretis Imperatoris adferre. Hinc Crispus adseruit, *aliud nobis cum Dijs, aliud cum belluis esse commune,*

[a] f. abiecto terræ assumit. Et nec

Sallustius in Catilin.

mune. Huius secreti ratione cum absentibus peregrinamur, & salua membrorum valetudine amantum febribus æstuamus. per hæc vincula nulla itinerum interiectione diuidemur; & segregati habitaculis in vnum studijs conuenimus. Nosti soror venerabilis, & omnem apud me transgressa dulcedinem quæ præfationem exegisset, occasio. Nunc aperta tecum & prodiga pudoris fronte congrediar. vix quæ ante direxeras blandimenta sustinui post admonitionem meam duplicia in litteris mella fudisti, quæ tota pectoris secreta concuterent, & ad desiderium tui captiuam animam relicta corporis sede transferrent. Quam timeo ne rursus ad incertum remittatur affectio, & cum tota mens diligentiæ vela laxauerit, subducta periculum statione patiatur animus meus. quia fuci sit nescius cognouisti, nec detestabilem inter amantes [b] vrbanitatem possit adsumere. Tua rursus diuersum sexus & natura pollicetur, vt dicit sapientissimus Salomon: *Anima quæ in saturitate est fauis inludit*. Scit verborum meorum testis & iudex, disposuisse me (nisi fortè subdolo gratiæ sapore decipiar, & degustatæ caritatis sitienti pocula oblata submoueris) [c] spiritualis coniugij non simulacrum, sed ipsam implere veritatem; vt dum inter nos vnum velle, & vnum nolle, constiterit, vel quod bonos ad imitationem stimulet, vel quod malos

b. f. orbitatem

Prou. 27. 7. In vulg. Anima saturata calcat fauum.

c. spiritalis.

adficiat, omnium oculis & mentibus exhibere. Tu tantum (Deo medio) aduersus omnem, quæ ex inuidia nascitur, impugnationem firmam promitte, & indemutabilem seruandam esse constantiam. Quocirca vale, mi Domina, & breui pro maximis admonitione contenta, quia nec epistolaris concinnatio plura patitur, nec ratio penetralium paginis debere committi, si ad hæc quæ indicata sunt voto, & fide respondes propriæ scriptionis testimonio pollicere.

FAVSTO. 25.

NON scripsi vt amaro incommoditatis meæ indicio vos grauarem, sed vt sollicitudinem vestram quatenus insistat orationibus conuenirem. male oculos meos ante receptæ valetudinis substantiam impositus labor accepit. Omne à me vobiscum lumen abscessit. satis sit significasse, quod patior; vestrum est prosperitatem meam a Deo, quem precibus placatis, exigere, & reseranti litterarum fores, crebris opem ferre colloquijs. Domine mi, Deum quæso, vt illud à vobis indicari faciat, quod me delectat agnoscere.

Oculorũ dolorem laborat.

B. ENNO-

B. ENNODII EPISTOLARVM LIB. VII.

ENNODIVS Aureliano. 1.

NON est fiducia mea præcognitis nudata successibus: validus in affectione est, quem animo meo diligentiæ memorem iusta sum æstimatione pollicitus. Gratias tibi superna dispensatio, quæ humanis rebus prosperorum fructum de aduersitatis occasione largiris, nec pateris in ordine suo * tristitiâ permanere. Nescio quid magnitudini vestræ hostilis malitia de patrimonij vbertate decerpserit; tamen sub hoc titulo inuictissimi Domini, multum locupletem gratiam comparauit. Bona est iactura substantiæ, si inclyti notitia Principis dispendijs inuenitur. Non est facultatum formidanda decessio, si per eam, qui omnes vincat diuitias, summi Domini amor adquiritur. Huc accedit, quod nec illa imminutio dum facta est, lucri mater & honorum via impactę humilitatis potuit tenere substantiam. sic reparata sunt quæ inimicus eripuit, vt adhuc gaudiorum cu-

* f. tristitia?

mulum præstoleris. supersunt quæ in spe habeantur, cum culmini tuo contigerit maxima iam tenere. His beneficijs cælo auctore collatis, & iam notitiæ & communionis nostræ bona iungamus. Quando mihi tantum virum, nisi per illa quæ præfatus sum, contigisset agnoscere. Sed augeant superna quæ tribuunt, & ad quæ desideria porriguntur, diuina natura perducat. Quod restat, vale mi Domine, & amantem tui crebris foue colloquijs, quia nisi epistolaris concinnatio teneret terminum lege perscriptum, gaudia me in multa verba diffunderent.

BOETIO. 2.

PAr quidem fuerat vnis litteris magnitudinis tuæ respondisse simpliciter, nec geminare debere colloquia semel obnoxiũ, sed auctione ad hoc non † insicitia deuolutus sum: de vtrisque enim epistolis vna obsequitur debito, altera præstatur affectui. Credite, nefas putaui non cum fænore suo restituere, quod mens venerabilis prima contulerat. Dulciora sunt ante exemplum bona diligentiæ, nec tantum habet & virium aut genij, quia amicitiarum callem secundus ingreditur. summatim sibi gratiam non potest vindicare, cui in amore forma præstatur. imprudentiæ est non respondere caritati, cum manifestet res bene orta virtutem.

tutem. Hæc in festinatione perlatoris celer scripsi. Latius posthac verba diffundam, nec maciem ingenij mei, dum merita vestra respiciuntur, aspiciam, si tamen desiderijs meis tabellarum frequentiam commodetis. Domine mi salutationis vberrimæ seruitia dependens, quæso vt memoriam proximitatis vos habere resignent promulgata sine intermissione colloquia.

AVIENO. 37

DIu est quod [a] desideris vera cibus suspensus, solo literarum pascor officio. Dum enim magnitudinem vestram alloquor, votiuo meæ æstimo non deesse conspectui, sed remedijs suis animus ægrescit adflicti; & quod diligentiæ pabulum inuenitur, hoc magis macerat de amoris fruge ieiunum. Vere Domine, sic vos lumina mea Deus seruet incolumes, quia si aut vires corporis mei [b] sciuissent, aut festinatio Domini Rauennam totis intentionis meæ viribus expetissem: sed si Deus voluerit salua vita Domini mei, patris vestri, & dominæ matris, post Pascha cum adiutorio superno veniam, vt vobis visis ad spem vitæ reualescam. Domine mi salutationem vberrimam dicens, precor vt omnes Sanctos orare pro me instantissimè procuretis.

a. desideriis veracibus suspensus

b. f. siuissent.

SENARIO. 4.

QVamuis pro peccatis meis etiam litterarum veſtrarum ſolatia ſubducantur, ego tamen memor debiti, quo me per gratiam veſtram vt Dei memores obligaſtis, ſcribere non omitto, ſperans, Domine Senari, vt Deum, quem in me cogitaſti, ſemper attendas, & frequenter mihi literarum veſtrarum munus impertias. Domine mi ſaluto plurimum reuerentia conſueta, & imploro, vt per omnes Sanctorum Baſilicas pro afflictione mea Deum rogare non deſinas.

FAVSTO. 5.

QVamuis ad tutelam, Pontifices, innocentia officijs eius comes adſiſtat; nec opus ſit humanis ſolatijs ei, qui humanitatem profeſſione ſuperauit: ſcit tamen omnipotens Deus ſancti Epiſcopi portitoris præſentium iuſſioni exactum impendiſſe colloquium. diu enim reniſus ſum ne arrogans videretur ſi miniſter Antiſtitem, & apud ſanctiſſimam conſciẽtiam potiſſimum vix mediocris adſereret; ſed perfecta obedientia eſt, quidquid ſummus exiget, non negari. & ideo prælato debitæ ſalutationis obſequio precor, vt ad conſolationem multis impugnationibus prægrauatis ſubſidium confera-

conferatis, quatenus singularis boni rem facientes non patiamini immeritum sacerdotem diuturnæ subiacere mœstitiæ.

EIDEM. 6.

DEus, qui bonorum operum animo vestro inseruit affectum, ipse obsequentem sibi longa felicissimum ætate tueatur. quia quamuis innocentia, quam fouetis, indesinenter pro vobis ducat excubias; obligati tamen beneficijs vestris non possunt, quæ pro vobis Deo debent, vota comprimere: quia pro impensis gratias non referre & Deus in carne constitutus exhorruit. Vtinam tantum valerem pro rebus verborum tribuere, quantum sentio me debere. his tamen quod ad aliam mercedem vestram pertineat, suggerere non omitto, vt chartam, quam in causa Laurenti tabulari * commissis fecistis impletam mihi transmitti iubeatis, & pro illa cæca muliere, quam Martinus conductor de Modicia opprimit, comitis patrimonij literas tollatis, quibus iubeatur quod ei abstulit mancipium sine dilatione reformare: quia quod in præsenti in mandatis accepit facere, pro rustica temeritate contemnit.

*Comesis.v .c.

AVIENO. 7.

DIgresso de Mediolanensi vrbe communi Domino, sola in consolatione remanserunt solatia litterarum. quia dum sermo ad vos dirigitur aliqua præsentię vestrę, desiderijs meis imago blanditur, quod & à vobis dominis meis vt crebro faciatis exposco, cogitantes absentiam vestram hac sola posse assiduitate sustineri. habent felicissimi votiuam præsentiam; mihi dilecta mea cogitanti epistolaris cura sufficiet. Domine mi salutem vberrimam dicens, precor, vt per Sanctos Domini pro me preces fundere minime desistatis, & Domino gratias referre, cuius circa me beneficia etiam insperata tribuuntur.

LIBERIO, EVGENETI, Agapito, Senario, Albino. 8.

VBerioribus opus est paginis, vbi fides claudicat perlatoris, per amantem mei cultorem vestrum Stephanum diaconum, sufficit parca collocutio; qui transgrediens epistolas in multa verba diffusas * preces affluentibus necessaria, dum compendio fidelis arcani alliganda non supprimit. quod restat, valere me, Deo auspice, nuncians prosperitatis vestræ bona disquiro, & plenum reddo salutationis obsequium, deprecatus

* prefert. v. c.

vt

vt fiduciam meam incorrupta dignationis vestræ non denudet integritas.

AVITO. 9.

Sabini filium hac & sequente duplici epist commendat.

QVam sæpe alienа peccata nosingrauant, & quod à nobis non oritur iure nostro imputatur excessui: ex me didici fidem veterum non perire, dum per negotia nouella cana poëtarum reparatur annunciatio. De me dictum æstimo, *Decidet in felix alieno vulnere*; super expectandæ memoriæ viri Sabini filio exhibetur prætata concinnatio, qui hactenus ægritudinis tentus obstaculis, sine vitio suo constituta violauit. Fateor: Pene animum meum reum fecerat magnitudinis vestræ diues adsertio, & credebam culpam esse propriam, quam conscientia non habebat. Ecce, vt primum in bonam valetudinem reductus est, Mediolanum cum summa properatione commeauit. Cetera apud vos alleganda esse non credidi, quia, qui commendat magnis viris iustitiam, obliuionem videtur æquitatis opponere. Domine mi salutationis plenissimæ munus exhibeo, & quod supereſt, quæso, vt status circa me gratiæ vestræ, quamuis sit plenissimus, adhuc tamen recipere cogatur augmenta.

EI-

EIDEM. 10.

IMportunum me facit aliena neceſſitas, quia debeo pro deprecante ſermonem. Lex propoſiti, interceſſionis refutat auaritiam. Nam ad conſcientiæ meæ ſarcinam iungitur, ſi reſpuam ſupplicantem. Expectandæ memoriæ Sabini filius, ad diem conſtitutus ſententiam præſtolaturus occurret, ſed agellum ſuum vtilitatis conſideratione eſt coactus expetere. Quia & fideiuſſor & executor definita die defuerunt, abiurantem me de præfati negotio vltra vileſcere baiulus impulit, vt ad eum nuncius, quatenus rurſus occurreret deſtinaretur, quod me feciſſe ſignifico. Nunc ſalutationis meæ dicens obſequia, in poteſtate eſt culminis veſtri, in prædicta cauſa, quid iuſtitia quam fouetis, quid fiducia quam dediſtis, mereatur oſtendere.

EIDEM. 11.

SCio mea apud vos clamare ſilentia, nec quidquam fieri, quod non ſecreta interpretatione teneatur. Ego tamen à ſcriptione non deſtiti, nec ſublimis memoriæ viri Sabini filium fabricato ingenio à iudicatione ſubtraxi, qui violentias in agello ſuo perpeſſus, hactenus operam dicitur nauaſſe cum barbaris. Credite mihi aderit ſecurus * exanimi, & diſceptationem veſtram ſine aliqua formidine veniet ingreſſurus. Domine mi

* examini.

ne mi salutati reuerentiam dicens, precor vt personam meam tanti habeatis, insitæ dudum affectonis recordatioue fulcire.

FAVSTO. 12.

Simplicianum Romam contendentem commendat.

BEne prouidētia superna disponit, vt dum à me beneficia postulantur, sic sollicitudo mea votiuos inueniat perlatores. facessat negare alijs quod mihi tribuo, & illud auaritia sordēte continere, quod subleuat largientem: Simplicianus præsentium baiulus, adolescens nobilissimus natalem scientiæ sedem Romam conatus expetere, hoc sibi credidit pro singulari euenire compendio, si ad notitiam culminis vestri duce pagina perueniret; cui ego nequaquam volui cupita subtrahere, sciens consuetudinis vestræ esse, quod reliqui faciunt exorati. Nunc mi Domine seruitia salutationis accipientes, facite vt præfati peregrinationis dura non onerent, meque crebra scriptionis vestræ per hanc impetratam frequentiam, releuare munia non desistant.

LVMINOSO. 13.

NOn deberent esse negotiosa colloquia quæ pro remedio sibi amor inuenit: nec religionis stipendium ad necessaria nos oporteret euocare commercia; quia dulce esset epistо-

epistolarum munia soli militare concordiæ; nec rem diligentiæ in aucupia transferre compendij. Sed res ad hoc redijt, vt nisi senior caritas, quæ inter nos ab ipso vitæ limine sumpsit exordium, & per varias profectuum vires messem gratiæ perduxit * ad arcam, compulsa pro meis partibus stimulo scriptionis adsurgat, grandi ingratitudinis & detrimentorum sterilitate percutiar. Meminit amplitudo vestra, quæ de expensis, quę apud Rauennam Episcopus meus fecerat, me ei redhibitionem promittente, pro sedis Apostolicæ vtilitate, vobiscum fuerit collocutus. De qua restituenda celerem promiseratis effectum, sed pro peccatis meis nescio qui casus manus opposuit: de qua ad me prædicti Antistitis se conuertit intentio, vt vix inducias ad sacratissimam vrbem tribuerit destinandus. Nunc post Dominum in vobis causa est, qui potestis & personam meam offensione Pontificis, & detrimentis eripere, ne officium fidei mihi vni peperisse videatur aduersa. Domine mi salutationis munera persoluens, Dominum precor, vt animum vestrum ad vtilitatis meæ considerationem incunctanter inuitet; Ego quid amplius facerem inuenire non potui, nisi vt cum allegatione manifesta fidem mihi dirigerem per latorem.

* f. ad aream.

Inf. lib. 8. epist. 5.

MAR

MARCELLINO EPISCOPO. 14.

MAgnifici viri Domini Frefanionis filij * Stephanionis.
vestri facit dignatio, vt beatitudini vestræ legendus occuriam. Cuius beneficio itineris caritas detrimenta non patitur, & quod præsentia non valet, sermone compensat. his ergo seruitia Apostolatui vestro debita repræsentans, quæro vt me orationum suffragio subleuetis, quatenus insertus venerabili conscientiæ de omni merear dignationis vestræ fruge gratulari, quia fiduciæ meę coronam vestram non ambigo responsuram.

DOMINICAE. 15.

FEcit magnitudo vestra, quod & sanctis moribus suis debet & sanguini, vt propinquitatis memoriam silentij non patiatur torpore langueſcere. In quacunq; terrarum parte vicit affinitas; nec separantur regionibus * parentillæ catena sociati. Credite mihi dilectio sancta non deberet, nec vllum patitur per diuisionis itinerum natura dispendium. Nam generum vestrum tantum mihi noueritis caritatis impendere, quantum ad vicissitudinem nulla satisfactio existat idonea. Quod supereſt Domina mi accipientis debitæ salutationis affectum, dominum precor, vt in bono mutuæ felicitatis * f. parentelę.

videndi

videndi vos occasionem conferre dignetur, quatenus sub confabulatione votiua pia desideria subleuentur.

FAVSTO. 16.

POstquam desiderijs meis videndi vos facultas elapsa est, iterum ad litteras mens reuertitur. Cogitur abiuratum poscere paginale subsidium, & institutam melioribus cupidis animam quasi vilioris cibi alere, aut sustentare commercio. O quam graue est, quoties varijs necessitatibus obsequentem fugitiua libertas ad noua instituta trāsducit: quæ dura sunt continuatione franguntur. multum de grauitate * honoris vsus incidit; flebilis conditio ad optata quę non sunt māsura, perducit. Leuior sors est curis iugibus occupati. Hoc sum infelicior peccatorum fasce, quod de bonarum rerum sapore gustaui: sed hinc alias Deo relinquenda sunt, quæ humano remedium nesciunt habere consilio. Vobis iterum reuerentiam salutationis impendens, reditus mei facere indicia non omisi, cupiens pari scriptionis vestræ hilaritate releuari.

* oneris

EIDEM. 17.

IGnoratur bonorum sapor in prosperis, vix dignoscitur superni qualitas beneficij, dum tenetur; post migrationem cupita dulcescunt

cescunt. desiderij pretia in manibus constituta nescimus. Verè fateor quamdiu Rauenna vos habuit: sinistrum omen credidi cogitare quę patior, nec inter res secũdas quasi malignus propriæ felicitatis interpres, quæ per absentiam vestram euenire poterant, suspiraui. Non debui merita mea si ab homine non separarer, agnoscere, nec intelligere fugitiuum esse quod sectanti peccata blanditur. sed quid? epistolaris concinnatio castigatæ terminum dictionis excedit. Ferat his rebus medelam, cuius imperio vniuersa famulantur. Ego tamen, propter quod adtributæ sunt paginæ, valeo substantia corporali, & per hæc munia* subleuor ope, ac prosperitas vestra nunciatur expeto. Accipite ergo obsequia mea, & si quid inter hæc quæ mecum geri didicistis, euentus dexter adtulerit, sine dissimulationis obstaculo nunciate.

* sub Dei ope

EIDEM 18.

IN occasione rapui soluendæ humilitatis personam domestici perlatoris; desiderijs meis militabit, quod in aliorum negotiorum efficacia prouidistis. Fateor durum credidi vicinior litteras denegare, qui nunquam potui in longinquo constitutus abstinere colloquijs. Visus enim mihi sum Rauennatibus occupatus excubijs, magnitudinem vestram quadam mentis dextera conti-

contigisse. Idcirco ad leuamen desiderij scripta prorogaui, vt quod viuis subtrahebatur affatibus, lectione pensarem. Ergo honorem salutati exhibens, rogo vt me huiusmodi (quoties oportunitas ingesta fuerit) remedijs subleuetis, in quibus absentia vnicum habet diuina prouisione subsidium. Agnouistis, quæ sit curatio affectione languenti; vestrum est medelam ægris animis non negare.

EVGENITI. 19.

DIligentia est multiplicium causa paginarum: reuerētiæ vestræ debetur quod à scriptione non tempero: Festis gaudij non patitur vox defectum, quia statum valetudinis vestræ lætus excepi.

PARTHENIO. 20.

Ad studia, moresq; probos sororis filium hortatur.

DEo auspice dilectionis tuæ primordia conualescant: adsit desiderijs communibus per quem vires studia sortiuntur. Declarasti te scriptionis luce vrbem amicam liberalibus studijs iam tenere: præmisisti in foribus quod auara parentum vota superaret. Non sum dictionis tuæ rigidus æstimator, nec respuo tenuitatem præsentium, cui secutura blandiuntur. Quoties vomeribus terram scindimus, animus de

spe

spe venturæ frugis eleuatur. semper de herbis aristarũ diuitias amicus [a] nationis intelligit. Diligens rusticandi adhuc in cano flore pomorum, [b] populus iam meritur. Faceſſat aduersitas, & quidquid pariunt peccata discedat. Ductus mihi oratiunculæ tuę, etsi eloquentiæ nitore non subsistit Latiaris, tamen venæ sapore radiauit. fluxit sermo non absonus lectionis, tamen opibus ampliandus. Sed quid ego post tantum iudicem? cuius auribus operis tui concinnationem placere signasti, quasi post olores anser strepui illi [c] quicunque placuit. Examen securus ingreditur, facundia ab illo prędicata præualet, fauorẽ etiã ab inimicis exigere. Labora ergo, vt felix bene cœpta euẽtus extollat. honestorum te obsequijs indesinenter impende, eos qui consortio suo polluunt ([d] debens monitis nostris reuerentiam) velut veneni poculum fuge. Profectum tuum paginis scire cupido semper adnuncia. Quod superest, vale, & omnibus superni fauoris [e] iustus auxilijs familiæ tuæ de peritiæ messe respondę.

a. f. sationis

b. f. populos, pro pomis

c. f. cuicumq;

d. f. debetis

e. an, iussus

ARCHOTAMIAE.

De epistolarum vsu. Galliæ laudatio. 21.

QVamuis ius affectionis consanguinitatis lege constrictum regionum prolixitate non pereat, nec catena generis quæ animas nectet terrarum separatione diuidatur; attamen pabulum caritatis est, aut

contigisse. Idcirco ad leuamen desiderij scripta prorogaui, vt quod viuis subtrahebatur affatibus, lectione pensarem. Ergo honorem salutati exhibens, rogo vt me huiusmodi (quoties oportunitas ingesta fuerit) remedijs subleuetis, in quibus absentia vnicum habet diuina prouisione subsidium. Agnouistis, quæ sit curatio affectione languenti; vestrum est medelam ægris animis non negare.

EVGENITI. 19.

DIligentia est multiplicium causa paginarum: reuerētiæ vestræ debetur quod à scriptione non tempero: Festis gaudij non patitur vox defectum, quia statum valetudinis vestræ lætus excepi.

PARTHENIO. 20.

Ad studia, moresq; probos sororis filium hortatur.

DEo auspice dilectionis tuæ primordia conualescant: adsit desiderijs communibus per quem vires studia sortiuntur. Declarasti te scriptionis luce vrbem amicam liberalibus studijs iam tenere: præmisisti in foribus quod auara parentum vota superaret. Non sum dictionis tuæ rigidus æstimator, nec respuo tenuitatem præsentium, cui secutura blandiuntur. Quoties vomeribus terram scindimus, animus de spe

spe venturæ frugis eleuatur. semper de herbis aristarũ diuitias amicus [a] nationis intelligit. Diligens rusticandi adhuc in cano flore pomorum, [b] populus iam metitur. Facessat aduersitas, & quidquid pariunt peccata discedat. Ductus mihi oratiunculæ tuę, etsi eloquentiæ nitore non subsistit Latiaris, tamen venæ sapore radiauit. fluxit sermo non absonus lectionis, tamen opibus ampliandus. Sed quid ego post tantum iudicem? cuius auribus operis tui concinnationem placere signasti, quasi post olores anser strepui illi [c] quicunque placuit. Examen securus ingreditur, facundia ab illo prędicata præualet, fauorẽ etiã ab inimicis exigere. Labora ergo, vt felix bene cœpta euẽtus extollat. honestorum te obsequijs indesinenter impende, eos qui consortio suo polluunt ([d] debens monitis nostris reuerentiam) velut veneni poculum fuge. Profectum tuum paginis scire cupido semper adnuncia. Quod superest, vale, & omnibus superni fauoris [e] iustus auxilijs familiæ tuæ de peritiæ messe respondę.

a. f. lationis

b. f. populos, pro pomis

c. f. cuicumq;

d. f. debetis

e. an, iussus

ARCHOTAMIAE.

De epistolarum vsu. Galliæ laudatio. 21.

QVamuis ius affectionis consanguinitatis lege constrictum regionum prolixitate non pereat, nec catena generis quæ animas nectet terrarum separatione diuidatur; attamen pabulum caritatis est, aut

videre aut officio sermonis appellare, quem diligas. Nescirentur secreta mentium, nisi proditione linguarum. Hæc in vsu vocauit antiquitas, vt illa quæ pectoribus clausa sunt, non laterent. Ego Gallias (quæ totum me propter vos sibi vindicant) si oculis non inspicio, affectione non desero. Gratias tamen præsentium perlatori, qui necessitatis suæ occasione desiderijs meis præstitit, vt inter æstus animorum, quibus baiulus deerat, optatum præberet officium. Salutans ergo seruitio debito, precor, vt potior beneficij sui vicem recipiat, & qui in gaudio meo opitulatus est, suis votis restitutum per me credat effectum.

Gallię laus.

FAVSTO. 22.

SCit magnitudo vestra, quo me onerent præiudicio studiorum liberalium sectatores, tanquam rem sibi debitam commendationis meę scripta poscentes. In vsu est vos beneficia, me verba conferre, & magnitudine rerum desiderium vincere postulantis. Si ab his munijs temperem, saluo munerum vestrorum genio, ego votum beneuoli non habeo, perlator præsentium pertinax, testem apud vos natalium suorum pudore vulgabitur. Qui in astipulatione stemmatis vsurus est bono verecundiæ, per quem indicijs valetudinis meę pro vestro desiderio factis, precor, vt fiducię

suæ fructum capiat ex dignationis vestræ messe locupletem, & quoties votivus commeantum cursus accesserit, ad subleuandum me, quas in amoris solatio accipitis paginas, destinate.

EVPREPIAE. 23.

DEbentur quidem necessitati silentia, sed scripta diligentiæ; exigit metus abstinentiam tabellarum, sed interdum cedet affectui, vix aliquibus adquiescit obstaculis mens amantis: feruet ad redhibenda gratiæ stipendia potius cum vetatur. Ecce prælocutus quę me causa ab his munijs suspenderet, relinquo conscientię vestrę quæ faciat obsequentem. Dominum tamen precatus in bona mea valetudine Vellopicinum nostrum esse significo; hoc de vobis cupiens quæ à me sunt prorogata cognoscere. Nolo tamen curam vestram sequestrati pignoris fasce deprimatis. Credite conscientiæ meæ, plus illi per studium debeo, quam ipsa exhibere poteras per naturam. Vtinam ingenium illius beneficia superna meliorent. Verè dico, vobis ad longiora digredientibus vtriusque parentis sollicitudo me respicit, quam potuimus in vnum positi cum ambitione partiri. Domina mi salutationem plenissimam dicens, precor, vt tantum mihi caritatis, & orationis

ſuffragium concedatis, quantum me ad deſiderij veſtri effectum tendere comprobatis.

SENARIO. 24.

VBer conſcientiam veſtram pro ſuperna diſpenſatione viciſſitudo comitetur, reddat pro paruitate mea altiſſimus, quod agnoſcit à vobis, qui ſemper amantibus fideles extitiſtis, fuiſſe collatum. Certus portus eſt pectoris veſtri inueniſſe diligentiam. Eſtis hac conuerſatione præditi, vt amicorum ſpem beneficij collatione vincatis: ſecundam admonitionem deſidero, vt iniunctum iter arripiam, date felicem dexteram humilitati meæ, & proſpera mecum veſtra iuuidite. Domine mi ſalutationis obſequia præſentans, quæſo, vt ſi rerum Dominus apud Rauennam feliciter commorabitur, indicetis, quatenus ſine ambiguo præcepta veſtra perficiam.

GVDILEVO. 25.

SOlent quibus felicitas & potentia Deo ordinante conceditur, humiles conſolari officio literarum, & proſpera ſua paginarum promulgatione partiri. Ego multo tempore vt his ſubleuarer muniis exſpectaui, ſed ceſſantibus vobis neceſſarium credidi non tacere, vt quod amor non exigit, iuxta Euangelicam lectionem mereatur importunitas. Luc. 18. 7.

Domine

Domine mi salutationem plenissimam dicens, quæso vt me antiquum cultorem vestrum illo foueatis, quo olim promisistis, affectu, & prospera vestra paginarum me faciatis directione cognoscere.

B. ENNODII EPISTOLARVM Lib. VIII.

ENNODIVS FAVSTO. 1.

QVAMVIS sublimi viro & omni integritate prędito Sabino Romam properante, tutè paginarum officia commisissem, vt resignanda per literas fidelis relator adsereret; attamē sollicitudini meæ debui duplicibus magnitudinem vestram indicijs informare, vt perlator ex literis securus principium narrationis adsumat. Hæc scripto degustata * sufficiat. Ad illud reuertor propter quod epistolæ destinantur. Valere me corpore nuncio, Deo supplicans, vt statum animæ de vestra faciat prosperitate reparari.

* f. sufficiant?

EIDEM. 2.

NOn poteſt doloris magnitudinem eloqui oris infantia, qui mihi de illa re contigit, quod harum perlatoribus allegoriam deſtinatis à ſcriptione temperaſtis, quorum commeationem vos ignoraſſe non credidi, & præſentiam magnitudinis veſtrę à petitionis qualitate deprehendi. datur enim inueniri à diſpoſitis tractatorem. Me tamen vrunt epiſtolarum feriæ, quas ad leuamen mœroris mei etiam occupatiſsimi repuliſtis. Nunc ad vota redeo. Valete mi Domini, & cœleſtem circa vos gratiam multiplici reſignate colloquio. parum eſt enim actibus veſtris quietis tempore, de ea quæ in laboribus ſata eſt, innocentię meſſe gaudere.

DOMINO PAPAE. 3.

PEruigil Beatitudinis veſtrę cura, quaſi coram poſitum, in quocunque loci ſint obſequentes, adtendit. ſine vllis ferijs, dum gratiæ ſuffragium pręſtat, expertis inuitat extraneos. Etenim plures ex ſpectaculo fructu capiuntur laboris alieni. Quia diſcit operam nauare, in cuius oculis reddunturtur præmia ſudoris & fidei. atque vtinam par votis eſſet effectus, & quod didici pro religione cupere, daretur implere. Domine

mi

mi famulatus mei humilitatem exhibens, parca in maximis elocutione contentus, quid Dominus Episcopus frater vester super directa legatione senserit, patefaciendum præfati litteris derelinquo.

AVIENO. 4.

CVm semper sint litterarum inter amantes iocun la cõmercia, & ex his munijs, etiamsi Spartana adhibeatur breuitas, gaudia prolixa nascantur, sintque huiusmodi officia remedio ablentibus votiua sollicitis: attamen æger animus super eorum de quibus pendet prosperitate iactatur, & hac tantum curatione respirat, quam cum negat anxijs is qui nullo labascit incerto resignat, sed diligentia non teneri. Pauerunt diu animum meum à magnitudine vestra destinata colloquia, & hilaritati congrua pabula præstiterunt. Quorum nunc abstinentia non adfert tristitiam, sed cogit ad exitum. Potuit enim saluti opem tribuere, quod ante militauit affectui. abiurata est caritatis religio, quando profutura meæ valetudini verba denegantur. agnouistis quid fecerint silentia vestra, quibus emẽdatione succurrite. Nam apud vos si mei non dominatur obliuio scriptione mutantur. Domine mi salutẽ largissimam referens, Dominum deprecor, vt cæptibus meis superni dispositione fauoris occurrat, & in sola- Laconismus.

tio mœrorum meorum illa a vobis indicari faciat, quæ delectet agnosci.

ORMISDAE ET DIOCHORO. 5.

SCio conscientiam religiosam grande æstimare compendium, si præstandi nascatur occasio, his maximè quos deuotos extitisse meminerunt. Ergo quamuis prima Reuerentiæ vestræ causa sit scripta mittendi, & vtilitatis allegatio sit subijcienda diligentiæ; attamen anxius animus fæpe necessaria præponit affectui. retinet fraternitas vestra Dominum Papam de expensa, qua Episcopus meus apud Rauennam pro eius vtilitate me spondente fecerat, restitutionem fuisse pollicitum, sed vt vix ad vos dirigendi præstaret inducias, & de mea sibi satisfaciendum esse substantia protestatur: sed nunc quia grandis summa non est * quare poscitur, & summum est beneficium me ab ingratitudine, eiusque videtur iusta subtrahere ordinate, quod vobis retributio superna compensit. Domine mi salutem abundantissimam reddens, Dominum quæso, qui animis vestris quod me subleuare possit inspiret. Ego autem adfui partibus meis, qui cum contestationem mœroris per pagnas indicati direxi fidelissimum perlatorem, qui nobis perferenda sine imminutione suscipiat.

Sup. lib. 7. epist. 13.

* f. quæ repoſcitur

EAV-

FAVSTO ALBO. 6.

QVamuis magnitudo vestra per longum silentium obliuionem mei fuerit contestata, & dum ab epistolaribus munijs temperat, memoriam obsequentis abiecerit: attamen prouidentia cælestis desiderijs meis prospera vestra non patitur occultari, & varijs indicijs successum circa vos resignat optatum: nunc tamen animus meus vsque ad hoc deuinctione perductus est, vt proprium ad vos dirigerem perlatorem, qui viuis pastus aspectibus, bona ad me manifesta perducat. Credite, Domine, magna me vobis esse obligatione constrictum, nec vllas pectori meo ferias dari, quibus visionem vestram non plenam intentione disquiram: superest vt reducta in Ecclesia Romana concordia, occurrendi vobis contingat occasio. Domine mi salutationem reuerentię vestrę plenissimam dicens, deprecor, vt suggestionem portitoris hominis mei grato suscipiatis auditu; & de felicitate vestra, vel totius domus statu recurrenti nos instruatis alloquio.

* DOMINICAE. 7.

* Dominæ. v. c. & mox, Domnæ.

INter curas & molestias, quibus pro peccatorum fasce subijcior, elegi singulare

subsidium, vt ad vos Domnas meas litteras destinarem, quarum precibus omnia mihi secunda contingerent, & ad serena lætitiæ depositis angustiarum nubibus reformarer. Prima enim mœroris causa est, quod prospera vestra dum in longinquo degitis, vix datur agnosci, ex qua nascitur circa personam meam omnis aduersitas. Adest ergo supplici precibus vestris, vt per Sanctorum Domini suffragia ægro animo medela tribuatur. Domina mi seruitia salutationis impendens, deprecor, & per Dominum vos, quem colitis, obtestor, vt continuis me postulationibus, & lacry-
Matth. 11.12. mis, quibus *regnum cæleste vim patitur*, Domino commendetis; quia hoc munus speciale computo, & omnibus commodis antepono.

ADEODATO PRESBYTERO. 8.

CAelestis dispensatio religionis desiderijs nunquam negat effectum. Nam quod piè cupimus, maturo præstat studio. Desideranti enim mihi per litteras orationum vestrarum postulare suffragia, perlatorem domesticum vota pepererunt, vt stimulo scriptionis admoniti, pro suscepti anima supplicetis: quia doctor [a] Gentium clamat. *orate pro inuicem.* Nihil enim est [b] quoddam diligens etiam pro delinquentibus obtinere non possit. Laborate ergo promis-

a. Imo. Iacob. 5. v. 16.
b. quod Dominum.

sis

fis dudum patrocinijs, & gaudia mihi per lacrymas comparate: veniat ad me fructus innocentiæ meritis ignoratus. Hæc sunt de quibus secundum Dominum admonere præsumpsi. Timeo enim facere prolixa colloquia, quia res necessaria strictis est poltulanda sermonibus. Nunc in Christo valete mi Domine, & sentire me deprecationis vestræ munera prosperis indicate.

IOANNI. 9.

ERgo falso creditur amatorem reddi diligentiæ, & tacitis animas se interrogare colloquijs. Fidem mentium sensus adsereret, vt quod impendimus vicaria nobis relatione debeatur? [a] Vocem montium secreta restituunt, & in obsequio humanitatis muta fabulantur. sed magnitudinem tuam in contemptu me contigit silentium pro scriptione [b] reddere, & in astipulatione artificis genu temperando à paginis, pertinaciam garrulitas opprimere naturæ lege calcata. Facessat à moribus meis, sequi quod admissum doleo, & subleuare culpas euitando. Ecce iterum appello, linguæ ferias fouente, & in longioribus persequor, habens promissæ caritatis memoriam. Domine, vt supra, salutationē largissimam offerens, quæso vt debitum gratiæ vel nunc exigat importunitas, dū prouidetur, quatenus ardorē desiderij prolixis satietis alloquijs.

a. Echo vocis imago, Horat.

b. redhibere,

FIR-

FIRMINAE. 10.

QVoties votiua res repente contigerit, precium de ipsa tẽporis breuitate sortitur. Cælestis enim, vt crescat beneficij genus subitum facit esse quod tribuit, ne deuenustet sperantum prolixitas misericordiam largitoris. Quis enim affectum desiderij repente suscipiens non auidiùs impetrata veneretur? sic litteras magnitudinis vestræ fitiens, tempore profectionis accepi. Dolebam fateor, & vehementer angebar, dum nec obsequiorum meorum perlator existeret, nec sospitatis vestræ digressurus bona cognoscerem. Ecce vtrumque frons bona concessit, accepi pariter indicia optata quæ refero; & vno eodemque tempore regressum me de alpibus Gothijs, & Rauennate significo iter adrepturum, orate vt varijs laborum iactatos incommodis, patientiam supernæ benedictonis munus infundat. me autem quod ad custodiam gratiæ culminis vestri splendor hortatur, facilius credo cursum [a] fluminum in diuersa reuocari, & relictis fluentorum alimonijs æther vacuum [b] pisces expetere, quam tantorum me immemorem dilecta restituant. Quod superest valete mi Domina, & Redemptori nostro pro persona suscepti inessabiliter supplicate.

a. Prou. Sursum flumina.

b. Virg. 1. Ecl. Ante leuas ergo pascentur. &c.

IVLIA-

IVLIANO. 11.

PRæceptis magnitudinis vestræ ministerium deuotionis exsoluimus; quia fit æquitati proximus, qui iusti viri monitis obsecundat: negotiorum qualitas, quæ ab amico veritatis agnoscenda committitur, [a] cautionem instruit animum. Cognitoris integri affectionem [b] infundisset nobis magnitudinis vestræ consideratio, si studia non dedissent. In negotio igitur quod inter Bautonem regiæ domus conductorem, & Epiphanium Cartharium vertitur, dum anceps in disceptatione nostra euentus nutaret, & alterna se partes intentione colliderent, adserente Bautone, se sexaginta, & quatuor solidos publicos, quos de reliqua indictionis illius emisso Chirographo fuerat debere confessus; idcirco non posse restituere, quia per manus sublimis viri Proiecti, quadraginta solidos Epiphanio suffragij nominis contulisset; pro quibus nullum beneficium sequutum fuisse doceretur: & replicaret ipse Epiphanius, se, si quid accepisset, labore meruisse, nec frustra sibi à Bautone quidquam fuisse [c] collocatum, vel prolati testis fidem laudibus incessanter attolleret: statuimus, vt sub iureiurando nominatus superiùs vir nobilis Proiectus & sperati genus declararet beneficij, & effectum, si ita esset, adsereret

a. fort. cautiorē instruit animum
b. fort. infudisset.
c. f. collatum.

non

non secutum. quod cum fuisset impletum, Epiphanius acceptam pecuniæ refunderet quantitatem: Nunc in potestate est culminis vestri decisionem nostram, si placet, auctoritate fulcire.

FAVSTO. 12?

QVantum ad fascem memoris adiungit interrupta tribulatio, quando, vt acrius vrat aduersitas prosperorum mutatione blanditur, ad cuius vnquã * honos accessit, quod continuatæ sarcinam calamitatis abiecit. quam bene me ad patientiam absentiæ vestræ longus temporum vsus aptauerat. Dum hoc quod felicitas non habebat didicerant nec vota præsumere. ecce iterum de inueteratis doloribus passio nouella me lacerat, & obductam cicatricem rescindit ictus acutior. Imploraueram à discedente misericordiam, vt quod de præsenti confabulatione perdebam, litteris pensaretur; nec hanc frugem omnibus desiderijs ieiunus emerui. Ego consuetudinis meæ non negligens, inter lacrymas scripta concinno, quibus de afflictione mea credidi nil potius indicandum. illustris viri Domini Pamfroni relatione contentus. nunc mi Domine obsequia famuli vestri dignanter accipite,& animę in angustijs constitutæ remedia consueta præstate.

AVIE-

AVIENO. 13.

QVibus magnitudinem tuam discedentem precibus imploraui meritò retexerem, nisi memoriæ vestræ irrogare contumelias euitarem. Nam qui amantem de his quę recens sunt acta conuenerit, fugiendam bonis obliuionem importunus opponit; cum hoc sit peculiare coniunctis, vt sub quadam præscientia mutuo sibi cupita sufficiant, & ad substantiam caritatis efficaci dispensatione, quod votis poscendum est, effectu seniore concilient. cælestis dispensatio facienda suggerit, si quid amor optat, inquiras: his iungitur, quod æstuanti animæ, dum iter arriperes, multos in promissionibus subueniſti, dicendo, sustentandum me esse paginis qui propriæ lucis priuarer absentia. Ecce & pollicitatio fide claudicat, & spe irritatus ardesco. egit veniens de remedij præsumptione fiducia, vt difficilius dura tolerentur. Sed nunc, mi Domine, honorem salutationis accipiens, postquam apud vos, quod male est animo, declaraui, curatio properata succurrat, vt qui salutis vestræ stat, & est, vel gratiæ principalis expectatis referetur alloquijs.

AG-

AGNELLO. 14.

SEmper famulantes diligentiæ paginas nunc in proditione sui dolor exigit, & gaudiorum ministras in vocem referandæ traxit iniuriæ. Nec contenta fuco dissimulationis vrbanæ, secretum pectoris aut taciturnitate vestiuit, aut in partem aliam transtulit blandimento. Noui quidem fabricata sed fugio, & simplicitate contentus, cum amantibus serena animi fronte congredior. Vbi gentium fuit [a] sub obtestatione [de] inter nos promissa deuinctio, vt proficiscentes insalutatum me velut incognitum linqueretis, nec potestatem remanens, sortirer necessaria suggerendi? Credo prouidistis, vt imbecillus oculis totum vobiscum lumen amitteret, nec diem meum sub amici præsentia clausis orbibus intuerer. Hæc si per negligentiam contigerunt, æstimationi relinquetis, quem apud vos locum obtineam, ferenda sunt acerbius, si intelliguntur accessisse per studium. Nunc vale, mi Domine, & animo meo, quem in statione consistere suadet [b] innocentia origo, positum, ad potiorem gratiæ partē, quia vobis sinceritate patuit, inuitate.

a. sub testatione v. c.

b. fort. innocentiæ origo

SENARIO. 15.

QVamuis te dominum meum per intemerata documenta fidei, principalis sibi

sibi cura coniungat, & morum claritudo ita publicis rebus misceat, vt amabilis à te saporem quietis excludat: non credo tamen ita religionem amicitiæ posthaberi, vt non satisfaciens Deo adiuuante regnantis imperijs debita sua refundas affectui. Noltis quid poscat aula, quid gratia, & vno eodemque tempore nec rerum deestis Domino, nec amori? Quando Christianæ mentis integritas per has partes diuisa solidatur? His ergo sollicitudinem meam credo releuari, quibus venerabilis consuetudo seruatur studijs: tantum est vt Dei nostri solatijs magnitudo vestra adiuta gratuletur. Domine mi, salutationis obsequia præsentans, spero vt de vestro, vel amici vestri domini Fausti statu hilarem me fieri votiuo literarum contingat indicio.

FLORO, ET DECORATO. 16.

PErmisi hactenus magnitudinem vestram mobilitatem [a] Ligorum vrbanæ fuco disputationis incessere, quia & me origo reddebat alienum, & vos ab eorum culpis constantia promissa seiunxerat. sed cum vna sorte ab oculis vestris, & mente discessi, præconis voce contestor neminem damnare posse quod sequitur: nec saluo pudore sententiam excessibus dictare peccantem, fas est liberos à reatu vitia detestari. Quis æquo animo ferat monitorem, quod verbis destruit, actibus nõ vitare? Euangelij sententia est, *qui fecerit, & do-*

a Fort. Ligonum, aut Ligurum Virgil. *Vana Ligus*

Matth. 5. 19.

& docuerit sic, dignum Dei gratia posse iudicari. Vobis copiosus sermo est, quoties error arguitur, & sub conuersationis negligentia puritas amplectenda verborum. perdidistis lacrymarum mearum memoriam, quam discedentibus gemini doloris ictus effudit. Ecce quanti dies sunt, in quibus sub tanta frequentia commeantum, nulla neque domini mei amici vestri, neque vestra quæ de illo rem voti indicent, scripta suscipio. absolui-
b. f. Liguribus, aut Ligonibus
stis imitatione culpabilis, non quod [b] Ligoribus eueniret propositum, quantum vos dicitis infidelitatis amittere, sed quod eos contigerit inuenisse in his quæ sunt vitanda consortis. rogo tamen seruitio salutationis exhibito, vt tandem aliquando tanquam boni domini precum mearum memores, prosperitatē vestram, vel domini mei amatoris vestris referetis munijs literarum.

HILPIDIO DIAC. 17.

PErfecta caritas corporalis absentiæ damna non patitur, nec animorum serena coniunctio itinerum sequestratione minuitur: quorum animæ Christo in caritate sociante cōueniunt, nulla possunt separari interiectione terrarum. Hac ego spe vel securitate de conscientia vestra securus, amantē mei alloquor, tanquam in amplexibus constitutum. Foue, domine Hilpidi, quem Deo medio suscepisti: habeat suas mundus astu-

tias,

tias, & vrbanitatem fallendi prudentiam damnandus appellet. Tu illi dulcedini quam probaui nihil admiſceas, niſi quod gradibus ad perfectæ caritatis nos bona perducat. Domine, vt ſupra ſalutationem pleniſſimam reddens, quæſo, vt proſperitatem veſtram, vel eorum qui nos diligunt, frequentibus mihi indicetis alloquijs.

EVPREPIAE. 18.

QVam bene animum meũ ad patientiam ſe ſequeſtrationis abſentię veſtrę vſus aptauerat, dum prolixa ſilentia contemptum dulcedinis rerum ſuarũ neceſſitate pariebãt: reſciſſa eſt cicatrix quæ ad medicinam pij amoris acceſſerat. Confiteor, ſoror venerabilis, ad antiquum qui me deſiderium litteræ tuę nimis noto conditæ ſapore reuocarunt. Ecce vide [a] quam equum arte contendis, cui nec ſatietatẽ de præſentia tua, nec obliuionem de ſilentio pateris ſubuenire. Scit mentium diſcuſſor altiſſimus, lectione apicum tuorum animam meam inter penetralia ſua non potuiſſe conſiſtere, & ad præſentiam tuam diligentiæ euolaſſe melle compulſam. Habuit Arelatenſis habitatio, cum Mediolanenſibus muris includerer, & dum ad dulcem ſedem libertas mentis excurreret, intra Italiam me corporis captiuitas includebat: ô ſi ſuppeteret ſermonis abundantia ad ea quæ cupit animus exponendo,

a. qua mecum arte v. c.

aut illa ad quę lingua ſufficit non pudor eripere : [b] pauus amor eſt qui oris teſtimonio ſufficienter aperitur, confeſſio eſt tepidæ caritatis, quoties in ea non cedit eloquium. quod reſtat, Dominum precor vt valeas, & ad ſubleuandum mœrorem meum, quem ſcriptione tua nimis *Dædala arte* geminaſti, bono proſperitatis mutuæ [c] reſeruaris.

b. f. paruus, vel paucus

c. ref erueris

AVIENO. 19.

POmpam, quam in literis fugitis, obtinetis; nec aliud eſt loqui veſtrum, niſi declamationum inſignia cuſtodire. Hoc in vobis natura, hoc peritiæ mater indeficiens lectionis cura congeſſit, ſed miſerijs meis euenire nulla conſolatio poteſt; quando ante oculos ſunt locata quæ merui, & quantum prelatus indignior extiterit, tantum in aperto fiunt peccata ſuperati. Quid animum meum illuſtriſſime hominum conaris attollere? quid in vita, quæ plena mœroris eſt, reſeruare liceat tribulationibus meis pro bono diſpenſationis cæleſtis finem, vel cum vita conſtitui vobis: tamen inſufficientes refero gratias, qui illam circa me ſeruatis diligentiam, qua potiorem nec digniſſimis præſentarctis. Domine mi ſalutationis reuerentiam ſoluens, ſpero vt orare pro me minime deſiſtatis, & ad calamitatum ſolatia ferentia opem, ſcripta mittantur.

FLORO,

FLORO, ET DECORATO. 20.

COmpulsoris functus officio, ad redhibitionem promissionis suæ vix aduocatum coëgi, vt, quod aduocatis debebat, exsolueret. Genus duræ professionis vt à vobis dicenda præueniam, ad verecundiam clericus inclinaui. Quale sit, quo molliuntur obstinatissimi, & quid sibi velit.* geminæ causas iniuriæ iam tenetis. nam postquam agrestis innotui, præsumo dicere me parentem. Domine mi salutatis officium dicens, spero vt circa literarum munia frequentiam commodetis, in quo opere assiduitatem & amans exhibitet facundus.

ARCOIAMIAE. 21.

ITa supra claritatem generis morum luce profeciſtis, vt quos etiam vobis non necțet propinquitas, actuum vestrorum bona subijciant. Quis enim non perfectam reuerentiam sit paratus impendere animę in Domini cultura sublimi? quia peregrinum se facit à redemptoris gratia, qui Domino non * suspicit obsequentes. Indicium enim est * suscipit conuersationis præcipuæ, CHRISTI nostri amare cultores; proximus est emendatissimis, qui diligit iam probatos. testimonium dat bonorum sine dubitatione meritorum, si studeas laudibus prosequi sub debita

continuatione perfectos, fit sanctis proximus, qui in illis sine fuco prædicat sanctitatem. quæcunque diligentia hortante prætuleris dispendium pudoris est ne sequaris, quis salua verecundia per spinosa gradiens purgatum iter attollat? & viam salutis aspiciens calles eligat noxiorum? professio cæcitatis est bona ante oculos in exemplum locata respuere, & vnde imitatione proficias, non tenere. Hæc mea Domina de te non incertis fama nunciauit indicijs, non
Vulgi fama. loquax vulgus per ignara iudicij ora lactauit; cui mos est, de humanis actibus dum scintillas in rogos animat amplificatas fidelium flammas extinguere. Hoc nostrorum relatione propinquorum, præcipuè tamen domina & sorore Euprepia referente, percrebuit, non solum vos dignas esse præconijs, sed instituisse celebrandum, & venerabili filio cum prosapiæ radijs facem conuersationis ingerere. Habet quan-
Lerinēsis inſ. tum comperi Lyrinensis habitator quod de sancta matre discat, etiam quæ vibana domicilia non reliquit. Si mihi credit pietas tua, plus est in acie vicisse sæculum, quam vitasse: resignat timorem fuga certaminis, nec spes est vlla virtutis, quando ante congressionem declinatur aduersarius; cōscientia roboris paucis adquiescit ad latebram, hoc est secretum eligere, quod ostendisse formidinem. Hæc ego non Domino meo, & familiæ nostræ iubar presbyterum arguens

scri-

scribo, cui nec ibi credo impugnationes deesse quas superet, in quo loci visus est declinasse conflictum. Tunc enim vniuersa sæculi blandimenta calcauit, quando ætatis, opum, natalium, profectionem eius retinere catena non valuit, sed vobis quantum sexus infirmior, tantum debetur potissima de palmæ adeptione laudatio. Prope est vt etiã illius tu sis tutela propositi, quæ mala viduitatis, & orbitatis patiens, de venerabilis filij meritis solatij tui occasione pateris nil perire. Ecce vbi fœmina fragilitatis oblita, castelli vice, & virum, & iuuenem ab hostili impugnatione subducit. Huius facti dux glorioſa perdures, & vsque ad illud in sæculo perseueres quo illum, si ita res poposcerit, iam maturum mundi istius campus accipiat. Vellem, confiteor, si epistolaris pateretur concinnatio, in longum verba producere, & de actuum vestrorum ornamentis pauca subloquendi vbertate narrare: sed hæc ad alios scribenda reseruentur. Sufficit vos scire, quia quãuis à me nunquã * se visa, cognosceris, & adorandis inserta monumentis radice animi iam teneris. Scriptum est, meministi, *laudent te proximi tui*, vere sola mihi velim causa existeret Gallias expetendi, vt cum Domino meo presbytero vtrique osculantes manus, & oculos tuos beatam te in quauis adflictione temporis redderemus. Domina mi propter quod mittuntur epistolę corpore me valere significã-

* fort. sis visa

prosperitatis vestræ statum requiro, deprecans & per Dominum coniurans, ne vnquam mihi orationum vestrarum adiumenta denegetis.

AGNELLO. 22.

DEo gratias qui circa magnitudinẽ vestrã licet protulerit cupita, non repulit: etenim ne fides claudicet supplicãtis desideria differũtur, quia deuenustat sequuturæ hilaritatis geniũ velox impetratio: & vos quidem honores meruisse, non optasse manifestum est; sed præcedens concinnatio eloquitur vota diligentum. Nouit omnipotens & generis vestri luce permotus, & gratiæ quam polliciti estis inuitatus fiducia, præcessi in prosperis vestris quidquid vos disciplina aut ratione cohibetis, sufficiãt in foribus stricta colloquia, respondente de prosperitate vestra sollicito, quamuis de amore non dubito. Domine mi salutationis plenissimæ obsequia dependens, literarum portitorem commendo, quia mihi fide & honestate compertus est, volens vniuersis quid dignationis vestræ habeam non taceri, vt sperantes de communis gratiæ messe pascantur.

EIDEM. 23.

SOlet prosperorum indicia dispergere sermonis iocundã festiuitas, dum quidquid boni

boni facundis accesserit, germana gaudiorum per populos voce discurrit: facilius est ignem in pyras animatum lingua comprimere, quam silentium inter optata seruare. humanitatis lex est & naturæ imperiũ hilaritatem mentis opibus scriptionis effluere. Emanant enim vel si arcentur fœcunda conclauibus, sed in magnitudine vestra: sicut ætas cana est pudoris & scientiæ dote, maturis censita lætitiam frænis moderationis adstringetis. sed nunquid in damnum gratiæ disciplina debet excurrere? & hoc minui amicorum diligentiæ quod ad morum ornamenta sociatur, quãuis * monitam Latiaris eloquentiæ teneas, non potest tamen inuenire quemadmodum iure factum adseras, quod exspectanti mihi verba non tribuis. Decet ergo beneficia, superna sola amantibus opinione nunciari, & de solida gratulatione trepidare gaudijs iam potitum: ac ego necessitate puerum direxi, qui non reposcat scripta, sed exigat. Nostis quæ sit fiducia simpliciter amantum, eorum præcipuè quorum spem retinetis gratiæ promissione firmatam. Domine mi salutationem plenissimam dicens, quæso vt frequentes, & non in arctum coactas epistolas destinetis. Videte animi mei securitatem; prolixas posco paginas, qui adhuc nullas accepi.

AVIENO. 24.

SI vobis de paruitate mea fuisset vlla curatio tanti temporis, silentiũ non maneret, & maximè cum inæqualitas dominæ meæ, matris vestræ, per varios rumores sine remedio affligat absentem. Scio enim hoc solo sanctam fœminam fasce prægrauari, quia immodicam pietatem exhibet non merenti. Sed quid produco verba catenis obligata tristitiæ? si bonam valetudinem eius cælestis fauore fudit, properatò literis nunciate. Expecto enim vt tunc mecum prospera concilientur, quando cum illa esse comperero. didicistis causam mœroris, indifferenter post Dominum date remedij. Domine mi salutationis obsequia præsentans, Domino pro me supplice vestro obsequia digna porrigite.

EIDEM. 25.

SI iudex vilium personarum laboret iniurijs, nescio vtrum possit ab hoc onere alios subleuare, cui ipse succumbet. grauibus medica manus est adhibenda vulneribus, ne impunitate morbus adolescat. sublimis vir Vigarius hæc à me quamuis pro iustitiæ consideratione deberentur, tamen extorsit alloquia; quid pertulerit ipse manifestet. Vnum scio, quia nisi succurretis, generale futurum est malum, cui ipse est disciplinæ tutor expositus. Hoc non est alienum

num à Christianitate cum defero, quia impium est rerum ordinem sub hac promixtione confundi. Domine mi salutationis honore prælato, vos vocem supplicis gratanter accipite; vt qui tanti fascem laboris arripuit, conualescat effectu.

B. ENNODII EPISTOLARVM Lib. IX.

ENNODIVS SIMPLICIO. 1.

DIVINI fauoris adiumento adolescentiæ tuæ rudimenta solidentur. Ipse det successum frugibus, qui contulit ornamenta principijs; vt quod in cano flore præmisisti, id pomorũ maturitate non subtrahas. Est propositi nostri prima curatio, vt de incipientis laude solliciti ad Deum vota mittamus, quatenus quod in bonæ indolis eruditione præsumptum est, de superna ope matureſcat. Ille ingenij segetem perducat ad horrea, qui altricem hominum herbam exegit è cespite. Ipse de terreno lacte expressam in triticum formet effigiem, cuius imbre soli facies maritata fœcundatur. Tibi autem, erudite puer, habeo gratias, quod quamuis dicendi splendore nituisses, &

& in illa vrbe literarum scientia adstipulante lauderis, mei quoque desideras adiumenta præconij. accessit tibi fructus diligentiæ meæ, & si nulla tribuuntur rusticantis ornamenta testimonij. libens dicta tua cum facundissimis prędico, cum quibus sententiam meam, vt bonorum diteſcam societate, coniungo. Proximum est vt non diuidantur meritis, qui in qualibet iudicatione consentiunt. vnus est (nec enim procul euagatur ab arce sublimium) qui ad hoc quod illi pronunciant, non dispari admiratione concordat. Ad epistolæ tuæ tamen dictionisque mella me refero, cui sic est blanda de præsenti, & tenera ætate præfatio, vt non subtrahatur virtus, & genius, defutura constitit contumacibus Latiaris elocutio, dum per alueum suum Romanæ eloquentiæ vnda prælabitur: ad quæ se porrigat, vix comprehendit æstimatio, qui maximus appareſcit in foribus. In matutina luce meridiano fulgore rutilasti; tueatur circa te cælestis gratia munus suum, & vt frequentibus amantem epistolarum colas munijs Salus nostra Christus inspiret,

MAXIMO. 2.

DVm prælatorum famuli autumni dote complerent, & teneras vuarum tunicas properata calce difrumperent, ego ad summatem virum parentem, fratremque meum

& ocu-

& oculos & verba reuocaui. Iustum esse conijciens dum vineta vberem tribuunt liquorem, me sobriam alloqui cum iocunda hilaritate personam. * Soluet ergo Pythagoricá taciturnitatem, & mecum peritiæ, & facundiæ tuæ bona partire; sit inter nos felicium vindemiarum vice colloquium, currant dulcia musta sermonum. Habes quæ cum diacono sanctissime de institutis morum nota dicendi vbertate communices. Nam qui Ecclesiastica, vt vos, probitate subsistunt, silentij apud illos iusta vitatio est. Scribite qua aurea castitas districtione teneatur, per quem callem obscena fugiatur auaritia, quibus modis turpis fallendi declinetur obscuritas. In summa sine dissimulatione docete quæ geritis. Illud præcipue scire cupidum dignanter instruite, qua sponsæ vel blandimenta sæculi religionis districtione respuantur. Domine vt supra salutationis munera præsentans, precor, vt gratanter accipias, quod inter curarum moles exigit fieri iocorum non respuenda subreptio.

* fort. Solue

EIDEM. 3.

VBi fides splendentis periclitata conscientiæ, quam & in annis puerilibus cana reuerentia non relinquit. Quam per æui præiudiciũ obseruantia honestatis irradiat, quę in tempore iuuentutis actibus matureſcens, infantiam ingressa prælabitur. Nunquid æquum fuit, amantis paginis tantum

tum mandata restitui? aut par fides est libera scriptionis & famuli? nunquid dignum probatis moribus censuistis, prouocantem ad officia religiosa non subsequi? vel nefas putastis epistolas reddere, quas vobis inter excessus contigit non cepisse? Hæc igitur est tua disciplina, non talem te probitas olim manifestata disseminat· ego tamen loquacitate, qua notus sum, indurata, nitor mutare silentia. Nunquid tibi impar est lingua natalibus, aut non testimonium generis adnuncias flore sermonis? nunquid ostium loquendi deserit pectoris secunda dictatio? Nihil nisi malitiam designat, qui cum possit desideranti verba non tribuit. Ecce inter ructationes Lyęo debitas, qualia *Silenus alter* verba compono, scribendum sciatis nomen vestrum ad genij mei purpuram, & libellis proprijs inserendum; vt etiamsi nihil tribues de responso, ego tamen arcem teneam, quod ad doctos viros dirigo sine trepidatione aliqua quod legatur. Domine mi accipe nostræ salutationis obsequia, reddens debita literarum.

MAXIMO. 4.

FIdelius à sublimitate tua vocem suscipiunt, aut interrupta montium, aut secreta siluarum. præbent hominibus naturæ institutione & muta responsum. Redit ad mortales vicissitudo clamosæ solitudinis.

dinis. Non perit quod linguæ acciperent vel lustra beneficium. Quare istud in magnitudine tua laudis est. Philosophiæ genus est nihil dicere, & silentij tenere inter declamantium incerta cautionem: homo quem nec infœcundum natura protulit, nec infabricatum doctrina dereliquit; sed credo me dedignaris affatu, * opicis nolens, preciosa dare verba iudicio. quid, quod signum est diuitis eloquentia viri, nec indoctis sermonum cupita subtrahere: mendicus fluminum cursus est, qui tantum nobilissimorum satiare putatur ardorem. Vbertas imbrium & nihil paritura saxa perfundit. Liquidæ rationis ordo est vt paupertatem resignet, qui damna formidat. quidquid non procurrit exile est. de volucribus tamen munus singulare destinaui, quod cepit accipiter. Nam progressi ad Bromium & Bacchi orgia inter aues bella commisimus. profuit quæstui nostro certamen sociale pennarum: memento quod solam anatem direximus, scientes quia *numero Deus impare gaudet*: dona nostra institutio est. sume si diligis pro dogmate quod iocamur. fac meam frugiferam esse lætitiam. Si tibi perpetuæ diligentiam castitatis indixerit, laborabit in laudibus tuis lingua, quæ modo exercetur in monitis. Vale Domine, & amanti vt doctus, si mereor, sequestratâ dissimulatione responde.

* fort. operis

Virg. Ecl. VIII.

EI-

EIDEM. 5.

PRoducit magnitudo tua nuptiarum festa temporibus, dum rem ad quam coactus es sub diuturnitate prosequeris. subitò necessitas tua facta est desiderium. aliquis negotio illi perenniter incumbat, ad quod descendit; inuitus sic recessisti à custoditæ beatitudinis diligentia. quasi prolixis temporibus didicisses, qualiter institueretur vxorius. triginta feliciter dies abierunt, & te ciuitati adhuc meis oculis longa me macerans exspectatione subducis. verè quidquid vis facias, si vixero, qui tibi dicenda texui, non taccbo. tamen honore salutationis accepto, gustum de guttulis vt fratrem decet à fratre directa suscipite. Erubesce tu, quia nec ægrum requiris, nec de nuptialibus delicijs, quæ possent fastidium releuare, transmittis.

STEPHANO. 6.

EXigit à me filij communis Marcelli adhortatio, quem natura vobis, mihi dedit affectus, vt ad scriptionis munia prævius adspirarem, & solatium literarum per quod vetustas voluit absentiæ nil licere, amore victus impenderem. Iam debes mihi duplicem gratiam, etsi responsa restitueris, ob hoc quod primus incœpi. Ille dilectionis ianuam pandit, qui in colloquijs præstat exem-

exemplum, propositam custodiunt formulã, qui scripta restituunt. Ergo auctore Deo nunciam prosperitatis nostræ epistolam destinamus. Illud ad gaudium vestrum quod vberius paterna mens exultet adiungimus, filium vestrum in studijs liberalibus ingenuitatis testimonium iam tenere, & talem se in hac cura præstare, vt auara suorum vota transcendat. spes perfectionis est, honesta in adolescente inchoatio. Nec ab erudito distat, qui inter exordia boni gloriam occupat instituti. Salutans ergo affectione qua debeo, spero, vt reparata opportunitate, de bono me faciat vestræ prosperitatis attolli.

SYMMACHO 7.
missa per ipsum Vrsum.

LEx desiderijs scripta vix creditur impatiens rigidioris præcepti diligentia, non iugiter dignum facit reprehensione quod libera est. Redditur sæpe amabilior de reatu, cum per effrenationem sortitur genium plus placendi. Nam delictum suum quodam ipsius præsumptionis melle commendat. Ego à præfatione me tueor, quia ad epistolas primus aspiro. restat in potestate celsitudinis vestræ si sustinere eligetis garrulum, non tacere, & de originario Symmachiani fontis lacte me pascere. Vale in CHRISTO nostro Romanę gẽtis nobilitas, & me iam vt cliẽtẽ & famulũ, pro morũ, & naturæ luce dignare.

AGNELLO. 8.

PRo voto meo produxistis epistolam, dum res nulla fuscatas nube purgatis, felicissima defensionis sorte adsumus innocentiæ, & dextro semper [a] homine per se splendentibus vsuram vocis impendimus. facile eius lucem qui nitet affirmas. Nec deest sermo qui commodetur absolutis. sic de caballo promisso processistis affatibus, quasi vobis aliquando obscœna mentiendi fuisset affectio. Verè per animam meam facilius sacros crederem labi in hanc foueam posse Pontifices. vitia maturos nesciunt, nisi quos primæuos imbuerint. Inficiatio in hominibus noua non germinat. quidquid in moribus nostris est, & sequitur, & præcessit. Proinde valete, ostrum Latiaris eloquij, & mihi vicissitudinem amando restituite; illud prouidentes, vt pro compensatione tarditatis, dignus mihi munere vestro, [b] equus succurrat.

a. f. omine

b. equo, v.c.

PROBO. 9.

ELigo iacturam pudoris, ne subeam dedecus non amantis, sciens facilius sarciri posse frontis damna, quàm fidei. Indoctum esse infelicitatis est; virtutes familiæ vestræ odisse, res criminis. potuimus disciplinis liberalibus defuisse, non delinquentes nulli

nulli sufficit, vnde mores excussit; ego in amplitudine vestra, tot coaceruata epistolari sermone bona non venerer? ego non illud generis lumen amplificatum studijs & probitate suspiciam? videtur mihi non longe ab honestate descisscere, qui colet emendatus, dum creditur quicunque sectari posse quod diligit: proinde vale per gratiam Dei, & studium meum approbans amantem tui amplifica munijs literarum.

ADEODATO PRESBYTERO. 10.

VOto meo obsequitur, quæ ministra ad vos scriptionis existit occasio. Nam & præsentiæ vice blanditur alloquium, & promittit sibi de paginarum promulgatione quod exibit: quia emendatissimi homines, sicut derogari virtutibus suis æstimant, aliquos in diligentiæ testimonio præuios extitisse, ita ignominiam reputant, exempla nec legere. vixit inter sanctos viros ista communio, vt per intimi hominis prouidentiam nil noceret terrena sequestratio. par est Domine, vt & votum meum sequaris & formam. ergo salutans principe loco vt mei memor sis, deprecor, vt quod mihi per negligentiam meam subtrahitur, diuinæ gratiæ per vos suffragio conferatur. Indico ergo non mentiens, nocte tertia à profectione mea, ingratam mihi sanctam Dominam meam Cynegiam apparuisse in ipso lucis

exordio,& multum ab ea me destineris properatione culpatum, quare etiam nullis versibus sepulcrum eius esset honoratum. Hæc quidem ego non ad imaginem Propheticæ veritatis accepi, nec nocturnis forte illusionibus operis mei sudore litaui; sed quia facile suadetur amantibus, debitum opus non laborauit exigere qui monebat. salua est Domine reuerentia,versus quos direxi, per diē iudicij te coniuro, vt in pariete supra ad pedes scribi mox facias: gratum noueris & filio tuo futurum. Vult enim merita illius multorum ore celebrari,sed in eo modo quo illos hic a inuenit. dominam meam Stephaniam, & dominam Sabianam, sed & dominam Fadillam pro me saluta.si scripti fuerint, mox rescribe. Domino Papæ dignare dicere,vt aliquid per b Secundiaci.* Hoscorum de mea causa ordinet. Quantum in festinatione veredarij potui, scripsi: Dominum & fratrem Hormisdam satis pro me saluta, cui dicite, vt clauem illam mittat.

a. inuenis

b. Secundiaci- di v. c.

BEATO. 11.

NON ego epistolam meam intra breues terminos, Spartanæ memor concinnationis, includo, nec formam tuam studio coacti sermonis irrideo. abest à me loqui pauca, cum modicis vrbanorum est exiguis producta subtrahere, & sine aliqua neces-

necessitate paginas quales poscit hominum mensura formare. quod in me de his quæ præfatus sum subtile putaueris, festinatio nõ semper amica artis, & casus exhibuit. magnũ mihi est, si dederunt fortuita quod mireris. ergo causam scriptionis insinuo, quam tibi prælata salutatione commendo. Digresso mihi vrbe procul dominæ meæ Cynegiæ occurrit admonitio, quare sepulcrum eius non honorassem, laude ducti in carmen eloquij, quod quamuis reuerentia viri ipsius facerem tractaui: quia quod radiat luce meritorum, styli vbertate celebrandum est. Nam nec Deus officium respuit imperiti, & contentus ipse quod tribuit, à rusticantibus verborum diademata non requirit. His ergo versibus scribendum Epitaphium destinaui. De quo quid sentiatur (sic pater tuus viuat, & Roma te quantum ad illa quæ in ipsa reprehenduntur, non suum faciat) vt simpliciter, & purè indices, nec auribus meis aut sensui fuco mentitæ gratiæ blandiaris; non erubescas, & etiam aliquibus præcipuè tamen dominæ, & meritò dominæ Barbaræ paginã meam recensere, quia tecum locatur. opto tamen vt tantum tabella mea, quantum spes tua, sapiat, quæ in cano flore & mea & parentum suorum quamuis sint auara, vota transgreditur. Dominum *Cythegum, & dominam Blesillam sororem eius pro me saluta, fidelem Marcellum, Georgium, Solatium, Simplicianum, pro me saluta: quibus

Infra in poëmat.

* f. Cethegũ inf. lib. XII, epist. VII.

dic, si vobis cordi est disciplina dominæ Barbaræ, dominum vel patres, aut fratres eius frequentate, quia est casta, luxuque carens; qui aliud fecerit, ad me non sperat se esse rediturum.

FAVSTO.

Parthenium iterum commendat. 12.

SOlida est spes adolescentium, quam magnorum cultura prosequitur. si cessat curatio, vbertas tritici transit in lolium. Parthenium sororis meæ filium, diu circa diligentiam literarum, quantum patris ipsius reserauit allegatio, culminis vestri metus attraxerat: sed nunc per absentiam vestram venerandæ solutus lege formidinis, molitur obscœna, ætas illa peccatis amicitior, multos repperit ad errata ductores. implorat fidem propositi mei pater, & incolumẽ filium loco deflet extincti. sic faciunt, quibus de profectu suorum fiducia nulla responderit. nihil mihi residuum fuit, quod remedij loco precibus victus ingererem, nisi vt eminentiæ vestræ conscientiam de excessibus antedicti iuuenis festinus instruerem. vos medicam manum, vos opem præstate consuetam, ne vitiorum profectus, vniuersa in eo, quæ boni aliquid potuerunt ferre, succidat; commendate amicis quæ agentur, insinuate doctori, & quidquid potest subuenire concedite: quia hæc sunt quæ præfatis salutationi obse-

obſequijs, conſanguineo poſſim profeſſionis meæ memori ſine diſſimulatione præſtare.

PARTHENIO. 13.

PAr quidem fuerat ſilentio degeneri vicem taciturnitatis opponi, vt per ipſum callem, vindictam per quem venerat error, exiret. Nunquid æquum eſt, vt in exceſſibus tuis vox quid deliqueris & non mutus dolor oſtendat? Crede mihi manifeſtatæ indignationi vicina curatio eſt. te per longum ferire debuit incluſa commotio; ſi tamen non ex toto ab humanitate diſceſsiſti. Quid deliqueram, poſtquam primoribus literis veniam fabricata humilitate popoſceras? hęc eſt correctionis fida promiſsio, vt poſtquam delinifica oratione conceptã iram extorſeris, * erobis caſte minora peccaſſe: quantum video poſt conteſtatam verecundiam ſolas errorum vitas anguſtias. nefas æſtimas circa parentem, & nutritorem tuum. non tantum extollis ſupercilium, quanta debuiſti pro tot beneficijs communione te ſummitti, aut forte putas quod me puerilis ira ſollicitet, aut vlla neceſsitas maturum expugnare poſsit affectum. nunquid genitori natorum non grata ſunt verbera, aut creatores reptantium paruulorum non exmulcentur iniurijs. nihil amarum putant, quibus inter deſideria quod votis pro parte aduerſetur efferbuit. Inuenimus inter triticeas ſegetes, ſpinas, &

* f. erubeſcas te

lolium, & dum frugiferam herbam carpimus, infœcunda ſuggeruntur. nunquid ideo culturæ reſpuenda diligentia eſt, aut ceſſandum eſt à vomeribus, ſi non in toto ſatisfecerit terra cultori? Deum precor, vt à te quod deteſtor excludat, ego tamen nũquam ſi credis deſeram monitoris officium. Audiui te patris tui relatione circa ſtudia iam remiſſũ, & quaſi arcem ſcientiæ adeptus ſis, ita nullatenus eſſe de lectionis inſtructione ſollicitũ. Nolti fili, iſtius rei ſummam niſi aſſiduitate nimia non teneri. Non profuit in hoc opere laboraſſe aliquando hominem, qui à laboris intentione deſtiterit. pernicibus alis negligentes fugit ſcientia, & quicquid mora, & ſudore partum eſt ſub celeritate transfertur. Te ſalutatũ & vigilem volo, vt profectus tui meſſem quotidianæ catenis lectionis adſtringas, ad me vel nunc ſi quid te deceat cogitas reſcribe: quia ſi credis, nunquam ſimilem dictionum tuarum inuenies in qualibet orbis parte fautorem.

BOETHIO. 14.

Boethium vt Ariſtotelis & Ciceronis in Topicis interpretem atq; æmulum, laudat. Domum ab eo Mediolanenſem poſtulat.

OPtimæ ſpei plenus, cui fauſtum cupio, ad curam officio epiſtolaris aſpiro. dicit enim veſtris faſcibus hac prefatione delibari, & inter purpuras poſſeſſoris luce creſcentis

scentis qualicunq; non abstinere colloquio. nunquid solius doctrinę beneficijs amor agnoscitur? nec fas esse credendum est prodire in medium desideria rusticantis: simpliciùs innotescunt vota nullo peritiæ velata præstigio. Ergo nos hoc sumus ore, quod pectore, non amara præcordiorum delinificis possumus mutare sermonibus. Pudens laudator est, cui in concinnatione blandimenti dicenda mens suggerit. Deo ergo omnipotenti gratias, qui in vobis dum vetera familiæ vestrę bona custodit, noua multiplicat; & quod plus est, apice dignitatis dignos facit esse culminibus. Redditur quidem vestræ gloria ista origini, sed quod est clariùs, meritò impetrante personæ fuerit in more veteribus Curulium celsitudinem campi sudore mercari, & contemptu lucis honorum sole fulgere; sed aliud genus virtutis quæritur, postquam prędium facta est Roma victorum. noster cãdidatus post manifestam decertationẽ, debitũ triumphum, dum nunquã viderit bella, sortitur. iudicio exigit laureas, & congredi non necessarium duxit armatis; inter Ciceronis gladios, & & Demosthenis enituit, & vtriusque propositi acumina, quasi natus in ipsa artium pace, collegit. Nemo dissonantiam Atticæ perfectionis metuat & Romanæ, nec præcipua Gentium bona in societatem dubitet conuenire. vnus es qui vtrumq; complecteris, & quidquid viritim distributum poterat satis

esse, auidus maximarum rerum possessor includis. Eloquentiam veterum, dum imitaris, exsuperas; dicendi formam doctissimis tribues dum requiris. Est apud me epistolæ vestræ, quæ huius rei fidem faciat, veneranda compositio. vtinam quæ à vobis diriguntur, tam essent crebra quam suauia. Dicatis forsitan, par fuit propinquam laudare in commune augmentum laborantem. quia non est proprium quod quasi singulariter videtur palmata conferre. venit ad me equidem portio de curuli, sed si mihi creditis, plus erigor de genio & studijs sublimati. interdum accesserunt ista de casibus, soli contigerunt illa virtuti. prope inops ad Scipionem adducitur suffragij Consularis, qui tantum de parentibus gloriatur; tibi vtrunque in peculio est, Latiaris scientia, & vena purpurarum. ô si mihi non styli epistolaris consideratio in longum equidem producta manus opponeret, quod alij relatione dictant, ego crudum etsi confusis ordinibus explicarem. redeo ad tabellarum fidem, valere me nuncio, & vtrum valeatis imploro, ad summam beneficij postulans, vt dignatio me reciproci sermonis attollat: hoc quoque deprecans, vt domum quam in Mediolanensi ciuitate, & abundantia vestra, & neglectus propemodum iam reliquit, mihi quo vultis genere concedatis. Iustum est enim vt parentes vestri habeant quod de patrimonij mole descendit. Credite mihi Deo teste, quia si impetrare sine de-

ne detrimento census vestri meruero, quasi dono obligatus obsequijs potioribus respondebo. de qua parte sic vobis feliciter vniuersa contingant. si securus esse debeo, plenarij mihi documēti dirigite firmitatem.

AVIENO. 15.

PAr erat [a] M. V. ingenij sui opulentiam dum sancti patris instituta sectatur depromere, & multo acquisitā sudore doctrinam pro diligentiæ testimonio ventilare. Gemina vobis contingeret ex ante facta cognatione laudatio, quando crescente susceptorum deuotione fertur in medium palma sermonis. res quę nobis amorem nostrum referat, nos extollit, vno eodemque vsu & oris pompa [b] multiplicatur, & fidei, in apice constituti illam subiectis affectionem putantur impendere, quam loquuntur. Hæc mi Domine ille occupatissimus pater & in humana locatus arce custodit. Nam contemptum manifestat, qui in otio degens verba non tribuit. Legisse memini: *Sermonis auari nullus honor*. Nunc ergo seruitijs salutationis exhibitis, indico me valere. Supereſt vt suggestio mea eliciti gaudeat vbertate colloquij.

a. magnitudinem vestram. v. cod.

b. multiplicaretur

MESSALLAE. 16.

POst vnam epistolam, quam victus crebris scriptionibus emisisti, in continua taci-

taciturnitate perduras, & credo necessitate, non studio seruas Philosophiam nil dicendi, non respiciens veteres vt loquerentur, melius in præsentia nil locutus, & illam silentij curam nutricem fuisse sermonis. Tu videris mihi disciplinas Atticas in muta fideliter parte sectari, nolens silentio acquisita vulgare. ostende post oris ferias quæ tibi per aurium callem diuitiæ commearunt. destinasti mihi dictiones tuas; in quibus, etsi non fuit optanda sublimitas, non tamen deprehensa est quæ sorderet abiectio. Egi Deo gratias, quia iam te de vinculo, in quo negligentia constringebaris, exemeras; promisi sequentibus potiorem successum æstimatione principij. Sed vos inchoationem, quantum ad me, cui nihil dirigitis, cum extremitate iũxistis. Domine Messalla, quotidie cuius sis filius habere ante oculos cordis, Dei nostri dispensatione, contingat; sed nolo prolixa esse quæ aspera sunt. Vale officio salutationis accepto, & correptum te suggestionibus meis frequentibus * insigna munijs literarum.

* resigna v. c.

ARATORI. 17.

AD longinqua digrediens caritatis immemor extitisti. non licuit tecum piã diligentiam muros exire, dum vrbis habitator fabricatas blanditias non sine Dædala arte custodis. at vbi rus petendum esse de-

decreueris, quasi graues sarcinas amicorum memoriam derelinquis. Tu villares delicias expetisti, & nos apud te inter mænium a. mala, malè remansimus. Non habuit radicem b. affectus, quam velut curarum tormenta separasti. dicas vnde tam velox exprobratio? nec æquum esse parari ante delicta tortorem, scripturum te mox fuisses ad optata c. peruectus perueni sine cunctatione permisisti, quantum pater tuus semper culparũ tuarum vulgator exposuit? d. Iã à te pueri paginis vacui cõmearũt. Timeo ne ista taciturnitas diuturnitate cõualescat, & in vsum silentij turpis crescat incuria. Domine mi saluto ergo, & e. promisisse promisi te memorẽ debere esse cõuenio, quatenus inter cana nemora redimitus hederis efferaris.

a. mala
b. affectio
c. peruectus
d. Etiam
e. promissi

FAVSTO. 18.

DIrectos à sancto Episcopo artifices prosequi commendatione non opus est. Res enim plus sua placitura genio de deuotione laudatoris abiurat iniuriam. Familia est, quam cum videritis non possitis ambigere ab Ecclesia destinatam, & de eius thesauris & gremio sub hoc studio processisse, vt tractata liberaliter pariat vobis in illa melioris sæculi commutatione mercedem; in quibus mancipijs, iuxta adnunciationem beatissimi Laurentij Martyris, opes esse maximas quis negauit? Sunt enim feminæ, quæ quamuis exterioris ho-

S. Laurẽtius de pauperibus dixit, thesauros in cælum deferre.

hominis lumina perdidiſſent, mentium ſplendore radiabunt. Quidquid enim corporibus de proſperitate ſubducitur ad frugem creſcit animarum. Nolite male accipere, quod nec videre poterunt nec videri. procul à maturitate veſtra illiciens decore formoſitas. Qui vitam ſuam, ſicut vos, in hoc innocentiæ calle diſpoſuit, ſi tales paſcat, in cœlis eſt: crede mihi, quamuis vobis gaudia pariat [fuſa] ad Deum vbertas illa lacrymarum, contenti eritis poſſidere ſub continuatione plangentes. Inter iſta bona quæ præfatus ſum, licet magno vobis labore & precio conſtitiſſent, adijcio quæ ſequuntur. vna inter ipſas, & ingenua & ſine filijs, & puto quod ſit ſanctis vicinum deſiderijs, nec habebit. Eſt enim in Chriſtianis hominibus fœcunda ſterilitas, & maximum ſolatium ſæculi adiutoria non habere. ſed ne forte animus veſter in occupationes publicas debeat de anagnoſtici prolixitate faſtidium, quamuis bona in principijs locata, vos animæ, & quemlibet rancorem detergat in Exordio, iuxta oratoriam diſciplinam, locata dulcedo; tamen ne deſideria veſtra fabricata diſſimulatione ſuſpendam, nulla ex illis documenta promerui. quia commemorationem mularum facerem, Epiſcopo durum videtur, & quamuis famuli veſtri fratris Gaiani inſtitiſſet efficacia, & ſupra modum nos preſsiſſet importunitas, nihil communi actione proficimus, hoc tantum volunt inſeri

a. vos animēt, & queml.

seri multis sanctum patrem vestrum beneficijs vestris & gratia inuitatum, muneris vobis vicissitudinem prospexisse. quod genus documenti si placet, sine cunctatione rescribite, aut quę eius forma esse debeat, intimate. Nunc ego ille periclitatę vtilitatis, & in obsequijs vestris annis pluribus iam probatus, quantum egerim, quod vix alter per infinita * carceris damna narrasset, pernicibus sum verborum saltibus elocutus. * cartæ. v.c.

AVIENO. 19.

CRedo ad iustitiam pertinere, vt quod à vobis exspecto, primus exhibeam, decet enim vt qui bona opera præstolatur, inuitet exemplo. expugnat calcaribus tarditatem, qui formam ministrat officij. His ergo salutationis munus impartiens sanum me esse post inæqualitatem, quam pro peccatis sum passus, enuntio; & statum vestræ prosperitatis inquiro, sperans vt in huius rei salutatione multus incumbas.

SENARIO. 20.

APud sanctas conscientias non negat caritati debita sua gratiæ principalis occupatio; nec eliminat pij amoris aula feruorem. testimonium dat solidæ affectioni qui eam inter impedimenta obliuione non obruit. commendate mihi scriptione culmina ve-

na vestra, quæ voto importunus emerui. custodia communionis honor est dignitatum. His ergo obsequentissimi salutans epistolas breuitate constringo, sciens posse produ-

horrei facies, ctas * horreri faciens, vt primum Domino gratias referatis, qui molestiam quam pertuli antequam eam discere potuissetis, absterfit.

HILPIDIO DIAC. 21.

QVibus modis fraternitatem tuam ad scribendum, quaue arte sollicitem, quando homo verborum locuples in me silentia peregrina custodis? elegi vt te loqui loquendo faciam, & illam Atticam eruditionem ad epistolas alia garrulitate producam. iustum fuit vt tot diebus à promissione desisteret, & qualiter puer venisset vlla paginæ directione signares, aut forte contra me tuam cautelitatem existimas esse seruandam. dedignaris colloquio quorum gratiam multo sudore quæsisti. Crede mihi nisi ab hoc vitio sub ea quam ambulare soles velocitate suspenderis, necesse est, vt ad alios nostra patrocinia transferamus, qui memores

a. munerentur constituti amorem a numerantur obsequijs: His ergo salutans amico & medico, indico me graui corporis inæqualitate laborare,

b. exhibitura curauerit quam nisi te dictante pagina iocos b exhibita curauit, distensam per tormenta c famulam longis hominibus coæquabo.

c. tauulam

MES-

MESSALLAE. 22.

SI iam te fauor diuinus à proposito negligentiæ ad votiua ducit studia, si quo te vena, quò Dominus Faustus vocat attendis, optata non taceas scriptione. sed timeo ne dum officiosum desidero, sustineam rusticantem, & incipiat hoc desiderijs meis resistere quod cupiui. cælestes diuitiæ illam inertiam stimulo pietatis exuscitent, & mendicitatem oris tui superna ope locupletent. Ecce vel iniurijs prouocatus scribe. salutem ergo dicens rogo, vt quod contra te agitur tabellarum promulgatione cognoscam.

MAXIMO.

Vt sponso gratulatur de nuptijs. 23.

BEne disponentur superno vota nostra iudicio. ipse ad nuptias tuas veniat, qui primus parenti, dum adhuc natiua immortalitate gauderet, supernæ benedictionis munus indulsit. faciat tibi CHRISTVS noster, nec sinite integritatis fructum perire, nec munera nuptiarum, sic virginitas profit ad sobolem, vt castitati tuæ fœcunditas nil discerpat, & miro dispensationis arcano; nec sæculo dum pater es, parcas, ne Dei gratiæ dum pudicus veniat super te quod *Isaac* iuniori filio piè inductus optauit: illis domum socrus

Gen. 2.

a. custodire. v. c. f. sustinete

b. pereat, Genes. 27. 28.

Q auspi-

Tob. 6 auſpicijs vxor introeat. quibus ad Tobiæ penetralia nurus acceſſit. ſit tibi cauſa perfectæ dilectionis in coniuge in te virginitas cuſtodita; ſolam illam deputatam tibi noueris, cui te quaſi non eſſes ex mundi fœce ſeruaſti. Ecce quia venire non potui, oratione non deſum. Domine mi ſpero vt honore ſalutationis accepto, quæ à me directa ſunt, dignanter accipias.

ARATORI. 24.

MIror cur deuenuſtes turpi ſilentio ad Romanum decorem politi in te bona colloquij, & coactas multo ſudore diuitias fugiens diſpenſationē taciturnitate conſumas. Quidquid dignis collatum fuerit, dum in vſu eſt, ornat auctorem. ingeniorum elegantiam qui concludit extenuat. vnus error eſt prodire ruſticātem, & dignum laudis honore deliteſcere. num quid non habuiſti dignum memoratu? aut ego tibi viſus ſum nō
a. materia v.c. colendus eloquio? fuit aliquando [a]mea quæ
b. nuptialē v.c. ſic omnium linguis & litteris celebranda ſit, quando [b]ad impartialem copulam perductus homo eſt: qui cum magna ſit lux natalium abundantia, facultatum diſciplina, & pudor vtrumque tranſgreditur; qui vitia carnis abiurans, pro blandimento turpi reſpuebat quidquid leges dedere pro remedio; & nolens vxoris corpus deputare ſeruitijs, putauit ſe addiſcere, ſi quid-

quam

quam mundo impenderet, liberam castitatem. Hæc etsi non diligis, debes tamen pro ingenij tui ostentatione laudare. possumus credere te bonum fieri, si audiamus quæ honesta sunt prædicantem. Nunc salutem largissimam dicens, vt rescribas admoneo, & non me de epistola mea æstimes, quam, Deus testis est, dum de basilica remearem, transcursione dictaui.

FLORO. 25.

QVa te deuinctione teneã, qua diligẽtia cõplectar, ex animi tui potes qualitate colligere. vix enim amari cõtinget, nisi quos sinceriter amare constiterit. congreditur inter se cœlestis a iugo animarum, & studia sua mutis sibi pandit affatibus, b & iam vicissitudinem mihi reddere disponis, insiste Domino, vt suburbanum illud si dignatur dato à me precio comparari iubeat, quod dum in Liguria fuero, feliciter habeam, & post obitum meum ipse suiq; possideant. mihi tamẽ c post Domini libertatem substãtiam videtur ipse conferre, si hoc beneficij per ipsum fuero consecutus. Sed sic filia tua viuat, d sic de illa, quales optas, filios teneas, sic Deus animam tuã Sanctis suis faciat coæquari, & frater tuus viuat, vt insistas suppliciter importunè, e quod ad effectum petitionem meam ducas. cogite Deum, cogite necessitates meas: quia nihil est, quod potentia ipsius,

a. vigor
b. & ideo si vicissi.
c. post Deũ, libertatem, subst.
d. sic, sic.
e. quatenus ad eff.

f. præstare. quod affectus circa me maius possit f stare.

AVRELIANO PRESBYTERO. 26.

AFfectionem mentior si vobiscum digrediens non remansi, & beatitudinem vestram mecum quamuis locatam in statione non detuli: & quia animus in me, vt in ceteris, imperator est corporis, ipse [a] contra diligentiam vestram est tota intentione captiuus. Ergo salutationis honorificentiam debita humilitate persoluens, nihil valetudini meæ de itineris confractione indico decessisse: ecce qua sollicitudinem vestram benigni studij cura remuneror. Facite quod scriptum est accepta restituentes, de prosperitatis vestræ me significatione gratulari.

a. circa

B. ENNODII EPISTOLARVM LIB. X.

ENNODIVS FAVSTO. 1.

TAcerem molestias meas, nisi intellexissem, quod solicitudo vestra me subleuat. Nam dum agnoscitis quam varijs morborum fatigor incommodis, pro peccatis meis febribus frequenter addicor, & vires

vires quæ videbantur restitutæ, franguntur. Ergo vos remedia consueta præstate, & vsum illum sanctæ conuersationis impendite, vt quidquid medicina mortalium non valet, fusis ad Deum nostrum precibus impetretis.

EDASIO. 2.

ANte experimentum amicorum fides occulta est [a] priusquam in lucem processerit, qui aliquid saporis habuerint, sibi mentes obligat. Est tamen nimis libera seruitus quæ caris exhibetur. confiteor magnitudini tuæ latebat me ante relationem hominis mei, [b] qui in sublimitate tua, & saporis & gratiæ sub nobili humilitate delitescere t. didici hominem, qui canam in fide beatitudinem, dum amicorum absentiam bene tractat, exuperat. plura quidem discedens promiseras, sed ad genium conscientiæ tuæ maiora præstitisti. Domine fili [c] salutationis effusissime munus impartiens, ago atque habeo insufficientes gratias, de his quæ mihi in prima pueritiæ fronte collata sunt: quod restat deprecor, vt residua illa mancipia teneri iam facias. Ecce fiduciam de bonis [d] precibus descendentem. qui ante ignoto preces metuebat offerre, iam non dubitat impetrare.

a. postquam in lucem processerint eorū.

b. quid

c. saluationis

d. precedentibus discedentem

BARBARAE. 3.

NOn ego debiti immemor ab officijs temperaui, nec constituta despiciens

garrulitatem meam ab obſequij exhibitione ſuſpendi. Sed [a] priuſquam ab vrbe regreſſus ſum, continuo me variæ ægritudines, & quidquid ad morte vocat, artauit. Vere [b] dona mea ſic vobis veſtrisque læta contingant, quia ad teſtimonium veteris myſterij CHRISTVS noſter iterum, quamuis peccatorem, nec vt illum qui *amicus* dici meruit, ſed rurſus vocauit Lazarum de ſepulcro, eſt factus vnitas in diſtantia perſonarum. Et nunc amplior magnitudo diuini operis: quia quod ille meruit, mihi ceſſit indebite. hæc cauſa me ab officij promulgatione reuocauit, poſtquam tamen ad vitam reductus ſum, continuo me ad ſeruitia vobis ſoluenda conuerti; rogans Deum, vt vos veſtrosque ſuperno tueatur auxilio, promitto [c] niſi & deſiderijs meis, quod cum felicitate veſtra & gaudio, ad Comitatenſis excubias, quæ votis iners ſatisfaciat, dignitas adepta vos euocet Noli domina huic te labori, huic oneri [d] ſubmittere. videant bona Romanæ ciuitatis Prouinciæ, & quæ monitis vix inſtituuntur per bona quæ nobis Deus contulit, formentur exemplis. Rogo tamen reuerentia ſalutationis exhibita, vt exſpectatiſſimo me reueletis alloquio, ſed nec alterum dictare patiamini, quæ ad me ſcribetis: ſic nunquam ab imperatore oratio noſtra pellatur.

a. poſtquam, vt ſupra

b. domna mea

Ioan. 11. 11.

c. mihi etiã, &

d. ſubmouere

STE-

STEPHANIAE. 4.

CRedo vos & ignorantes meis periculis subuenisse, aut quare confidam nescire quidquam, quos per Deum contingit vniuersa prænoscere. postquam enim ab Vrbe redij reparata sunt in me diuina mysteria; & quod senuerat temporibus, nouellis resurrexit exemplis. iterum vocatus est Lazarus de sepulcro, non quidem illius par merito, qui *amic:* Redemptoris nomen emeruit, sed in diuersitate actuum [a] ranus conuenit forma [b] ministerij, deductus per ægritudines multiplices ad sepulcra, sed cælesti voce reuocatus. Ad hæc primum, quæ vobis soluuntur, officia me conuerti, credens placere Deo, si cultoribus eius per linguam, quam ipse reddidit, principe loco exhibeantur obsequia. Ergo reuerentia salutationis impensa, deprecor, vt pro me sicut popposci orare attentius procuretis; vt per meritum vestrum diuina clementia dignetur confirmare quod tribuit; & frequenter me pia literarum vestrarum promulgatione subleuetis. rogo vt nullum aliud dictare facias [c] Domini Asterij animam, contra professionem tuam. sic enim nitor quem optas, vsque ad consummationis tempus [d] existat.

Ioan. 11. 11.

a. vnius

b. mysterij

c. Domini Asterij

d. adsistat

FAVSTO. 5.

COegit me ad ſtudia mea portitor præſentium literarum, & quod volebam prope importunus exegit. ſic contulit beneficium qui exigebat. iſte in negocio ſuo probatum mundo iuſtitiæ veſtræ poſcit examen, nec ab aliquo veritatem cauſæ ſuæ diſcerni exiſtimat, ſi ceſſetis, [a] per hoc peccator accedo, vt dum adeſtis mandatis cœleſtibus, & veritatem tota intentione perquiritis, afflicti hominis neceſſitatibus ſuccurratis, [b] & ſpero, & ſalutationis offero impenſa vt indicio me proſperitatis veſtræ, non neglectis quæ frequenter ſe ingerunt occaſionibus, ſubleuetis.

a. pro hoc peccator

b. Spero etiã ſeruitio ſalut. impenſo,

EIDEM. 6.

QVamuis omnis frequentia literarũ videatur rara ſollicitis, nec ſufficiat prouidentia pro pietate ſuſpenſo; tamen [a] pars iſta cui impenditur, niſi reſponderit ab humanitate ſeiungitur. Ergo ſalutationis officia præfatus Deo tribuente indico mecum Sãctorum ſuffragijs, & veſtris precibus iam melius agi, & illam deſperationis & febrium [b] intepuiſſe valetudinem. Nunc quod reſtat ſpero, vt petitionem meam quam per confamulum meum fratrem Florum deſtinaui, ſuſcipere ſolita benignitate digne-

a. per eſt v. c. fort. par eſt

b. in te poſuiſſe. v. c.

dignemini. quia etsi mihi ad præsens res videtur esse compendij, vobis, quibus magis futura cordi sunt, vtilitas ex hac parte summa respondet.

AGNELLO. 7.

SI valerem vos corde prosequi, verbis abstinerem; at cum illa res valetudini deficit, ista succurrit. scit secretorum discussor me & diuisim præsentia à vobis abesse non posse; proinde sollicitudinem vestram nuntio meæ prosperitatis [a] reuelo; & propter quod concessum est epistolare commercium, vestrum requiro, indicans honore salutationis impenso puerum me ad suscipiendum caballum direxisse; tantum est vt talem mittatis [b] quam & vos dedisse clareat, & ego pro honoris summa me gaudium suscepisse.

[a] releuo v. &

[b] f. qualem

BEATO. 8.

SI possem scribendo delere paginam meã, multiplici hoc facere intentione procurarẽ; sed quia non est * fas hominem non errare, ego ille canus, sed pater tuus, ne vnquã prioris epistolæ meæ sis memor, exposco; sic te pater & patria talem, qualem per singulos dies omnibus protestor, excipiat, alienis scriptis credidi, vt styli mei importuna festinatione morderem. Tu feceras quod sapiens,

* pro, possibile, vt Cic. & Horat.

pens, qui soli Domino Probo artem tenenti inter doctos versus [meos] relegeras, quod facere decuit; ego importunus qui alteri credere non debuissem, quantum video, frustra commotus sum. vade ergo ad Dominum Probum: sic pater tuus [a] iuuat, sic me, quem semper amasti, viuentem audias, quia ista pęne mortuus dictaui, & osculare illi genua pro me, & dic de illo extremo versu, [b] Terentianus me induxit in illo exemplo: *Sic fatur lacrymans, classiq; immittit habenas.* omnia tamen quæ fuerunt digna correctione præuidit. Saluto amore [c] quæ debeo, si euasero, versus ipsos emendo & sic dirigo. Nam litteras tuas quas per infantem Rufinum direxisti, Iulio mense suscepi. vnde me contigit nescire quid actum fuerat, vt taliter mouerer.

a. viuat, recte.

b Terentius. Æneid. 6. v. 1.

c. quo debeo.

LIBERIO. 9.

QVI iustius prosperitatis meæ cognoscit indicia, nisi qui sinceriter & indesinenter optauit; nec conuenit prius alterum desideria aliena cognoscere. Ergo seruitio salutationis exhibito, indico me cæleſti beneficio, postquam cessauit humana * creatio mox sanatum reuocauit me ad spem prosperitatis res illa, quia medici destiterunt, nunc gaudia vestra, sicut de me existimo, cognoscentur. mecum laudibus prosequimini tanti beneficij largitorem, & si ad-

* curatio

si adhuc vos lõgior mora detinet, quam bene valeatis litteris intimate.

FLORO. 10.

SPectabilis vir Eleutherius in negocio suo, quod à Domno Præfecto audiendum vicarius susceperat, ad amplitudinem vestram à me commendatitias * impetrauit, credens salua iustitia opem sibi integram posse suppetere, si meis apud vos iuuaretur alloquijs: rogo ergo honore salutationis exhibito, vt ei si verè contra æquitatem laborat, manum medicam porrigatis. Quia nefas est, vt in præiudicio bonæ causæ prodesse sibi calliditas videat, quod molitur.

* sperauit,

FAVSTO. 11.

Febri se Dei benignitate liberatum.

VSum suũ benignitas vestra supra homines locata cultodit. vere medicina est cura sanctissimi. Nam venerabilis cõscientia Deo semper insinuat quod requirit; digressis vobis acrior me calor exussit, & ad omnem desperationem præcipitante diabolo vela patuerunt. venit ad me medicus & dixit se, quod faceret, non habere. hinc mihi maior spes. quando homo cessauerit, continuo me cum lacrymis ad cælestis medici auxilia conuerti, & Domini Victoris oleo totum corpus quod iam sepulcro para-

parabatur, contra febres armaui. Scit Deus meus. mox affuit magni militis imperator, & quod per teſtem eius idoneum popoſci, incunctanter obtinui, mox feruor ille æterni frigoris * precium intepuit, & hora nona, ſicut legitur, Domino meo mandante diſceſſit. Scio orationis veſtræ tempora; ſcio lacrymarum copiam in illo quoque momẽto iuuiſſe laborantem. ecce indicia votiua non tacui, ſed portitorum raritas deſiderium commune ſuſpendit. Nam me multum iuuat releuatio veſtra, quæ à vobis minimè, quia læta reſpuiſtis, optetur.

* procurator intepuit

FAVSTO. 12.

MOx vbi me gratia ſuperna reſpexit, & animam de iudicij cæleſtis vicinitate trepidantem, conceſſo, vt melioraretur, viuendi laxauit ſpacio, magnitudini veſtrę beneficia per litteras diuina non tacui; vere ceſſantibus medicis, illius qui innocentia & lacrymis [a] emitur medicina non defuit, credite niſi mihi ſubueniſſet deſtitutio curantium, nil valerẽ. Nam quia ægreſcebam hominum ſtudijs, [b] cœpi per negligentiam iam ſanari. hæc quidem prioribus intimata ſunt, ſed ne occaſio præteriretur à die, ſperans obſequio ſalutationis oblato, vt me de proſperitatis veſtræ, de qua pendeo, ſubleuetis alloquijs.

a. emittit, vti occurrentium nil valerem v. c.

b. cœpi negligentia iam.

AVIENO. 13.

NEceſſe eſt, vt qui deſiderat ſcripta noſtra non taceat; nec ſilentij exemplum tribuat qui cupit alloquium. iuxta orationum veſtrarum ſuffragia, quos innocentia & deuotio Deo noſtro facit acceptos, meliorē me eſſe iam ſentio, deſiderans, honorificētia ſalutationis impenſa, quam bene valeatis agnoſcerem: quia poſt receptam ſalutem vnicum eſt ſolatium bono veſtræ proſperitatis attolli.

BARBARAE. 14.

QVamuis adhuc inter extrema ſum poſitus, & pro peccatorum meorum mole ſomni mei beneficia, dum mereor, in longum conteri non ſequantur, reuerentiæ tamen veſtræ obſequijs quod debet pendens anima non omiſit; pæne iam vocatur ad iudicium & adhuc ſuſpicit in hac luce quos coluit. Quam vera eſt illa ſententia, quod ſanctus affectus nec morte pereat. Ergo dona mea ſeruitijs vos debitæ ſalutationis proſequens, rogo vt agnitis quæ * contra me geruntur, pro illo, quo omnibus eminetis & ſanguinis nitore, & conuerſationis radijs, Domno meo Apoſtolo, & ceteris eius fratribus ſupplicetis, vt per eos exorata Dei potentia clemen-

* circa

mentiæ tuæ, quæ tarda esse non solet, beneficia non refrenet.

BEATO. 15.

QVA mihi vicissitudinis, qua obsequiorum cura pensabitur, quod te in frequentibus paginis alloquor, & a offero sermonis tui in lucem exire publicam non detestor. non me ætas tua, non ingenio meo potest reuocare per formulas. eligo b bonis plus credere quam peritis, vt bona originis anteferant studijs. quòd fidelis es diuini est muneris: in natura eruditio. per Deum veniet res secunda, necesse est vt totum tibi amor integritatis exhibeat primarum partium insignia iam tenenti. Ergo honore salutationis accepto, noueris me, iuxta petitionem vestram, epistolã ad vos admonitionis quamuis sub festinatione dictasse, quam ad Domnum Patricium Symmachum idcirco c dirigere procuraui, vt quod in ea emendatione dignum est corrigatur, sed propter surreptionem negligentiæ te quoque eius exemplaribus informaui. qua de re tu apud te esto, & caue, ne tibi ad perlatam manifestes comprehẽso superius eminentissimo viro, ceu rem nouam postulans. quia si eius causam magisterio placuisse cognoueris, ad notitiam eorum perferre, qui sapiunt, non timebis.

a. officio.

b. benignis

c. dirigo, prorogaui vt

d. f. appellatã.

EI-

EIDEM. 16.

NON mihi tuus error illusit, nec retroversa decepit affectio. Tu ætatis naturę propositi ordinem custodisti, ego deliqui aliter, quam poscebat veritas iudicando. ad hoc redeunt, quos diligentia [b] insulsa captauit: proinde iam [c] sui circuitione loquendum est, quo te immemorem tui duxit insana præsumptio, vt sancto presbytero diceres in versibus illis, quamuis in temporis momento compositis, aliquibus videri affectum coniugalis gratiæ non expressum: aut ego diffamare volui quod scripseram, aut Epitaphia hoc poscebant aut ratio. quis hoc imperitus, quis tecum sanitate vacuus dixit, vt carmen, quod in summam gratiam Dominus Faustus excepit, te & participib⁹ tuis rodētibus læderetur? forte de tertio *Falentio, qui Terentianum nesciunt, habuerint, quod de vna syllaba quærentes occasionem loquerentur: vere dignus fui ista quæ pertuli, quia scriptum est: *Margaritas ante immūda animalia non esse mittendas*: quamuis dictionum & imperitiæ meæ bene sum conscius, te tamen nec scire aliquid, nec sciturum ante didiceram. Vale. & ad alios te, quibus debeas loqui, conuerte.

a. Ergo delinqui aliter de te
b. insulsa captiuat
c. sine circuitione
Matth. 7.

ADEO-

ADEODATO PRESBYTERO. 17.

ACerbo ægritudinis impetu & valida febrium nimietate contritus, cum vt fidem veteris testimonij *Christus* noster in me, quod in Lazaro fecerat, ostendisset, & Euangelij fidem præsentibus declararet exẽplis, literas vestras accepi. ordinauit ille, qui potuit, vt diebus, quibus vitam restituerat, amicorum quoque suorum [a] eam & confirmaret, & fulciret alloquijs. de versibus [b] meis tibi portentum illud dixit, risum mihi [c] studia iudicia fecerunt, scias illos in summo precio apud Dominum habitos, quamuis in temporis angustia & viridarij transcursione conscriptos, sed si eos non scripsisti, nec facias, mihi sufficit, dum feci, vota complesse. Nunc ad eam partem me confero, quæ specialiter à Sanctis poscenda est, vt pro ęgro & amante attentius ores, &, si mereor, crebra mihi, & instructionis & consolationis præstes [d] alloquia.

a. amet
b. vnde tibi
c. stulta iudicia
d. eloquia

BOETHIO. 18.

COnsideratio magnitudinis vestræ [a] exigit epistolare commercium, sed festinatio portitoris epistolam breuitate concluſit. non [b] potui morari properantem, sed nec his vacuum munijs propter res necessarias emisi crebras super domo, quam popoſci, literas desti-

a. exigit
b. potuit

destinaui, si possibile est cupita tribui iam referte, quia omnia ædificia [eius] sub negligentia consenescunt. Domine mi salutationis obsequia dependens, rogo, vt [vos] iuuetis sine vestro dispendio supplicantem.

SYMMACHO. 19.

REm necessariam prouidet, qui parenti omnium orbatos & peregrinos insinuat. a vnica via est Apostolatus vestri solatium, quæ medetur externis. abst afflictos dicere, quos ad vos contigerit peruenisse. creatoris patriam, opes, alibi non requirunt, quos coronæ vestræ cura susceperit. Præsentium baiulus ortus nobiliter profutura ad testimoniũ ingenuitatis studia Romana requirit. b Nunc beatitudini vestræ mea supplicis vestri commendat assertio, vt salutationis seruitijs dignãter acceptis, quod vsu facitis, pro mei cõsideratione geminetis.

a. vnica est Ap.

b. Hunc

HORMISDAE DIACONO. 20.

a TV quod es miseratione ornat⁹, & quod futurus es pietate, conquiritur, & diaconum his studijs extulisti cuius rei promittit cura Pontificem. præsentium baiulus honestus moribus, natura sublimis, b gemini solatij orbatus præsidio, Romam honestis artibus licet c peregrinarijs expetijt. d inde si mereantur à religioso bene nato locupleti

a. Et quod es

b. genuini

c. peregrinaturus

d. vide si

iuuari ista quæ prætuli, nunc officio salutationis exhibito, rogo, vt si me, si bonam quam coemisti opinionem, diligis, impensis portitor adolescat auxilijs.

PORCIANO ABBATI. 21.

DIuinis declaratur exemplis, nisi per Dei gratiam visitationem hominum cælestium non venire. quæ enim recordatio potest esse peccantium, nisi occultis itineribus fauor cælestis operetur, & per viam mentibus inspiratam, quæ propter peccata subrepere poterat, eliminetur obliuio. impetrata iam diuinæ misericordiæ fiducia est cultorum Dei animis non deesse. Ergo gratias refero Trinitati Deo nostro, qui vt me reuerentia vestra alloquijs visitaret, exegit. suscipio obedientiam vestram, nec exiguus cultus debetur obsequentibus, cum CHRISTI gloria maneat, imperante. orate pro me qui humanitatis imbecilla, dum adhuc estis homines, euitastis, quos contigit, necdum corpore sequestrato ponderibus carnis absolui: & seruitijs salutationis acceptis frugem * contra me gratię, dum sermonis adolescit cultura, concedite.

* circa

AVRELIANO PRESBYTERO. 22.

INamabilis quidem desiderijs meis militauit occasio, & votis aditum necessitas

vix

vix ferenda patefecit. [a] amplexus paginam præfationis blandientem sequenti eius elocutione confusus sum. Nam dulce principium, & sereni mella colloquij relata calamitas quasi velte noctis obnubit. vere loquentibus nobis ingesta sunt oculis quæ legebam. Nam dum absentiæ felicitate pagina sapientis intercepit, coactus sum illam ætheream nimis vidisse terrenam, & sublimitate vocabuli in tartarum duce culpa depositam. Taceo quid debuerit parentibus, quid pudori, ex qua domo infelix processit ad scelus; quod secuta est relictis Dei cultoribus lupanaris vice coniugium. credite mihi vltionem criminis, dum admittit crimen executa est, & [b] tempori mersa contubernio, & flagitium & pœnam flagitij reperit in marito. secum rei personam portauit: & iudicis mulier dum elegit indignum. Producerem literas [nisi] memoriam infaustæ fœminæ [c] dederam obliuione sepeliri; vos, vt Galliæ expulsione illorum subleuentur [d] eligetis; nos ne Italia coinquinetur optamus. exspectant potius Libycas Syrtes, & ab humanitatis consortio diuidant, [e] quia si mihi Dominum Aurelianum fugarint hinc, Ennodium ad quæ loca declinabunt. Domino Præfecto quæ iussistis pressius intimaui, qui præcepta regia mox exegit, per quæ credimus viros bonos & amicos occasionem inuenisse præstandi; & vos tamen animum ab anxietate remouete, quia

a. implexus
b. turpi
c. desiderarem
d. relegetis
e. quia si inde

cœlestis sufficit ad vltionem malorum vigor examinis. Domine mi, salutationis obsequia præsētans, precor, vt crebro me prosperitatis vestræ, quia commeantium oportunitas ingeritur, reueletis alloquijs.

BOETHIO. 23.

PErdiderat eruditionis preciū lingua, dū retices, quia dū venustatē eloquentiæ taciturnitas includebat, credebatur non esse quod nuper efferbuit. Produxisti in lucem nouum iubar eloquij, & dum diem in epistola facis, splendorem recens adeptus credideris iam maturum. Gratias ago quod me ad amicitiæ custodiam paginæ tuæ [a] flore compellis, sed si fidei meæ esses conscius dubitationē de rebus constantibus non haberes. timeo ne ambiguitatem quam credis exhibeas, & dum amantis tempore metuis, in affectione frigescas. Domine vt supra, salutationis gratiam persoluens, vt crebro ad me epistolarum commercia dirigas, quia in his munijs & diligentia te admonet, & perfectio vt multis incumbas.

a. florum.

EIDEM. 24.

QVāuis [a] tenui effectu petitionis surget eloquiū, & cōciliant [b] dotē facūdiæ; res secūdę in qualibet verborū saturitate paginæ si repudiētur ab [c] imperatione ieiunant. plus

a. tenue
b. & dotāt facundiam
c. ab impetratione

felicibus epistolis debetur laudatio quã peritis. iure loquitur verbis nitor sublimibus qui summates viros dicendi venustate captiuat. quoduis oratorium schema siniſtra sors dissipat. diteſcit enim lingua nutrita beneficijs: dudum ad eminentiam veſtram direxi qualicunque audacia producente colloquiũ, quod ita reſponſi genio ſubleuaſtis, vt crederem me perdidiſſe d digni fauoris tempora per quietem, quando modicus ſudor iudicium arcem tenentis illexerat. Promiſeratis etenim domum quam popoſceram non negandam: geminis eleuatus ſucceſſibus incedebã, ſi & opinio perfecti adſtipulatione, & cenſus locupletiſſimo creuiſſet impendio. Sed deteſtor moram quam ſterilia quidem peccata pepererunt. Nam & homo culminis veſtri quem præſtolabar aduenit, & nihil ſibi mandatum eſſe, quod deſiderijs meis prodeſſe poſſet, aſſeruit. [vide] meritorum meorum fuſca cõmercia; quorum contra me nitentia fidem frangere f nequeunt, exigit tarditatem. abſit à conſcientia mea de veſtra claritate diffidere. obſcœnę mẽtis eſt putare conſtituti memoriam non manere; ſed rogo vt dum propoſiti veſtri lucem aſſeritis, eorũ quę mihi debentur obſcura ſuperetis. ergo pręſtationi veſtrę geniũ dono celeritatis infundite. Domine mi, cultũ ſalutationis impartiens preces adijcio, vt conſularem ſportulam cum reſponſo præfatæ petitionis accipiam.

d. digna

e. etiam

f. queunt

SYMMACHO. 25.

Commendat Beatum nobilem adoleſcentem.

NOn inefficaciter poſcit, qui parenti omnium peregrinos inſinuat. nobilibus generalis debetur aſſertio, maxime apud eos qui beneficia tribuunt non rogati. Beatum ſublimem adoleſcentem præſentium baiulum, ſi corona veſtra dignanter accipiat, præclarum iuxta morem Pontificis ornat officium. Eſt enim qui gratiam veſtram, & natalibus, & moribus mereatur. ſufficit digni ſtricta laudatio: nunc ſeruitijs ſalutationis exhibitis, rogo, vt me amantem veſtri crebri * reueletis promulgatione colloquij.

* f. releuetis

B. EN-

B. ENNODII EPISTOLARVM LIB. XI.

ENNODIVS HORMISDAE Diacono. 1.

SI [a] indignatio contra me promissa duraret, assereretur frequentia literarum: Vix respiciunt humiles quos ad arcem euentus prosper euexerit. graue est si spes secundarum rerum caritatis nexus incidat. non debet præiudicare diligentiæ [b] cui serui nota blanditur. si tamen aliquid contra me gratiæ custoditis, si iuuit amoris polliciti scintilla, Beatum commendo, nobilissimum adolescentem, præsentium portitorem; cui iustum est, vt consideratione mei & parentem beatitudo vestra impendat & patriam. Esto [c] spiritalis tutor omnium mox futurus. Domine frater salutationis humilitate depensa rogo, vt sub celeritate quam bene valeatis scriptione [d] significetis.

a. dignatio circa me

b. qua secundum vota blanditur.

c. specialis

d signetis

BOETHIO. 2.

PRecum iteratio bonam conscientiam obliuionis accusat; sed facessat stimulare currentem, & constantem virum ad memoriã

promissionis impellere: hæc de his quæ à mẽ dudum culmini vestro sunt scripta perstrinxi, vt domum, de qua iam paginali * iudicio voluntas vestra est patefacta, percipiam. reliqua epistolę salutationis nuncio mancipaui; vt sicut apud nos valetudo in statione est, ita de culmine vestro cælestis faciat fauor agnosci.

* indictio

* AGATO. 3.

* Agapio.

INsolabiliter amantium ferretur absentia, nisi opem darent remedia literarum, quæ ieiunas desiderantium animas pascunt esca colloquij. Bene enim per stilum dilectio amicam sibi pingit effigiem, cum qua sine laboris patentia miscet mella sermonum. ad hoc magnitudo tua artifex, ne impastam gratiam linqueres, scripsisti. debeo vicissitudinem, quia memorem mei te esse cognoui. honore ergo salutationis exhibito, rogo vt quod scis apud caros, & affectione præditos esse precio sum, sub continuatione facere non omittas.

AVIENO. 4.

AEgritudinis vestræ indicium in mea contingit incrementum. nam talis semper est vsus & pene natura solliciti, vt vix credat transisse quod metuit, & quæ fecit Redemptor noster cælesti benignitate * prętenta

* præterita

tenta quasi sunt in oculis locata suspirat, Vere domine Auiene, iam in me nihil de vsura lucis istius, nisi vestra [b] tamen post amorem Dei remansit affectio. quando melius mecum agitur, talis sum, qualem in desperatione me dimisistis. supereſt vt precibus vestris & peccatorum remissio concedatur, &, si ita Deo videtur, pro vice remedij obitus celer eueniat, ne amarius sit morte quod viuo. Domine mi, salutationem debitam tota humilitate persoluens rogo, vt per vos quid [est] in causa nostra de Roma nunciatur, agnoscam.

b tãtum post timorem

MESSALLAE. 5.

NVnquid aliquando ad effectu destitit, qui Deo cum fiducia supplicauit; si animus in fide nunc claudicet, & vota & votorum copia coniunguntur; ecce egit apud vos silentium meum, quod tanti temporis non valuit obtinere loquacitas. quantum video scripta vestra, nisi taciturnitas non meretur. quos mutos putatis, alloquimini; ab his quibus lingua esse creditur abstinetis: fecisti tamen quod decuit [a] Dominum, &, vt ipsi dicitis, parentem, vt me graui ægritudine depressum dignum putetis alloquio. rogo vt hoc sub continuatione faciatis. Domine mi, [b] salutationis reuerentiã soluens posco, vt pro me per omnes Dei Sanctos supplicare nõ desinas quatenus in te

a. donũ & vt fort. Dõnum

b. resalutationis

vitæ reditus diuisione nostra congaudeam.

ARATORI. 6.

VElim ita labori meo faucas vt ieiuno veniam præstes ingenio; quia nefas est in deuotionibus despici amabilem discendi cupiditatem, quando quod gratiosus obtulerit, durus rerum interpres euacuat. Laudandus est in studijs, vel qui facundum æquare non putatur eloquio. inter benignos & eruditos quid eligatur incertum est, cum pars vtraque dat precium. Ergo crede diligenti & amaritudinem temporibus legitimi amoris amolire. nolo rem voti facias necessitatem, & desideria, quibus humanum genus natura peperit, digeras in mœrorem. non habiturus continentiam, nisi nuptias optet in culpa est: coniugalis copulæ vitans remedium electurus est aut virtutes aut crimina. Tute vt metiaris imploro, vt nec supra hominem plenum casibus iter arripias, nec intra hominem quæ sunt plectenda mediteris. vix delinquit, qui à natura & lege non deuiat. Ergo post Musarum castra, & inanes ætate nostra cantilenas, & ad curam [a] deserēdæ sobolis * muta vita quod voluit. Quia inter imperitorū * exercitus furor est nolle rusticari. iuuat sapientem, [b] hoc esse, quod plurimos [c] facessat [d] prophetas in vestrorū nota [e] cōuentos. Ego donasse curis cupio, quoties infelicem insciti̇ā sequitur qui præ-

a. tenerendæ sobolis v. c. fort. tenendæ
* f. mutauit quod
* f. exercitia
b. f. fecisse
c. f. fecisse Philosophos, vel, faciat Poëtas
d. Philosophiæ v. c.
e. conuĕtibus

præcedit. Ergo honorem salutati accipiens rescribe mihi, quid cum animo tuo pagina mea egerit. Nam si quæ mihi sit sententia flagites; ego ipsa studiorum liberalium nomina iam detestor.

FAVSTO. 7.

STat apud conscientiam culminis vestri, quid sublimis viri Faustini voto [a] debeá & generi: & iam quamuis apud vos credat sufficere, quod pro filio pater rogauit, per me tamen, quia parum putat eius sollicitudo quod egerit, preces frequentat, sperans vt vester adolescẽs ad maturos, Deo auspice, mores erigatur. Vos detis præcepta quid sequi debeat, quid cauere. vos apud quos necessarium credideritis scriptione prosequamini. Hoc scio culmen vestrum, etiamsi taceam, esse facturum; sed nec debui tanti viri precibus deesse, nec potui, qua de re permotus lacrymis superius comprehensi, & ego flens supplico per illam quæ vobis à Deo concessa est conscientiam (Sic petitiones vestras pia Martyrum Saluatori nostri commendet) vt efficaciter apud vos & creator pro filio, & dominus Faustinus pro Ambrosio supplicet; & ordinate prædictum iuuenem, & orate pro ipso, vt adolescentem Roma nec vitijs possit nec moribus extinguere. Scio [b] vere plura apud homines, sed maiora apud Deum prævalere, [c] & iam securus effectum illis pol-

a. Debeamus

b. vos plura

c. & ideo

liceor

liceor quos commendo. Ergo reuerentiam salutationis exsoluens paucis multa contexui. sufficit Deo placentis viri instructam esse pietatem & causam, [d] & supra cum Dei solatia nostro disponatur studio.

d. & persona cũ Dei solatio

MERIBAVDO. 8.

a. Quãuis editur; malè

[a] QVasi Solem facibus adiuuet, & mare exiguo humore locupletet, ita superfluis laborat impendijs, qui per se placitura commendat: sed stultum est perire occasionem beneficij, quando auxilium fortis implorat. opum largus supra copias ditatus est, si credit subsidium, quod pauper obtulerit. regale munus fit, cui insigne precium præstat accipiens. Dominus Faustinus de prolis suæ profectu [b] sibi quam poscit paterna cura sollicitus, Ambrosium nostrum hac apud vos credidit prosecutione communiri, existimans quod sanguis eius, quod prudentia, quod census intra Liguriæ angusta delitesceret, & quod eius fama nobilis arctaretur obstaculis; alieno præsidio claritatẽ suam in Romanam lucem putat erumpere. Facessat à studijs meis negare testimonium, quod plus opitulatur auctori. Qui enim bonis asserit approbatur. Videte quæ de vobis fiducia sit, cui quidquid præcipuum habet nobilis terra commisit. nolo putet apud nos quod hac sit familia potius inueniri. sufficit honorum cupidis sic plures vincere, vt potissimis comparen-

b. supra quam

parentur, honestatem iuuenis vulgatus natalium pudor ostendit. faciat diuinitatis dispensatio, vt per vos principia eius hic bene locata solidentur. Ergo honorem salutationis accipite, & petitioni meę paterna (sic præceptoris vocauit antiquitas) pietate respondete.

PROBINO. 9.

SI apud eminentiam vestram, a quos mea recordatio subsisteret, crebra scriptione b potuissem, nec quod apud Liguriam vestros dignatione vocabitis sepeliret obliuio, sed quia loco & opibus diuisi, nec diligentiæ lege comparantur, c iam perfectam subiectis caritatem, si digni sint allocutione, præstatis. hac in amicitiam discretione coëuntes, vt vos cogamini tantum respicere nos amare: erit d humilium superba conditio, e sed plus à potentibus quam verba præstolantur, ad querelam discendi caritatis imperio debuistis me post periculum quod videratis dignum putare colloquio, vel quia recentis ministerij reuiuiscentem commendabat assertio. puto quod digni sint bonarum gratia de sepulcris Redemptoris nostri potentia restituti. ego tamen quamuis sim prodigus frontis & garrulus, necdum de me fiduciam gerens propinquos insinuo. Præsentium portitor, Domini Faustini filius sufficienter bona pollicetur merita de patente. Hunc vt vos foueatis imploro, quia bene

a. supplicatio mea recordatione
b. potuisset
c. ideo
d. vilium
e si plus sim plex

bene noſtis qua ſit creator eius morum lucè conſpicuus. non debet ad alios feſtinare, niſi ad vos, quemcunque vitæ auctoritas armat, & generis. Ergo Domine mi, obſequio ſalutationis impenſo, rogo, vt proſperitatem veſtram epiſtolaris cura manifeſtet.

HORMISDAE. 10.

a. iunctos

Cœleſtis diſpenſatio epiſtolaribus beneficijs [a] vinctos caritate conſociat, dum quos diſcernit itinerum prolixitas, in remedio ſollicitudinis iungit affectio, ſi ſit cura ſermonis. ſilentium tamen veſtrum ni-

b. quod poſt

mis admiror, [b] quod prius depoſitæ ſarcinas ægritudinis nulla me allocutione ſubleuaſtis; ſed quia loquendo oportuna cogimus, vt loquaris, vel garruli imitatione reſponde. Bene enim res deſiderij & poſcitur, & impetratur exemplis. Ergo honorem ſalutationis impendens, indico me Deo propitio iam valere, ſupplicans vt vicaria mihi ſtyli promulgatione benedicas.

BEATO. 11.

Ad ſcribendum vehementer hortatur, vt filium.

Si proferenda temporibus de eruditionis meſſe pectoris horreo condidiſſes, ieiunè ab epiſtolis tuis commeantium dextrè non veniret. ſed quia negligentiam & ſterilitatem tuam ſermonis prodit abſtinentia,

nos

nos necesse est iterum ad culturam admonitionis assurgere, & terga iactis infœcunda sermonibus recidiuis ad vbertatem sulcis [a] vrgere. Vbi sunt monita quæ apud te asserebas esse victura? vbi studium colloquendi, per quod & scientia pateſcat & caritas? clamant silentia tua te non assecutum, quod boni dignum possit esse [b] iudicio. Nam sicut rara doctos, ita continua prodit taciturnitas imperitos. Ergo erubesce, & tandem aliquando rumpe vincula, & impedimenta sermonum: ostende quid valeas; ostende quid promoueris, si tamen te iuxta votum nostrũ gratia superna non deserit. Nunc salutationis honorem accipe, & breui contentus epistola, agnosce patri tuo, quæ longa correctione referentur, fuisse mandata.

[a] seminibus

[b] f. indicio.

AVIENO. 12.

BEnedico Dei nostri triplicem in maiestatibus vnitatem, quæ me inter angustias meas perfectę sanitatis loco de coniunctionis vestræ munere subleuauit. Venit ad me sera quidem relatio sed votiua: adsit Redemptor noster, & impleat, quod inclinatus supplex concessit. Domine mi salutationis reuerẽtiam soluens, rogo, vt actionis vestræ summam de suburbano illo cum parente vestro domino Liberio, CHRISTO vobiscum adnitente, compleatis, [a] quod si euenit com-

[a] quatenus ſi

commutatio precium dignetur accipere,
b. nutemus ne diutius sub promissionis b mitenus ambiguo: quia vos nostis nihil plus esse, quod in hac supplici vestro mundi conuersatione præstetis.

VICTORI. 13.

DVM insscientiam sublimitas tua præloquitur, eruditionis secreta patefecit, impugnans perfectione quod asseris: nam dum te saluo pudore illiteratum esse confirmas, quid naturæ vigor, quid studiorum lima contulerit declarasti. credat mihi sublimitas tua imbuendum liberalibus disciplinis iam suis bonis ditauit. si talis lingua prosequitur fratris Pauli filium, facunda adstipulatio & commendat, & edocet, nihil longe degentibus magistris opus est, quando digna
a. qui dirigit laude loquitur, a dirigitur ad docentem;
b. manus erubesco insinuatum b munus inuenisse quam detulit. Deum rogans vt quod de me per affectionem præsumitis, ingenij valeam virtute complere. Vos tamen ho-
c. quibuslibet nore salutationis accepto c quodlibet officium sermonis impendite, dummodo sollicitudini meæ de prosperitate vestra multiplex scriptionis cura respondeat.

CAMELI-

CAMELLAE. 14.

De filio eius sine disciplinis cito nimis Religioni adscripto.

INtercepisti nostrum nescio quem secuta consilium. nam paruulum tuum quem studiorum liberalium debuit cura, suscipere, ante iudicij conuenientis tempora religionis titulis insigniſtis. Veneranda quidem Ecclesiastici forma seruitij, sed quæ ad duas partes animum non relaxet. Vnum & difficile iter est, quo itur ad Christum, nec occupatos aliquando multipliciter via arta suscepit. Properantes ad se de disciplinis sæcularibus salutis opifex non refutat, sed ire ad illas quenquam de suo nitore non patitur. Iam si eum mundo subtraxeras, mundi in eo schemata non requiras. erubesco Ecclesiastica profitentem ornamentis sęcularibus expolire. Adnueram quod per Patricium Diaconum, quantum ipse asserui, postulasti, quid oportuit eum aliter ad me, quam diebus ipsis inuentus est, destinari. Si iudicium meum consulis, volo ad me pertinentes magis merito sanctos esse quam titulo. verè animum meum de quietis statione ad cogitationum pelagus expulisti; suscepi tamen Deo auspice sanguinis mei vernulam [seruitialem] nunc restat vt conatibus meis fauor cęlestis arrideat, & negligentias hominũ piæ moderationis vbertate

a. suscepisse.

componat. Domina,[b] vt suam salutem debitam dicens, precor, vt nunc geminam sollicitudinem pro vtrisque susciptas; & Deo nos cammendare assiduis precibus non omittas.

b. vt supra, salutem

CELSO. 15.

LEnocinium est non gratiæ sacramentum, quod tantum præsentibus exhibetur: amicitiæ sinceritas, & longe positos non relinquit. Quid possit vera fides intelligat, qui tunc adipiscitur beneficia, quando designat supplicare. Ego mihi debeo quod ad stationem precum trans Gargara positus peruenisti. Tu lucem conscientiæ amicos & literas, [a] imo à te tempore diuisisti, sectans non solum longinqua, sed abdita, ita vt nusquam te sagacis boni persecutor inueniat. semper & hic quidem latentia inter lepores cubilia diligebas, sed sæpe latebram tuam, qui presso ore vestigia rimatus est inuenit: nunc altiori consilio credo, vt maiores accenderes te hominum cætibus submouisti. Ergo solam pueritiam debuisti Mediolanensibus tuis, & virũ te tenere debuerant qui puerum possederunt: & quos lætificasti de amplexibus debuisti iuuare consilijs. Sed hinc aliàs tu tibi [b] promissionum tuarum aut gaudia debebis aut lacrymas. Ego interim salutationem præfatus, memor debiti donationem de puero destinaui; hoc apud me reputans, vt nec importunus in tempore

a. vno à te

b. prouisionũ

diffi-

diffidentiæ suæ vinceret, & cessans inter desperationis mala gauderet.

FAVSTO. 16.

SVscepi literas multiplici gaudiorum dote locupletes, & gratiam [a] contra vos Dei quam noueram nunciantes, protinus testibus CHRISTI nostri cum lacrymis, quas suggerebat hilaritas indicata, patefeci; & quod per ipsos impetratum fuerat gratias referens, quasi nouus relator asserui. Vere domine Fauste, simpliciter in hac causa vulgatum est, quid haberet meriti, quid viriũ in precibus illa sancta anima quæ præcessit. Nam si sit spes nostra adhuc cæca mundi luce vestita, [b] sed quod conueniens esse nouerat sine nostræ actionis labore promeruit, cum à nobis diuideret res in manibus collocatas obtulit longa statione distantes, felicius tribuens necessaria quam cupita. Ergo mundus iste veri aliquid habet, aut si habet non de eius ditione mox rapitur. mẽtiti sunt homines qui se iurabant accipere beneficia, si dedissent. etiam superna dispensatione coniuncti sunt, à quibus nec accepimus blandimenta, nec dedimus, cetera de desperatione confidentia, & nebulosum de publicata promissione constitutum vere dicerem, si doleret ista discessio, quod tales homines. nec illam quam dicitis * mitiorem [c] mendacium esse Liguriæ potuisset omittere. Quid arguã prius in illis, fallaciæ aut fatuitatis obscena?

a. circa

b. & quod

* nutricem

c. f. mendaciorum

perdiderunt duos qui inter se Sanctorum impetratione sociantur, per quos potuisset diu iacentis, & in vmbram coactæ familiæ scintilla reparari. memores eius dominum Auienum vobis in Ecclesia dixisse, Deum se de illa puella specialiter non rogare. vide progeniem sanctis creatoribus ad vsuram vitæ procedentem. intelligebat plus se parentum fletibus, quam actione promoturum. Gratias tibi omnipotens Deus, gratias rector fidelium, qui ancillæ tuæ vota respiciens prophetæ in ea pollicitationes implesti dicentis; *Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditabit terram*. Perfice pie arbiter quod remansit; & in alterius serui tui copula serenus aspira. mihi, si hæc videnda, moribus, qui iam vitalem præoccupauit substantiam, non relinquit. videat de illis bona pater & aui proauique ante transitum suum nomen accipiat. Me tamen, quamuis peccatorem adhuc, gratia superna non deserit, qui admonitione cautione preuenio: nã desideria mea, ne legati prouincialis [d] nomine acciperem, licet cum dolore suspendi, timui ne aut rerum dominus vobis disponentibus hæc à se exigi crederet, quæ cogit necessitas postulari, & ego redderer officijs onerosus, & actionibus infœcundus; quamuis nec exequi, nec iunctis par esse sufficerem: rogo vt supplicetis Deo, vt me vel vsque ad votorum communium tempora in mundi illius seruet insertio.

Psal. 24. 13.

d. nomen

MES-

MESSALLAE. 17.

GEro vestrarum abstinentiam litera- a. Ferò
rum, si sic ad incrementa gaudij mei pertinet, quod tacetis. non est molesta paginalis intermissio, si cum splendidis dictionibus iunguntur rara colloquia, quod de gratia b contra nos Dei, quod de sanctis paren- b. circa vos
tibus c præsumatur accipio. iam suffragijs c. præsume-
amicorum Dei, qui tibi pater & frater est, batur
agnouisti verè dictionem tuam sine lacrymis, quas dabunt gaudia, non relegi. nolo apud te quę de te sentio verborũ importunitate producere. labora, vt quod suggerente in sensibus vena iuuenis componas eloquentia. nihil tibi à domini Fausti, & dominæ meæ matris tuæ filio minus est, nisi quod ista fastidiosè subtraxeris. parcat tibi tamen Deus vt credas me immemorem esse tui, dum impedientibus morbis frequenti te scriptione non veneror. debes nosse dignum esse venia, quidquid necessitate delinquitur. Domine mi salutationem plenissimam dicens, benedicere me Deum in operibus eius de domini Auieni conuictione significo; & de te quod eius pietas pollicetur exspecto.

PANFRONIO. 18.

PEregrinari me in solo patrio vobis absentibus crederes, etiamsi valerem? at

cum ægritudo mihi & quorundam insistat infirmitas, inter vtraque quid faciam, quis vno tempore & morbos ferat & perfidos? scias nulla cautione, nulla innocentia in ciuitate nostra, quæ Deo medio promissa sunt, custodiri. totum felicitati tribuitur, nil amori. [a] contra humiles rara dignatio. optimus ille qui celsior: sed hæc ego non promerui, cui nihil supereſt quod sperem, consideratione suspiro. dolet mihi illos perire quos diligo. plenius vobis rem omnem, & quam propter studium inuidiam contraxeram homo vester [b] insinuabit. Ego honorem salutationis impertiens rogo, vt scripta mea & domino Auieno, & domino Liberio protinus contradatis, & per ipsum, qui vobis Panfroniam nostram sanam contribuat, coniuro, vt mox me quid responsi dederint instruatis, quia si regius occupatione aliqua negatur aduentus, ego ad vos, Deo meo suffragante, obsequijs sub quauis membrorum meorum fragilitate venire festino.

a. circa

b. insinuat

* f. Helpidio Diac. vt inf.

*HILPIDDIARI. 19.

DEus sanctitatem tuam misericordiæ suæ, & gratiæ prosequatur insignibus, qui de humilitate mea rem amici faciens dignaris esse sollicitus, & me meosq; promittis peculiari affectione te colere. scio quia Deus propitius [a] tibi suam gratiam inuicti principis contulit, vt humilitas Ecclesiastica

a. tibi sic gratiam

stica non periret. vere Domine [b] Helpidi, si dignatur [c] prius Rex de seruo suo esse sollicitus, tu fecisti, cuius animo nullus [d] annorũ vicem poterit repensare. scias me tamen quotidie diuersa affligi qualitate morborum, ita vt de vita desperem: rogo tamen honore salutationis accepto, vt dominum Faustum, & filios ipsius, memor animæ tuæ sinceriter diligas, & pro mea anima, quantum præuales, orare non cesses, quia non remansit in luce quo sperem. rogo etiam vt me frequenti digneris alloquio; & si Dominus vester ad Liguriam venturus est, intimare procures.

b. Hilpidi,
c. f. pius
d. amicorum

STEPHANIAE. 20.

BEne est animo meo, quod grauatum peccati fasce meministis, & inter illas sacri pectoris curas quantum epistolæ ad Dominum Auienum destinatæ manifestant, personæ meę non emergit obliuio. Deo gratias ago, qui per indebitam delinquentibus clementiam solita miseratione succurrit, dum eos sanctarum animarum intercessione sustentat. non credo quod inter orationes deseratur quem nobilitatis alloquio saluto. ergo humilitate qua dignum est, & rogo, vt illi assidua orationum donetis suffragia, quem commemorationis pascitis vbertate.

ADEODATO. 21.

OLim ad beatitudinis tuæ ſcripta reſponderam, ſi facile fuiſſet Romam per gentium itinera deprehendi. Eccleſiaſtica humilitas a mundi potentibus quaſi res peregrina tranſitur: vt primum tamen Domnus Dioſcorus Romã perfunctus pij laboris remeauit officio ad reſtitutionem debiti, reuerentiam veſtram ſuſpiciens aſpiraui. Vos filios veſtros domnum Fauſtum, vel ſanctam progeniem ipſius redire Romam cupitis, nos manere, diſpar ſententia ad vnũ affectionis callem ſine errore reuertitur. Deus tamen optimus diſpenſator, quod felicitati eius ſcit conuenire, diſponat: mihi domini Fauſti ſuorumque proſperitas præſentiæ vice blanditur. Domine mi ſalutationis cultum pleno amore diſſoluens, codicem, quem dediſtis filio veſtro domno Præfecto remeante tranſmitto; vos meum aut illum quem promiſiſtis ſi placuerit deſtinate. Illud tamen ſpecialiter conferentes, vt orationum veſtrarum nunquam me propugnatione nudetis: quia nullus * niſi murus potior eſſe aduerſus peccati arietem poterit, quam ſi illarum me tutela defenderit.

* mihi

APODEMIAE. 22.

NOn clauda fides eſt opinionis antiquæ, quæ perhibet, quod propinquitas generis

ris non defraudetur longinquitate regionis, manent familiarum suis iura cardinibus, nec quæ sunt diuisa habitaculis dissociantur animabus. percurrit æthereus vigor, vbicunque carnis cognatione perducitur, & illa cœlestis portio vnius [a] patere non continetur angustijs: sic tu domna mea longe à corpore degentem Ennodium perquisitti, efferendo, desideratis nobile munus aspectibus, accepi cucullam, qualem debuit dirigere profitenti religionem: sanctissima ora, vt dignum me humilium indumentis etsi non inuenerunt dona vestra, tamen meriti sui nobilitate perficiant. Domna mea salutem largissimam dicens, rogo, vt crebro venerandis [b] reueletis alloquijs, [c] leua metanas, cuius vos volueritis coloris rubei aut fusci mihi [d] sub celeritate dirigite.

a. patriæ
b. releuetis
c. lænam & racanas
d. subceritate v. c.

STEPHANIAE. 23.

SVfficeret equidem pro epistolari commercio meritum portitoris, cui & vena sua quod loquendum est, & pura [a] contra me ministrat affectio, sed animus meus ad duplicatum festinat obsequium, nec simplici quam reuerentia vestra exigit humilitate contentus, Domno Auieno scripta coniungit, illi quem de stirpe vestra procreatum & vita prodit & oratio. grauiter tamen fero, quod rusticas voces, nimis vrbana & subtili elocutione narratis, non ita [b] contra fami-

a. circa
b. circa

liam veſtram gratia cœleſtis innotuit, vt aliquam in ea liceat maioribus ſuis aut lingua eſſe aut actione diſſimilem: niſi forte quod vos ſupra claritatem ſeniorum ſanctę viduitatis in c. nobis fulgor irradiat, nempe illius domni Fauſti germana es, in cuius prę fectura, quod d monachus inſtituat, inuenitur; quem plus eſt actione venerabilem eſſe quam titulo. Rogo vos ſeruitio ſalutationis exhibito, vt nunquam e Eccleſiaſticorũ indociles compoſitione ſanctis f diſtinctionibus miſceatis. ſufficit mihi quod admirer, quod ſi mereor ſequi debeam in veſtris cenſibus inuenire.

c. vobis
d. f. monachos
e. Scholaſticorum
f. dictationibus

AGNELLO. 24.

LOngo animus meus pependit incerto, vtrum pro diligentia notitiæ veſtræ ianuam ſcriptionis amabili præſumptione pulſarem, & excellentiſſimi hominis per hunc callem pectus ingrederer; an per homines veſtros vaga ſalutatione contentus, ſecreta quibus obſidebar, irrumperem. quia viſum mihi eſt, non eſſe in hominum numero computandus, quem hominum potiſſimus ignoraret. & a plane illi nec mores ſuggerunt fiduciam, nec natura, qui in arce locatis abſconditur: vobis præcipuè, quos vterq; orbis amica & ſocia diuerſitate complectitur, quos Dei timor gratiæ ſuæ comitate firmatos fecit. iam b bonorum ſumma

a. plene
b. honorum

largiri,

largiri,& ad [c] quos vix prȩcipui [d] perducuntur ad opinionis gloriam dare subiectis. laudandi sunt apices, sed ad eos sudore maximo vix venitur:quod tamen feliciter dictum sit, & inter munera nostra sunt culmina. Ergo salutans reuerenter epistolam breuitate concludo, ne ante dignationem vestram videatur importuna laudatio; latius post responsum paginale,quod moribus, quod potentiæ vestræ conuenit eritis mundo mecum attestante lecturi.

c. quod
d. perducunt

MASCATORI. 25.

ET me sperare quod plum est, & vos decet annuere. Nam disparibus vijs ad vnum finem remuneranda tendit intentio, vos solatia rebus impenditis, à me [a] tenuis sermonis [b] præstolatur auxilium. sic fit, vt cui incumbit per officij considerationem præstare potiora, vix possit exigua. reddat ingenuitatem homo palatij, quia Ecclesiæ nihil amplius sufficit, quam precari scitis pro [c] vascinis, à quo veniat retributio si iuuentur. succurrite his, quos in patria terra [d] captiuat, quibus ex inuidia est cum originarijs, & conditio dolenda cum profugis pluribus:Christianum & sapientem non decet admoneri,ne longa deprecatio fructũ sibi videatur adscribere laboris alieni. Saluto ergo humilitate qua dignum est,& vt prȩfatos cum gaudio remittatis,imploro.

a. tenue
b. postulatur
c. ascinis
d. captiuos

B. E N-

B. ENNODII EPISTOLARVM LIB. XII.

ENNODIVS HILPIDIO. 1.

ET si te immemorem mei pontica facit inhumanitas, me tamen imitari non decet quod accuso. sic de ciuitate Mediolanensi quasi Icarus aduolasti, & nec mandati me salutatione dignatus es. sic faciunt quos potentum lateribus iungit inopinata soliditas. musca a moritura. iustum est, vt si per naturam non potes ad effectum meo inuiteris exemplo. possunt tibi alij pro abundantia facultatum vtiliores existere; esse tamen non valent dulciores: sed redeo ad considerationem patriæ tuæ; cui debes bonorum obliuionem, & miseriam qua laboras. Nunc ergo honore salutationis impenso seruum tuũ ad hoc direxi, vt filio tuo domno Præfecto & tibi nunciaret in Christi nomine, me de suburbano illo documenta legitima suscepisse, vt vos cum filio vestro domino Trigeua quod necessarium videris agere non omittas.

a. moritur

FAV-

FAVSTO. 2.

SPero in Trinitate Deo nostro per suffragia veneranda Sanctorum, quos seruos in quocunque loco positos, quemadmodum munitur oculi pupilla, custodiat, & ad bonam valetudinem reducat, quidquid inimica fregit inæqualitas. Ego tamen etsi corpore nequeo, sequor officijs: nam imperio sollicitudinis verba congessi, deprecans vt quam sani sitis edocear. ecce vix fero breue absentia longa fatigandus: sed potentes sunt, & amici domini quibus vos [b] omnia sancta commisit. Ego memores vt depositum seruent sine cessatione conuenio, aderunt partibus suis, & quod ab eis susceptum est, summa imminutione seruabunt: his addo, præstãte omnipotentis Dei misericordia, seruos vestros de Venetijs iam regressos exhibuisse documenta confirmata de legibus, hic introductionem solemnem ilico fuisse confectam; nunc vtrum amico à vobis dici aliquid debeat, illa qua soletis maturitate consulite.

a. concessi

b. anima

LIBERIO. 3.

DAtum est mihi cælestis infusione mysterij libera habere iudicia, & iam cum sim beneficijs obligatus. Est enim superni muneris, vt ingenuam sententiam ferat obnoxius, nec [a] delectetur immanitate gratiæ

a. delitietur

vigor

vigor examinis. diuinum est quando sine corruptione de te loquitur, cui multa cõtuleris, nec iniquum potuit aliquid in lance veritatis, donorum tuorum opibus subiugatus. nam vbi de [b] potentissimis sermo est, & in aures mundi itura formantur, publicum testimonium priuata actio cur obumbret? Debeo quidem celsitudini vestræ plus quam vniuersitas: possunt ora depromere, & epistolaris angultiæ [c] longe contentus, satis modicum de illa meritorum messe prælibo. felicissime hominum, hic totis hostilitas virium suarum laborat impendijs, vt per totum orbem tu solus dissipata componas. æstimationi remanet, qualis sit ille cui militas, quando lapsa, exuta, perdita, cum te aspexerint, conualescunt. Vix pascebatur Italia publici sudore dispendij, quando tu eam sine interuallo temporis & ad spem reparationis, & ad prębitionem tributariam commutasti, læti cœpimus te moderante inferre ærarijs publicis, quod cum maximo dolore solebamus accipere. fuit semper vbertas nostra dispensatio tua; iuuerunt venerabile superna consilium. nam vires vectigalium tu vel nutristi pro bono publico, vel dedisti culminibus homo omnibus sublimior. Tu primus fecisti regales copias sine malo priuato concussionis [d] affluere. tibi post Deum debetur, quod apud potentissimum dominum, & vbique victorem securi diuitias confitẽtur. tuta enim tunc est subiectorum opulentia, quando

b. potissimis

c. lege

d. effluere

quando non indiget Imperator. Quid quod illas innumeras Gothorum cateruas vix scientibus Romanis larga prædiorum collatione ditasti. nihil enim amplius victores cupiunt, & nulla senserunt damna superati. Taceo consideratione paginalis eloquij, communionis & blandimentorum tuorum mella præceptis cœlestibus instituta, non minus rebus nobilitata quam verbis, orationem meam ad ea quæ eminentiæ tuę debentur vota transduco; quia mecum * *Gallia* in hac adstipulatione conuenit, nec Christo Deo viuo disponente ordinatis illis quibus ciuilitatem post multos annorum curriculos intulisti, quos ante te non contigit saporem de Romana libertate gustare, ad Italiã tuam & poscentibus nobis & illis tenentibus reduceris. Sic vtriusque orbis per sanctas actiones indigena venerabilem dominum, & summates filios cum vniuersis Italiam possidens, videntibus felicis præsentiæ tuæ dote sublimes: Ego autẽ seruitijs salutationis exhibitis, valere me nuncio, & de vobis, quod voto meo satisfacere possit, expecto.

* Galliæ v.ẽ

c. circulos

AVIENO. 4.

BEne erat animo meo si vel ad scriptionem frequens portitorum suggeretur occasio. Quia in remedio desiderij senior prouidẽtia munus literarum comparauit, in quo a ad inuicẽ præsẽtiæ formato æstuãtibus blanditur alloquio, & licet de ipsis remedijs

a. ad vicem

mens

mens ægreſcat abſentium, & de medicina ſollicitudinis cura geminetur; attamen non
b. Ergo ſunt deſerenda quæ ſola ſunt: [b]ego infante Valentino Romam petente, quantum ſub celeritate potui, de his quæ erant loquenda ſubripui, breuiter ſignificans valetudinem corporis mei fuiſſe turbatam: ſatis eſt tamen
a. veſtræ ſi nuncio proſperitatis [a]noſtræ dum ſit hilaris anima conualeſcam. Domine mi, ſalutationis munijs, ſicut reuerētia veſtra poſtulat, exſolutis, rogo, vt iam me de votorum effectu, & de bonis veſtris epiſtolaris ſubleuetis promulgatione colloquij.

AGNELLAE. 5.

GRatum mihi eſt ad magnitudinem veſtram literarum munera promulgare; quia & generi & conſcientiæ veſtræ non tam exhibetur honor iſte quàm redditur: iuſtum eſt, vt religioſi homo propoſiti ſanctam viduam & nobilem veneretur ingenuus. ago Deo meo gratias, quia bonus opinionis veſtræ ad nos odor emanauit, ille vſque ad conſummationem vitæ fructus tribuat, qui bonam radicem in hac ſæculi conuerſatione plantauit. Bene feciſti domna Agnella, mundi iſtius blandimenta reſpuere, & dum celſiora ſequeris, etiam quæ potuerunt venire à
a. Scisti legitimis remedijs, non habere; [a]ſcis non ſolum veniam quærere, ſed coronam. gaudeant de medicina languentes, prope eſt, vt proximus

mus sit integritati cui conceditur, vt feliciter dediscat illecebras. Ergo domina mi, salutationis gratiam honorificentiamque persoluens, rogo, vt pro me amico & parente tuo Apostolorum luminibus non desinas supplicare, vt merear seruare, quod prædico, & quod in alijs extollo ipse non negligam.

AVIENO. 6.

QVi miratur officij terminos in amicorum me laudibus egressum, recolat quam imperiosa est semper affectio, nec parens propositi legibus vis amoris; & profecto si facti mei rationem quærat, religionem vocat quod mentiebatur excessum.

AMBROSIO ET BEATO. 7.

Virtutes commendat carmine, Verecundiam, Castitatem, Fidem. Artes quoque Grammaticam & Rhetoricam. Item claros ea tempestate viros.

DEo obsequimur, dum eius conuenientia monitis impartimur. Nam quod petitioni vestræ studio caritatis adquiescimus, mystica sunt præcepta. Multis etenim supplicationibus exegistis, vt pagina vobis concinnationis didascalicæ fingeretur; volens me in multorum iura submisi, Quia videbo quid in verbis exhibeatur examinis. sufficit si me in voto prædicetis: Ego tamen

a. imperamus.
b. videro
c. adhibeatur
d. prædiceres

tamen in foribus ſcriptionis quod viuificat non tacebo. Deum tota mentis intentione mundis tenete viſceribus, & contra vos precum frequẽtatione mulcete, nullis ab eo animarum fornicationibus, nulla tranſactione deducti. fouete etiam proximos, quos facit naturale collegium, & ne quod vobis factum dolori eſſet, vos feciſſe gaudeatis. huius boni fructus eſt, quidquid optatur. Me tamen diu tenuerunt anxium [e] deſiderationis incerta, vtrum ad vos per carmen, an epiſtolari lege verba promulgarem; elegi affectionem meam [f] contra vos meam vtroque dicendi calle patefacere; quia & præcipientem decet fortis elocutio, & preſſis admonitione mentibus melioris ſtyli cura ſubuenitur: ergo benigne exacta ſuſcipite.

e. deliberationis

f circa

Quamuis ſit tenerum mādore mellis, &c.
In Poëmat. pag. 29.

Ergo dictorum aliquoties amœna fugientes materiam ſolidam ſuo ore celebremus; nec ſentiat virilitas operis eneruati damna ſermonis. non refugit profeſſionem meam monitoris officium, quia decet præcedentes emendatio. & ſicut poſt tergum relictis pax eſt, facem de innocentia proferri; ita ratio flagitat, vt etiam verbis iter quod ſequantur oſtendas, cum diuini voce conſtet hortaminis: *Argue ſapientem & amabit te*, & non reticeat ſæcularis aſſertor,

Prou. 9. 8.

Quẽ præceptorem ſancti voluere parentis
Eſſe loco.

Iure enim & affectionis ſupercilio collocatur,

catur, quē benignitas corrigēdi prōptius asserit quā ipsa natura generare. Genuisse etenim libidinis testimonium est, erudisse pietatis. Ergo ad disciplinarum arcem * properantes matrem bonorum operum amate Verecundiam, quæ ita ex se variarum species virtutum fœcunda, & virgo parturit, vt impudentia procax & corrupta vitiorum. hæc vos hac voce, vt ad eam tendatis, hortetur.

* prosperātes *V.c. non recte*

Tingite candentes roseo de murice vultus, &c.
Pag. 32. Poëmat. infra.

Nefas est huic tam sacro manus negare consilio, quando & ipsa, quæ loquitur quæstuosi decoris dote redimita nobilitatis vel amplificat bona vel suggerit. Pudori ergo cognatam semper sociate Pudicitiam, quæ ætatis præiudicium cana moderatione temperans, annis feruore tumentibus peregrinæ [a] fuga dispensationis admisceat, & edomita erroris appetentia, carnem sapore sanctæ conuersationis illiciens, recti diligentiam studiosam in vobis videri faciat, non coactam. Hæc tamen ventris castigatione procuretur, nec inimica eius ferculorum populosis nutriatur erroribus. Exigit enim [b] commensatio magno quæsita dispendio, & bonorum damna meritorū; & vno calle [c] meorum veniunt detrimenta vel censuum. Hæc si ad vos gressum protenderit, his eam tonare oportet [d] alloquijs.

a. frigus
b. comissatio
c. morum
d. eloquijs.

Nil moror afflictos constanter prodere vultus, &c.
Inf. Pag. 32. Poëmat.

Hanc admittentes fidei ornare consortio quia sicut in emendatis moribus principem locum obtinent, ita suis spoliata dotibus non tenetur. nec fas est quasi singulare occupari, quod constet ex pluribus: nobilia serta nisi multiplicibus pratorum non componuntur spolijs: ex varijs gemmis vna diadematis solet constare formatio; semper admirabilis electri corpus numerosa metallorum membra pepererunt: proinde, quia nihil est, quod fidem possit [a] amare foueatur, & ita in diligentiæ messe coalescat, [b] non lacteus alimenti diuitis culmus importune demessus falce moriatur. Ergo recedat ab instituto vestro clauda pollicitatio, & per vsum in naturam transeat res sequenda: hæc tamen his vos conuenire putetur [c] affectibus.

a. anteire, foueatur
b. ne
c. affatibus.

Qui cupit cœlo sociare terram, &c.
Infra in poëmat. pag. 31.

De præfatis virtutibus faceſſat studiorum liberalium deesse diligentiam, per quam diuinarum bona rerum quasi precioſi monilis luce [a] sublimetur, quia non multum à fœditate seiungitur imperfecta formoſitas, & qui non sufficienter magnorum tetendit ad culmina, miserorum [b] infirma vix reliquit. Iste tamen præ foribus quasi nutricem ceterarum anteponunt Grammaticam, quæ adoleſcentium mentes sapore artificis, & [c] palmę locutionis [d] illorum, quid Tullianum colorem scintillis præfigurati vaporis [e] adducit, fabricatum. Martius campus militem ſuſcepit,

a. sublimet
b. infima
c. lanæ v. c. f. sanę
d. illiciat, & ad Tullianum
e. adducat

pit, quem simulacrum mentitæ dimicationis f amauit: nec pedem retorquet à classicis, cui buccinarum clangor & mysteria belli inter pacis blandimenta crepuerunt. Vsu enim virtus nutrita grandescit, & de institutione nascitur periculorum tolerantia. Consummati roboris viros principia viderunt timentes. Bene est si Rhetorum dextra, & libertas illa linguarum g formantes Grammaticorum fornace enses accipiat, qui ne manifestis cedant ictibus frequens contulit imago feriendi. in hac cautione opus est supra ætatis immaturæ naturalem pæne licentiam artis crescat affectio, & de continua per pædagogos, & indicta necessitate clari operis spontanea cura prosiliat, ostendit tamen ad bonam voluntatem se tendere qui vt cogitur acquiescit: iam pæne in studio habet honestatem, quem non offendit sollicitudo monitoris: tamen sectatoribus ista loquitur.

f. animauit

g. formator

Mentibus damus saporem, dum polimus fabulas, &c. Pag. 30. Poëmat.

a Hoc nos digredientes iam instituto Rhetoricis lituis euocat Mauors eloquentiæ, & quasi loricam b humi ita componit varijs & connexis causarum munimenta particulis. Nam nodosis orationis artibus insolidam, & simplicem formam coactis vnam sermonum pingit effigiem, in qua ita quadratis sociantur diuersa mensuris, vt nec diuisio deroget coniunctioni, nec c virium aggreganda valeat cum opus est d segregare

a. Hac vos

b. hamis

c. viritim

d. se negare

partitio. Vos [e] prętermisso laudis sapore mascula dictio, & humani [f] saporis laciare supercilium sic adhortatur post apicem diuinitatis: Ego illa sum, quæ vel commuto si sint facta, vel facio, [g] quam tuus actionum tenebris inuoluto lux sufficit, quam loquendo contulero. Ego sum per quam exspectant homines reatum de turbida, & innocētiam de serena. Per me fusca splendorem conscientia, per me luce sua radians aduenticia nocte tegitur: vel si sit ignara tenebrarum, est quod non confidit puritas, nec culpa suspirat. ad meum compendium vbicunque est Romanus inuigilat. Fasces, diuitias, honores, si non [h] ornaueris abiecta sunt. nos regna regimus & imperantes salubria iubemus. Quid? quod declamationum nostrarum oblectatio vincit vniuersa, quæ sapiunt & opinionem, quam conciliamus, æterna est. Ante scipiones & trabeas est pomposa recitatio. de virorum fortium factis, quod volumus, creditur, actum nemo existimat, quod silemus. nobilia germina ex nobis fusa orbem totum Sole claræ perfectionis irradiant. Poëtica, luris peritia, Dialectica, Arithmetica cum me vtantur quasi genitrice, me asserente sunt in precio. Audite tamen & carmen alieni, quod nobis suggerit ludus officij.

e. præmisso
f. sermonis Latiare
g. quantisuis v. c.
h. ornamus

Sic noster tantum non stringunt crimina quenquam, &c. Inf. in Poëmat. pag. 31.

Fausti

Fausti & Auieni Laudatio. Item Probini, Cethegi, Boëthij, Agapiti. Ac seminarum Barbaræ, & Stephaniæ.

HÆc ergo dulcissimi & assequi contendite, & adepta custodite, sed replicetis: Quibus ad ista magistris? quibus vtamur institutoribus? quorum erigamur exemplis? cum *Faustum & Auienum* læculi nostri beatitudinem, & Latiaris flumen eloquij, aulicis districtum teneat sors secunda consilijs. Quos dum manet cura, generalitate vestitur: quorũ tentare præconia idem est, ac si lucem Solis & potentiam velis diuinitatis asserere; sed istis in bono publico desudantibus patricij *Festus*, & *Symmachus* omnium disciplinarum materia & constantes forma sapientiæ de vrbe sacratissima non recedunt; in ipsis est nobilis curiæ principatus: quos vidisse erudiri est. Non apud eos sermo de ludicris, nec Pantomimorum vix [a] agnoscenda commemoratio. illi auram popularem per pudoris detrimenta non capiunt, contenti rectis magis placere, quam * plurimis. Sortiuntur de innocenti actione testimoniũ istorũ, quãuis [b] in onerib⁹ iussa sequẽda sint: est tamẽ in illis & magistra taciturnitas, & eruditi forma silentij, [c] est Improbinus Patricius, placidi germinis examinata claritudo, quam eruditorum familiæ mores ad vnguem ducti contulerunt; qui & de patris & de soceri hausit fonte quod mundus est. Est patricius *Cethegus* eius filius, vir consularis, qui canam prudentiam

Fausti & Auieni laus.

a. ignoscenda

* Terent. prol. Eunuchi: Si quis est qui placere se studeat bonis, quam plurimis.

b omnibus

c. Est etiam Probinus

Cethegus

minor transgrediens sine ætatis præiudicio habet & prouectorum saporem, & mella pueritiæ. Est *Boëtius* patricius, in quo vix discendi annos respicis, & intelligis peritiam sufficere iam docendi, de quo emendatorum iudicauit electio. Est *Agapitus* patricius & honestate diues & scientia, est Probus vester, quem si sequamini illum *Faustum & Auienum*, quos prædixistis, præsentes etiam cum desunt, habebitis. Ceteros claros viros, quos tantum ad me opinio detulit, silentio relinquo, per vos, si vobis iam cordi est maturitas, aut per eos quos sum præfatus agnoscite. Manifestis enim patet indicijs amicus bonorum: nec in altero mores quisquam hominum, nisi quos [d] in se formauit, amplectitur. Iam si matronarum delectat additio, habetis Domnam *Barbaram*, Romani florem genij, quæ testimonio vultus patefaciat lucem sanguinis & saporis: in qua inuenietis & verecundam Securitatem, & de bono actionis confidentem Verecundiam, sermonem naturali & artifici simplicitate conditum, vt nec lepos deuenustet alloquij, nec duris splendor feminarum rigescat affatibus: in qua sic in naturam [e] traxit honestatis diligentia, vt si vel mentiri velit, non possit errore; sonat pudicam lingua dulcedinem, nec mentis nubilum tecto sereni sermonis operitur. hoc est pectoris quod loquelæ. det veniam fœminarum diadema præsumenti, quod eius inuideo quieti. Velim illam omnibus

Boëthius patricius

Agapitus patr.

d. informauit

e. transijt

mnibus Italiæ ſ partibus imitationē præferi, vt quæ non acquieſcunt monitis, formarentur exemplis. eſt illic etiam *Stephania* ſplendidiſſimum Catholicę lumen Eccleſię: cuius natales ita maiore luce fulcantur, ſi mores intelligas, ac ſi facem mundi oculus Sol obumbret. ſi ingenitę conuerſationis radios ſeponas, plus eius ſanguine nil lucebit. Iſtorum quoſcunque præfatus ſum cæleſtis vos diſpenſatio iungat oblequijs. Ecce habetis gratiæ meæ obſidem paginam, quam velut pædagogum ſectamini. det autem vobis Deus, quod decet & velle ſemper, & facere. Ergo ſi pompoſa oratione non valui, ſoratione vos memor profeſſionis adiuui. f. patribus g. f. hortatione

MESSALLAE. 8.

SCio equidem vos pro deſiderio meo fuiſſe ſubtractos, ſed aliud ſpei de ſollicitudine veſtra perceperam. nam & qualiter domnus Deo præſtante valedixerit, & qui vobis itineris ordo fuerit, ſi mei memor eſſes agnoueram. ſed quid facio qui negligentiam veſtram, nec ſuggerendo formam affectionis expugno? Ergo ſi te Chriſto Deo noſtro tribuente ſpes nuptialis afflauerit, Ennodij memoriam non fugabis: quando nulla ſic ceſſit maior diligētia, & pius amor excluſus eſt, tantum à pectore tuo quantum ab oculis ſubmouebor: ſanus eſto ſalua vita patris & fratris tui. Deus vobis benefaciat,

agnoſcant quod paſcat auditum, quale vultis a. circa
a contra me exhibete propoſitum. Vnum te rogo, honore ſalutationis exhibito, vt apud dominos Apoſtolos pro me digneris preces offerre, vt ipſi miſerias meas medicinaliter curent; nec patiantur me quidquam velle: quod non decet, caſtigent preſumptiones mentis & corporis. Quod ſi facias, credo pro innocentia & puritate tua te melius pro me, quam ſi eſſem coram poſitus, audiēdum.

AVRELIANO EPISC. ARELATENSI. 9.

DEbeo equidem dolori meo vocem, ſed reuerentiæ veſtræ taciturnitatem: & a. mœrorem fortè meliùs a memorem de abſtinentia ſermonis veſtri b ſequeretur muta diſſimulatio. b. loqueretur vrbanum enim & ſubtile erat, vt eiſdem lineis, quibus in me delinquitur, c pœna delicta feriretur, vt ſecum haberet culpa vindictam. Sed quo me vertam, qui immemorem mei & humilium notitiam reſpuentem per pertinaciam amoris inſequi non deſiſto? nunquid non repudiati importunitas mater horroris eſt? cum placendi per aſſiduitatem deſiderium, materiam exigat diſplicendi? Nam quidquid mente fugimus, ingeſtum oculis vix videmus. O ſi mihi liceret adhuc æquali cum beatitudine tua ſorte contendere, ſed dormiunt apud coronam tuam propinquitatis priuilegia d priuſquam pater eſſe meruiſti; e retium quiſque hominum perire

c. potiorum delicta feri-rentur,

d. poſtquam

e. retinet quiſquā f. quiſque

ſuis

suis iura necessitudinis incrementis, & accessione pię dignitatis, & generis & diligentiæ vincula dissolui. Ergo decuit euectionem meriti vestri instabili mihi esse rumore compertam, & de f omnibus gaudijs adhuc pendere opinione contentum. electus sum, cui bonum generale taceretur, vt rem aurei. sæculi solus pro conscientiæ meæ obscuritate nescirem: nobilis vita g & genere, apicem Ecclesiastici honoris ascendit, & me dedignatur alloquio. vere, tale factum aut studio aut negligentia euenerit, non probatur; ego tamen seruitia salutationis impendo, & h Italia supplicante, vnde tristitiam habuerim sine dissimulatione manifesto.

f. cõmunibus

g. vel genere,

h. Italica simplicitate.

AGAPIO. 10.

DVriter officium gestientis animi ad memoriam tristium mens recordatione stimulanda reuocauit. Nam semper *remedium doloris obliuio est*, quia quod ratione non possumus, temporum prolixitate sepelimus. Bene est, quia diuturnitate senescit afflictio, & magni doloris consolatio, a cuius per silentium procuratur. Nam in huiusmodi negocijs plus agitur nil agendo. sed quid facio? quia epistolæ vestræ lectio iam obductæ cicatricis penetralia rescindit, & sepultam immaturi funeris recordationem amara sorte viuificat. Ergo ego communi fratri consolationem dare poteram, cum si quid huma-

a. citius

humanitatis in me esse creditur, sic dolerem; aut vnquam flens placuit consolator : ergo expectatur medicina de morbidis. nō de me, domne Agapi, bene iudicas, si & germani
b. mœroribus tui [b] moribus, & in obitu spiritalis filij, ego quasi opinioni tuæ disputator occurro. sana pectora iter curationis inueniunt. Nemo alterum, nisi ipse laborat, absoluit. sed hinc alias potens est Deus, qui solus ad ista valet occurrere, & communis mali subleuare pressuram. Vos tamen, honorificæ cultus salutationis impartiens, rogo, vt crebro mihi epistolaris commercij munera conferatis: ad quæ studia pigrum esse nec amantem conuenit, nec facundum.

LIBERIO. II.

Virg. VI. Æn. Hom. Iliad. β. Pers. Sat. V.

SI Poëtarum spiritus disciplina paginalis admitteret, & centena ora & vox ferrea vix quod Celsitudini vestræ à me debetur verborum vbertate referaret: sed quia magnis obnoxius vix ad
a. parua [a] pauca sufficio, prouidi
b. post Dei mis. [b] prius Dei misericordiam vestræ gratiæ repensorem. nam frater vester domnus Faustus dum debere se beneficium, quod mihi tribuistis, eloquitur, ab imbecillis ceruicibus grauis oneris sarcinas amolitur. Sunt inter duos præcelsos ista communia, vos vobis & dare digna nostis & reddere; me sub
c. sola manet de [c] fasce vestri muneris constitutum solamen, & de obnoxietate confessio: dum præuentum gratiæ

gratiæ vestræ mole, quod voti compotem fecit hoc imparem: adsum tamen partibus meis, & inter orandum, quamuis peccator, Deum, vt pro me quoque vobis reddat imploro, Ecce duo ista sufficiunt. Nam & de cœlo pro me expectatis, quod vos exhibuisse meministis, & est æqualis qui se debere fateatur in terris. expecto tamen beneficij vestri celeriter supplementum, vt literas quales per sublimem virum *Tranquillinum* sum precatus, accipiam, his tamen aliam vobis miserendi viam bene morum vestrorum conscius exhibebo. *Camilla* parens mea intra Gallias, & viduitatis miseria, & geminæ etiam captiuitatis succubuisse fertur incommodis. Nemo est, qui tam multiplices necessitates præter celsitudinem vestram possit auertere. generis mei[d] patronis, quod in Italia possitis præstitit, non neget in Gallia, vt vel de casellulis ipsius ordinatione vestra, dum ab eis fisci onera deriuantur, ad præfatę alimenta sufficiant. Domne mi salutationis seruitia dependens, rogo, vt portitorem præsentium hominem meum, quem ad hęc exequenda destinaui, Deo vobis inspirante, ad meum effectum eminentia vestra iubeat cōmeare. num quid dubitare de postulationibus suis eum conuenit, qui se nouit etiam illa, quæ non poposcerat, impetrasse?

d. f. patronus

AVIE-

De vxore recens ducta gratulatio egregia, & instar Epithalamij.

a. iucundis

DVm a iocundus adhuc Deo dispensante fruerer de præsentiæ vestræ vicinitate conspectibus, & amabilia colloquiorum mella venerabili mendacio retineret auditus, occasio mihi scriptionis oblata est. Fateor, diu nolui medicinam desiderij; dum altera procuratur inrumpere, delectabat series animo meo pia ludificatione blandita. nolebam conscius deprehendere, quæ pascebat in amore fallaciam. Bene enim sapit studijs vestris b obsequij actio: & pro vero libenter admittimus dulcium imagines nunciorum c grata suprema quoties fugantur vigilijs ingemiscimus, & illud mortis simulacrum de placidis deceptionibus plus amatur. Ergo nunc mihi, quia illud quod præfatus sum stare non licuit, exequendum est quod remansit. Aliquis hominum pro peccati sui onere sic laborat: affligerer nisi vos viderem ad cupita d productus maceror. Quia quæ poscebamus Deo tribuente concessa sunt; nunquid alicui accessit de lætitiæ occasione quod torquear; aut de messe gaudiorum egressa est planta tristitiæ? Gratias inseparabili Trinitati, Deo vero. qui vt vota impleat, aliquoties vota contemnit. Ipse ergo coniunctionis tuæ copulam respiciat, ipse

b. obsequuta seductio

c. gratas. Omnia quoties. f. omina

d. perductus

vnum

ynum faciat ex duobus, qui in primi hominis corpore, dum adhuc natiua & intemerata immortalitate gauderet, e vtrosque formauit. Iungatur tibi vxor vt Abrahæ Sarra, vt Isaac Rebecca, vt Iacob Rachel cęlesti benedictione sociata est. habeas continentis præmium, frugem & dulcedinem cōiugati. Legi Dei pariat solutio virginalis, dum quod in se subtrahit reddit in sobole. nesciat externam diligentiam bene in vobis solidata communio. illa matrem tuam moribus & conuersatione restituat; tu parentem. Non f pareat mundo maiorum tuorum, dum in te nascitur, amplectenda formatio, nequaquam peregrina vitæ exempla, nec non aduenticia postulantur. in oculis locata sectamini. Ecce ego qui hymenæis tuis interesse non potui, hac te precum mearum persecutione communio: vos ad vicissitudinem exhibete crebra colloquia. Domine mi salutationis amorem & reuerentiam persoluens, rogo, vt si memoriam mei de illa locupleti recordatione non truditis, & orationibus me colloquijs subleuetis.

e. veroſque v.c. *sed male* vtroſque

f. pereat

ADEODATO PRESBYTERO. 13.

QVantum à me merito, quantum actione sis clarior orationum tuarum referabit effectus. Ecce domini Fausti filij tui abstractam de solatio meo partem maximam tu tenebis. Ego quidem sanctis & legali-

legalibus desiderijs precum impedimenta non attuli; sed tãta me Domini Auieni perculit pro eius caritate discessio, vt lacrymis prosequerer, & ad optata tendentem, patuit humanarum rerum in hac causa de diuersitate formatio. illum euocarunt Christo duce, votiua me referunt: illi blanditur de coniunctione vicinitas; me de sequestratione compungit. Ecce de precum mearum fruge sollicitor, & adeptos nos, si quid in hac parte postulatum est, quod cum CHRISTI pace dici liceat, ingemisco. sed inter hæc tali diligentiæ curatione sustentor, quia Dominum Auienũ superantem vota reddidimus. habet de origine eius Roma iactantiam, Liguria de protectu: ibi domino Fausto filius naturę lege concessus est; hic eruditione patefactus. minus fuit cum generalitate hominẽ nasci, quàm quod mutabilem videbatur Faulti sobolem comprobari. Referamus ad Deum beneficia sua, & ipsi pro illo [a] referamus gratias, à quo poposcimus quæ tenemus. vos salutationis meæ obsequia pro sancti [b] prætoris vestri puritate suscipite, & codicem recipientes meum cum illo, qui à vobis promissus est, destinate.

a. exhibeamus

b. pectoris

CAESARIO EPISCOPO ARELATENSI. 14.

QVod spe *perceperam, literis indicastis. Nam venerandi promulgatione colloquij, quid cælestis Imperator dominum

*f. præceperã

num Regem circa vos facere compul. isset
agnoui. Ego sum cui a priusquam meritum a. postquam
vestrum patuit, nequaquā se felicitas actionis abscondit, qui hominum nobilissimo in Christi seruitute Pontifici terrenas dominationes nesciat esse subiectas, & minacē b rei b. regis
potentiam innocentiæ obiectione superari. quando principalis purpura aut cilicia despexit, c aut paululum quando libertas illa c. aut pallium
potissima credidit sibi ante Christianam humilitatem licere, quod voluit? aut quando ei licuit velle quod læderet? Quod si inter hæc canæ ætatis exempla recolantur, & sæuitiam d contra cultores Dei tyrannicam re- d. circa
ducas in medium, scimus quia ab illis nostri dogmatis sectatores, ne vnquam morerentur, occisi sunt. tunc militibus suis vitam, æternitatem, & obsequēte gladio perpetuus ille dux contulit; illi inimicorum suorum ministerio perdiderunt originariam vilitatem. Te, mi Domine, in orbe iam Christiano, diuina lex peperit, & Apostolici vberis e. diuā
lacte nutriuit: Tu ceteros velut Solis magnitudo astris minoribus comparata transgrederis: Te qui interioris hominis oculis inspexit, instructus est. nam cum & facie ipsa foueas puritatem. delinquentes feriato ore castigas. Boni de cōuersatione tua quocunque processeris imitanda inueniunt malis fugienda demonstrantur. Beatus tu cui à Deo tributum est, vt & monitis doceas & exemplis, qui ad pij itineris directū semper

f. fortiobortet, existens præuius inuitasti. Quis non f oportet te loquente, vt sciat plura non legere. Tu dum libris genium relatione concilias, & magistros informas: Tibi debet quicunque ille scriptorum maximus, quod eum dote elocutionis amplificas: in te lux conuenit sermonis & operis. Vnde hæc prærogatiua Transalpinis? Vnde parentibus meis inauspicata sublimitas, vt talem virum miserint? Sed cur inter terrena quæritur res cœlestis? potuit ergo ante quodlibet palatij supercilium non iacere. potuit tibi cupita subtrahere, g quando mitiorem ouibus sola faciunt errata h pinguiorem. Latius me & meritum vestrum vocat, & i diligentia, & loquacitatem meam lex epistolaris includit. Quod superest benigni seruitutis meæ munus accipite, & me Deo nostro orationum suffragijs intimate; frequenter de his quæ vobiscum aguntur vel acta sunt informantes. deprecor etiam vt quid apud vos promouerit Rustici supplicatio, (qui quantum audio, fornicationes suas nomine vestit vxorum, & vocabulo legis putat excusari posse rem criminis) mihi manifestes ministerio literarum.

g. quē mitiorē

h. pugnacem

i. diligentiam

AVIENO. 15.

VBi sunt, qui dicunt inter habitatione discretos diligentiam non durare, & affectionis calorem terrarum diuisione tepescere? nec longius procedere mentes posse quam

quam oculos. Ecce amoris mei plenitudo violentia sequestrationis exæstuat, & colloquii medicina languidior corporis sedibus non tenetur. Deum tamen a quo contra vos respexit vota nostra benedico, qui vos non solum nobili, sed, quantum fama nuntiat, sancta moribus vxore donauit. cultores Christi perfecta omnia promerentur: ipsis solis in coniunctione opum, mentium & sanguinis claritas non negatur: Ipse percipiebam, quod posset talis effici, qualem ad te audio iam venisse. transit existimationem meam, quid de eius hominis profectu sentiã, quẽ audio ab optimis inchoasse. Domine mi, gratiam salutationis impertiens spero vt petitionem sancti Episcopi patris vestri dignemini incunctanter efficere, & hominem ipsius classici illum de quo securus sum gratiæ animum condonare.

a. qui circa vos sup. epist. 12.

MESSALLAE. 16.

SOlent inauspicata felicitate superbarum mentium colla mollescere, & rigidioris propositi nouo gaudio supercilia temperari. Nam benignitatem seminat quidquid votis obsequitur: nec plus aliquid humiliat potissimos quam optata sublimitas. Iudicium communionis & obsequij est ad apicem peruenisse. Tu postquam ad cupita proiectus es, & ignorato hactenus tumore me despicis, & quid in melle tuo respicias oblitus

de sola amicos veteres futuræ vxoris opulentia contemnis, nescies sarcinam venire vnde æstimas commeare rem præmij. primùm quod mobilem esse non decet, qui originis suæ radios non obumbrat: deinde quia vnde despicior, vindicabor. Ergo ad vsum promissionis benignæ reuertere, ne videar manifesta suspicatus. Ego quia hactenus à scriptionis munere tẽperatis, in hęc verba prorupi; vos aut factũ diluere aut affirmare innocentiam conuenit nobilitate sermonis. Domine mi, salutationis plenissimæ officia persoluens, spero vt qui diligentem neglexisti, saltem colloquijs facias arguentem.

FAVSTO. 17.

DEo gratias, qui iuxta desideria mea, ne aliquando à scriptione temperem, negocioſa facit esse colloquia. Potest enim & vtilitati prodesse, quod exigit ius amoris. Proinde Domine, indicia meæ valetudinis faciens, fugacem puerum vestrum, Germanum vocabulo, qui ante triennium lapsus est, me suspicer inuenisse: de quo indiculum destinaui: qui si vere vester est, mature sequenda cognoscam. Vale.

EIDEM. 18.

MVltiplicibus veneratoris vestri, affinis mei Iuliani negocium Marcellini laborat insidijs: qui ad querelam tantummodo paratus de iudicij integritate diffidit. Vitat, quæ optat, examina. Nam postquam nescio quod præceptum ad Geuicam exhibuisse perhibetur prædictus supplex vester ad Mediolanensis fori audientiam mox concurrit, & per triginta aut quadraginta dies præsentiam suam publico, sic oportebat, ingessit iudicis. Contestatus est ipsam Geuicam, qui ordinatus asserebatur. Impulsor vt susceptum suum ad iudicia destinaret, admonuit Dominum quoque Trasemundum, sicut ex litteris ipsius poteritis agnoscere, fecit scire sed nihil apud eum profuit, cui solæ latebræ in causa misera possunt esse remedio: pro quo rogo, quamquam apud vos precibus opus non est, vbicumque veritas innotescit; quia ōnia huius rei instrumenta transmisit, vt ordinatione vestra ab huiusmodi molestijs efficiatur alienus. Domine, salutationis obsequia deferens spero vt à prædicto inquietudinem remoueri, qua soletis cura, faciatis, & meam sollicitudinem de prosperitatis vestræ statu litteris subleuetis.

EIDEM. 19.

PAucis asserendus est, quem & notitia senior, & opinionis bonæ lingua commendat. Non indiget prolixitate sermonum, qui suis apud magnitudinem vestram dotibus, adiuuatur. Sublimem virum Vitalem loquitur præfata concinnatio, quem os vestrum fecit sacri consortio gaudere collegij. Ergo extraneis munietur epistolis, qui orationis vestræ beneficio curiam non peregrinus ingreditur. Et cui reseratis libertatis penetralia, illi pectoris arcana claudentur. Ego autem gaudeo scriptione multiplici; quia etsi parum tribuam perlatori, nulla proprij desiderij damna sustineo. Domine, salutationem restituens, quam debeo, precor, vt & circa præfatum gratia sculminis vestri propius manifestet, & mihi prospiciat restitutione colloquij. Vale.

B. EN-

B. ENNODII

A MORBO VOTVM ET NARRATIO VITAE.

Qualis in Confessionum libris B. Augustini.

HELPIDIO ENNODIVS.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

MIraculum est scientissimi Doctoris gentium, quod pariat infirmitas nostra potentiam; & quod terrena in contritione anima cōualescat, cum virtus, quæ de substantia carnis fluxerit, [a] crescat ad spiritum, & dum labefactatio nostra cœlestem hominem, & in diuina locandum arce [b] componit ad frugem spiritus, si quādo sine cultura aut messe sunt corpora, [c] dulcescit cum accesserit propter augmēta diminutio. Ad diuitem Dei gratiam peruenitur ieiuna & sterili paupertate membrorum. Ergo tibi [d] debet post Deum imbecillitas nostra, quod de rerum sublimium affectione surreximus. Votiua febris meæ necessitas, & exultio amplectenda [e] modularum dederunt mihi, & timere DEVM de [f] ambitione sospitatis, & in ipso gaudere de reditu. [g] Lætatur in immensum

2. Cor. 12. 9.

a. currat
b. componat
c. dulcem esse cum
d. debetur
e. medullarum
f. habitatione
g. legimus. Nunc in aug-

ctore noſtro mentis ſanitas. &c. v. c.

mensum pater quod ſtupentis ſanitas procurata languoribus. Vbi eſt ſuperbia diuturnæ ſalutis quæſita ludibrio? Vbi ſupercilium, per quod diuinum munus credebas eſſe rem propriam. repente deſeruit te conſtantia roboris tui, [h] & multitudinis ſubiecta ponderibus eliſa ceruice iacuiſti. poſtquam fugit proſperitas tua ſeram meditata pœnitentiam, quod [i] valueras Dei noſtri fuiſſe [k] cognoſcis. Gratias tibi cœli moderator & conditor, qui diſpenſatione ſubtili, & occultis miſerendi itineribus vias noſtras & de affl ctione componis, & ad virtutem perfectam pia laceratione nos reparas. Ad medicinam tuâ venire, niſi ſuffragio vulneris, non valemus, cum duritiam cordis aſſueſcimus te percutiente mollire, & ſuggeſtionem terrenæ vilitatis nobili & dulciſſima moleſtiarum noſtrarum paſſione cõprimere Ecce ego ille qui in longum ducta mihi alacritate plaudebam, quia dum perpeti fruerer quaſi nulla intermiſſione ſolueretur, quærebam, qualiter *Peccati ſtipendium mors* veniret Nam eleuatus inſanis ſucceſſibus, Poëtarum me gregi, ignarus venerandæ profeſſionis, indideram. delectabant carmina quadratis fabricata particulis, & ordinata pedum varietate ſolidata, Angelorum [l] chori me flexum aut tenerum poëma miſcebat, & ſi euenisſet, vt eſſem clarorum verſuum ſeruata lege formator. ſub pedibus meis ſubiectum quidquid cæli tegitur axe cernebam. Ineptum

h. & ægritudinis

i. præualueras

k. cognoſcens

Rom. 6. v. 23.

l. choris me fluxum

diu

diu volutauit vita mortalis, & certa miserarum cæcitas de falsa dicendi felicitate præxtulit. Quoties acclamantium „ flatibus propter religionem vertex nudatus intumuit, & mendacibus labiorum lusus illecebris credidit amorem sui habentiũ pectoribus imperari. Tu autem qui *in cœlis habitas irridebas me:* Tu, quem non deliniunt verba, sed „ puritas. Tu quem sæpe muti „ sequimur, & clamantes tacemus. sic dum me concinnationis superfluæ in Rhetoricis & Poëticis campis lepus agitaret, a vera sapientia mentitam secutus abscesseram, nihil aliud cupiens nisi auris venæ laudationes ? occupari. Erat orandi fastidium, dum perorandi tenebar cupiditate mercari. Infelix ego homo, quis me repararet de corpore mortis huius! gratia Dei medicabilis morbi concessa ministerio. Nam ecce repente ad sedem animæ formidantis dolor ingressus, & secreta cordis hostili pauit incendio. Tunc quidquid homo est iugi cõsenescebat ardore, & per aditus naturales coactio se interna referabat. Nam dum è latebris suis pelleretur arrogantia, quamuis adhuc aliqua de superstitioso, tamen de superstite nihil habebam. hoc solum remanserat de conscientia viuentis, quod à te, Deus meus, „ sancta me posse confidebam, quem ad commotionem ' errore perduxeram. Nec tamen vastatrix illa & magistra pestis latebat viscerum immissa conclauibus, nec cõtenta velamine

m. flagitibus v. c. f. plausibus

Psal. 2. v. 4.

n. puritas tua, apud quem

o loquimur, *verè Nimium Poëtica & Rhetorica studium in sene.*

p. adsurgere, & orandi.

f. aucupari

q. f. sanari

r. f. errores perduxerant,

mine totum me lucidi coloris nube vestierat; vt quidquid ceteris passionibus Medicorum quæritur digitis, hoc propositum pro correptione sui vulgus videret: vrebat amátis mei longa calamitas: vrebat inimicus alius, desperatiõ obitus mei, aliud angebat instans. concors erat ciuitatis studij diuisione sententia. interea me edax ignis interno vaſtabat officio, & continuis curantium nutriebatur studijs. Nam quasi morbos aleret, ita quidquid contra ipsos prouidebatur, acceſſit. Tunc illa sæcularis pompæ Philosophia Hippocratis & Galeni contrita subsidijs, ad adiutorium fidele se transtulit, aliquando sentiens mundi blandimenta vanescere, & humanis hominem præsidijs non iuuari. iam duorum fermè mensium curriculis cladis huius me sibi pressura submiserat. iam remedij vice tranſitum prẽstolabar, & nihil suaue de vsura lucis istius recolens abrumperẽ moras, etsi cum peccati iturus fasce, cupiebam. Expendite legentes quæ hic flagella, quæ tormenta me manserũt, vt suppliciorum prẽsentium metu gehennę pœnas expeterem, & vt ad illam immortalis camini, & dirum anhelantis piacula festinarem; sed non defuit *nisi* Dominus, qui *mortificat & viuificat*; *deducit ad inferos & reducit* maiestate sua ille, cuius est promissio: Adhuc verba in ore tuo, *& Ecce adsum, dicit Dominus.* Nam cum vnus se [ex] his qui assidebant mihi & per singulos dies ditabant inæqualitatem meam

Sæcularis Medicina.

Ff. mihi Dom. 1. Reg. 2. v. 6.

Esaiæ 52. v. 6. & 58. 9.

dispen-

dispendio facultatum, lassatum se fuisse testaretur, nec aliquid remansisse quod fieret, ilico nisi spem vitæ detulit desperatio curatoris. Nam illinc promptiora sunt cælestis bona iuuaminis, vbi se subtraxerint obsequia infausta languentibus. Continuo me ad Beati VICTORIS Martyris præsidia sæpe experta trāsuexi, & opē fortissimi precatus Deo per ipsum cum lacrymis allegāda commisi; satis esse ad promerendam clemētiam eius si semper ante oculos suos statuat, vnde nos sumpserit, nec facile ad sublimitatem mandatorum illius cum velocitate extremam migrare posse materiam; quamuis per secūdam pij naturam Baptismatis ablutum sit, quidquid de limo parente sorduimus; tamē, quia dum inimicus salutis nostræ inclusum blandimētis fucat interitum, dulci vitia sapore cōdiuit; & dum pruritu aurium, dum gustandi oblectatione producimur, *mors per fenestras ingreditur*. Quo fugiendum est ab ira ipsius, niti ad misericordiam eius, qui reducem filiū & cōcessæ prodigum portionis (*priusquam cum porcis per obscenum siliquarum *cibum addixit immunda communio) ad stolam candidam, ad annulum preciosum, ad diuitias illas paternæ possessionis quasi semper seruasset iusta, reuocauit? Precatus sum per electum eius, vt debita mihi plura dimitteret, vt plus diligentiæ absolutus exhiberem; & hoc cum promissionis suæ chirographo, & casta sponsione conueniens

t. f. mihi spem

S. VICTOR Martyr Mediolani; 8. Maij in Vsuardo Martyr. & Rom. Laur. Surio Tom. 111. & Greg. Turon. in laudem Mart. cap. 45.

Hiere. 9. v. 21.

Lucæ 15. 12.

u. postquam

x. cibus

mens popoſci, vt daret etiam per præcepta ſua amabili deuotione me currere. Quia cum ſit illius quod vocamur, illius quod vocati acquieſcimus, à nobis tanquam ſint orta

* velle recta, & perf. Phil 2. 13.

munerantur, & * nulla recta & perficere ipſe ſuggerit; tamen ceu pro noſtra obnoxius deuotione dat a ſtudium promiſſi, etiamſi clarioris ſtudij me per gratiam ſuam donaret affectui, de manu linguæ meæ confeſſio iſta

a. præmium

b. ipſius c. adipem litarem

procederet, de muneribus b illius ingenioli mei eidem c id ipſe litarem, vt nunquam ſtyli cura de ſæcularium rerum ventoſa executione laſſaretur. reliquas etiam, quibus ſuggillabar fæditates abnuere, ſi tamē ipſe quod loqui inſpirauit, velle me faciat, ſupplicaui, vt adeſſet in me beneficijs ſuis; nec auerteret ſe ab eo, quem gemini præſidij tutela deſtitutum fouiſſet miſericorditer, & illis, qui parentum lętabantur defenſione, prętuliſſet, & vt hæc tribuerentur, non vicem innocentiæ meæ reddidit, ſed quantum gratiæ eius deberet. felix & eruditus peccator oſtendit. Nam ſi recti cuſtodiam pietatem ſecutus non linqueret. & nos terreret vt arbiter, & non vt pater foueret; nuſquam via ſalutis, nuſquam euadendi aditus pateret. Deus meus, redemptio mea, quæ mihi d occurrit de his quæ feciſti mecum: quæ de illis e quæ feciſti aduerſum me quæ ſi conferantur, nullum tempus aut ope tua, aut delicto meo ſit vacuum Libet ex innumeris tuis in me collationibus vnam libare, & prætereundo po-

d. occurrunt
e quæ geſſi

pulos

pulos largitionum tuarum singulare summotenus attingere: Tempore quo Italiam optatissimus *Theodorici Regis* resuscitauit ingressus, cum omnia ab inimicis eius inexplicabili clade vastarentur, & quod [f] superest gladijs, fames necaret, cum excelsa montium castrorumque arces penuria perrumperet, & in culminibus locatos armis sæuior egestas obsideret, ego annorum ferme sedecim [g] amicæ, quæ me aluerat tempestate ea, solatio priuatus sum. remansi solus inops, re & consilio destitutus, cui remedium tribuere sola possit aduersitas, ne inter parentes (quod est captiuitatis sorte amariùs) subsidia viuendi liber poscerem & cognitus peregrinantium mala tolerarem, extemplò porrexisti consuetam dexteram, Defensio mea: & domum censu & religione prædiuitem, vt solatium meum non respueret, compulisti. Poposci in matrimonium cuiusdam nobilissimæ, & tibi bene compertæ paruulam filiolam Protinus te vt ad te veniret, procurante, quasi hoc à me sperari debuisset, exceptus, contulit mihi placentium tibi consortium, & vt alimentis affluerem, & ad culturam tuam fugiens infidelitatis obscura commearem; pene ante agnitionem desolationis meę cœperunt mihi largienda suppetere Tunc primum ex mendico in Regem mutatus, afflictorum orditus sum mala deridere, & quasi debita mihi fuisset prosperitas, sic illorum negligere auctorem: non tamen perduellis animus, & [h] diræ

f. superesset

g. amitæ, recte.

Ennodij vxor

h. duræ

ceruicis

k. à te tumor ceruicis continuo k à te timore elisus est. Produxisti vltionis tempora, ne forte compungerer: & hoc tantum quis esset præstitor sanatus sentirem; sed quia homo non corrigit ex iniusto, nec facile ad candidum post maculas sedetur, steti in sententia mea illa qua caderem; vici patientiam tuam continuatione peccati. Et quia cum sis clementissimus

l. reponis non semper iustitiam, l reponis, nudatus præsidio tuo vocem illam, quæ directa est ad

Genes. 3. v. 9. aures primi parentis, accepi; *Adam vbi es?* in confusione mea quantos amiserim clementiæ tuæ thesauros, & qua nudatus sum dote numeraui. rerum à te collatarum existimatio tunc concessa est cum mihi periret. redij ad me atque ad ærumnas meas, & propter gaudia producta lacrymaui; statim alio quidem itinere, non tamen impare, subuenisti. ordinasti vt per officium Leuitarum coactus sanarer, & impacti honoris sarcina, quod premebat, à me pondus amoueret. Sed postquam venerandæ me pressura dignitatis absoluit, habui de titulo genium, non de actionis nitore conscientiam: O mens rigore inebriata venefico! nec exemplis instructa nec monitis! sed desunt tibi venerabilium magisteria librorum, ad perfectum informare supplicijs, & nisi te cæno perditionis immergis, habere potes de pœna doctrinam: sed hæc facit in nobis ille qui præcepit, & vt pares eius existamus imperijs, ipse nobiscū, quod iniungit, operetur. Hęc & alia plura si-

cut

cut præfatus sum, per testem probatissimum Beatum VICTOREM intimanda, suggessi, nec requies nec mora procuranda lentauit. petitionem meam suscepit / replicans, obtinuit. Hoc amplius suffragator meus emeruit quam poposci, vt illa quæ mecum matrimonij habuit parilitatem [m] religione mecum habitudinis decora partiretur, & fieret præclari dux fœmina tituli, sed vtinam [n] serum fragilem in animi virtute sequeremur & in actione,, nihil non tantum excelleret merito, quantum fœminæ imbecillitatis sequi videretur obtentu. Illa precioſæ vigore constantiæ mala carnis vota perdomuit, & affectuosam seruauit pudicitiam non coactam: illa recti obseruantiam, dum [p] obstinatè diligit, ire compulit in naturam. Vtinam non mihi in illa districti proponatur hora iudicij, & dum in infirmitate sua fortis apparuerit, ego in naturali virtute sim fragilis. Ecce Domine, recensui ipsa quæ noueras, & in ea tantum fui fidelis parte, vt non raperem quod tenebas. Adesto Rex gloriæ, adesto supplicanti, & secundum benignitatis tuæ consuetudinem secutura dispone. *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.*

l. replicauit

m. subiugari religiosæ mecum hab n. sexu, f sexũ

o. nobili non tantum

p. obscena te v. c. f. ob sequa te diligit

B. ENNODIVS
DE VITA BEATORVM
EPIPHANII EPISC. TICINENSIS
ET
ANTONII LERINENSIS MONACHI.

B. ENNODIVS DE VITA BEATISSIMI VIRI EPIPHANII EPISCOPI TICINENSIS ECCLESIAE.

QVAMVIS me vrgeat suscipiendi operis anceps necessitas, & è regione impositus sit, nec meo labore vacuus, nec maledicorum disceptatione tractatus: in quo gemina cautio dictionis, hinc vbertatem expectat ingenij, inde etiam lingua diuitibus narrandi frenos imponat: cum ipsas eminentissimas, vt putantur, in seculo vana inflatione personas; si quis ventoso nimium studuerit eleuare præconio, aut intra gestorum terminum inopia eloquij continere, vtrumque apud eas iudicetur ingratum. In laudibus enim ipsis turpe est illa cudere, quæ nec ille, de quo narrantur, agnoscat; sic iniuriosum, & dolore dignum putatur illud præterire silentio, quod relatio vera possit attollere. Etenim res bene gestæ veterum nostrorum [a] proferentis apud nos accipiunt fa-

Vide & Panegyricum in nata e Epiphanij, infra in Poëmatis, pag. 14.

a. pro referentis

 cultate

cultate virtutem. Nam verè, aut perit notitiæ, aut attenuatum transit ad posteros, quod explicandum pauper verborum vena fuscepe-
b. illa iusto liberior rit: & [b] illa haud iusto liberalior laudatio tantum decerpit gloriæ, quantum falsitatis adiecerit. Fit verò plerunque, vt fide carens
c. cumulus, minuat *vel fort.* fine carẽs annulus [c] annulus, muniat probe facta multorum, & sit vana narratio, quæ crescit ex mendacijs, intempestiua, & mendica nimium, quæ non pertransit ad terminum. Quocirca vitam beatissimi EPIPHANII *Ticinensis Antistitis* narraturus, inuoco Spiritum sanctum testem actuum eius, & comitem; vt ipsius auxilio gloriam conscientiæ sereniſſimę, quam eidem concessit, tradam chartis victuris in sæculo; vt exemplum præbitura virtutum nunquam fama moriatur. In quo tamen opere, si me angustia non arctauerit eloquentiæ sub certa lege currentis, vt saltem cruda per ordinem digeram facta meritorum: nihil tamen de laboribus eius tam mediocre vel humile inueniam, vt necessarijs illud bullis, vt plerique solent, vuidi sermonis amplificem. Testes etenim calentium citabo negociorum, & trophæa illius adhuc fumantia, & exornata de manubijs diabolicæ nuditatis ostendam: Nemo enim sub notis præsentia pœnæ & nimium nota commemorat, nisi qui de veritate confidit; vt quos forsitan ficta dicturus, velut impudentiæ meæ conscius euitarem, eorum auribus relegam illa quæ cognouit aspectus.

Igitur

Igitur præfatus, vir insignis EPIPHANIVS, oriendo Ticinensis * oppidi indigena fuit, patre * *Mauro* generatus, & matre *Focaria* editus; quæ Sancti etiam Myrocletis Confessoris, & Episcopi tangebat prosapiam: hominibus ex liquido ingenuitatis fonte venientibus. Sed quid illorum retexam sanguinis prærogatiuam, quorum familiæ & nobilitatis caput est filius? Qui sub decessore suo viro integerrimo *Crispino* Pontifice cœlestis militiæ tirocininm sortitus, annorum fermè octo Lectoris Ecclesiastici suscepit officium, signo ante cœlitùs demonstrato. Nam dum esset in crepundijs lactantis infantiæ, fulsisse eius cunabula superno lumine videre complurimi: vt futuram mentis claritatem, lustrans eum & præcedens fulgor ostenderet, secuturumque splendorem in moribus iam tunc typica luce signaret. Notarum in scribendo compendia, & figuras, varias verborum multitudinem comprehendentes, breui assecutus in [d] exceptione numero dedicatus [e] emicuit; cœpitque iam talis excipere qualis possit sine bonorum obloctuione [f] ditare. Igitur processu temporis, & laboris ad sextum decimum ętatis annum diuino fauore perductus, cana consilia in annis puerilibus meditatur. Vernabat in illo præ cæteris mater bonorum operum *Verecundia*; ita famulabatur Antistiti libens, vt si quid operis gereretur ab altero, grauiter ferret, subreptum sibi fuisse seruitium.

* *Blondus itaque non rectè Aquileiensem facit.*

Epiphanij parentes.

* *Marium vocat Bern. Saccus Ticinens. rerum lib. 7. cap 15.*

Crispinus, Ticin. Episc. quartus post Syrum, Pompeium, & Iuuentium. Vide Bern. Saccum rerum Ticin. lib. 6. cap. 8.

Cuna Epiphanij Ticini splendent. Inf. in Panegyrico, pag. 17. Loëmat.

Nam fulsisse ferunt huius cunabula magno Lumine.

d Exceptorū .i. Notarius vt vocat Leo PP. epist. XI. ad clerum, & pop C P. e enituit f. dictare

g. comiter. v. c.

Accipiebat ſenes grauiter; iuuenes g communiter; & coercebat iam tunc facinoroſos audacter. Erat primis ſubiectus, prioribus ſancta iniungentibus obſecundans, æqualibus blandus atque officioſus, ſequentibus mira caritate communis, nulli ſe præferens. Cum religioſo curſu per cæleſtem tramitē omnibus h conueniret, laudationis amore vacuus, cum quotidie in eo laudanda adoleſcerent; cumque res gloria dignas per i honorum momenta conſumeret, perire fructum gloriæ opinabatur, atque mercedem, ſi prætuliſſent homines, quod ſoli Deo exhibebat abſcondite. k In ſumma: Apoſtolici memor oraculi, aſſentationes reſpuens in ſemetipſo teſte conſcientia pro boni operis recognitione plaudebat. Illud verò l delibandum eſſe non abnuo, quod formoſitas in illo lucis corporeæ index animæ fuit: & tantum contra ſtudium illius formæ decus emicuit, vt nec forti viro poſſit oppugnante m conuerti. Ridebant genæ etiam cum animus mæſtitudine torpuiſſet. nitida n ſemilabia commendabant dupliciter mella ſermonum: nec non quocunque vertiſſet oculos, ſerenitatem mentis nunciabat aſpectus, frons o cæruleæ pulcritudinis, & candoris illius, quæ Solis paſſa radios colorem traxit ab æthere. nares in tanto naturaliter ſplendore formatæ, vt illas nequiret imaginibus p correpræſentans pictor æmulari. manus teretes, prolixi digiti, de quibus aliquid & alienigenæ gaudeant accipere.

h. anteïret

i. horarū momēta cōſummaret,

k. In ſummā: 2. *Cor.* 10. 28.

l. libandum

m. ſubuerti

n. ſimul labia

o. cereæ pulcritudinis

p. corpora repreſentans pictor

Forma, impe-

accipere. Staturæ proceritas decens, quæ eminentiam secuturæ dignitatis præfiguraret in membris, nec tamen modum ornatissimæ prolixitatis excederet. Sed ne quis forsitan malicioſus interpres intempestiuè positum iactet, in viro tantarum virtutum de lepore carnis factam esse mentionem; cum in illa veteri mandatorum cælestium radice sit insitum, [q] sacerdotem coram sagici debere insinuatione lustrare; ne quid debile vel deforme, ne quid plus minuſúe esse contingat, [r] neúe inclytam maculis cutem superficies fœda dedecoret, ne fractura manus, aut [fractura] pedis, aut gibbus indignum altaribus reddat Antistitem, & clamet Doctor gentium, & electionis vas, hominem mundum ad eiuſmodi debere officium peruenire. Quod non solum de animæ, sed etiam de corporis creditur nitore dixisse potissimum, qui deformem ac debilem à libaminibus suis mandat arceri. Inuenitur eos, qui multipliciter grati sunt, admittere libenter, præsertim in quo lucem membrorum animæ fulgor [s] eruperat, nec naturaliter illud terrenum decus aliquibus artificijs adiuuatur. Præstrictis ergo his, quæ oportuit non omitti, vt cui innotesceret opere; [t] nec immensus præsentaretur & vultu. Trāseam ad illa, quæ de cultoribus dei nostri nō mediocriter laudanda frōte narrātur. Erat in eodē sermo ad doctrinā congruus, fabricatus ad blanditias, ad intercessiones: iā tūc artifex, ad corripien-

rio digna in Epiph.

q sacerdotum corpora sagaci *Leuit.* 21.

2. Reg. 5. 8.

r. neúe inolita

Rom. 14. 20. *ad Tit.* 1. 15.

Deuter. 12. & 15.

s. exsuperat

t. vir immēsus

dos singulos auctoritate plenus, ad exhortandos quosque necessario lepore dulcissimus. vox sonora succo virilis elegantiæ condita, nec tamen agrestis ac rustica, nec infracta [v] gradanti a mascula soliditate deposita. Illum quicunque vidit, [a] tamen necdum dignitatum aliquod [b] liberè intrasset, omnia eum transisse credidit, quæ sequebantur insignia. Talis iam ad octauum decimum annum ætatis suæ peruenit, [c] in quo infimo à Leuitis numero dedicatus, senum cœtibus adiunctus est. Stupuerunt plurimi, sed externi, qui mores illius cum ætatis immaturitate iungebant; seram credebant dignitatem hanc redditam esse, qui nouerant. At ille venerabilis *Crispinus Episcopus*, fauoris nescius, pertinaci tenens districtione censuram, & quæ nunquam nisi bona conscientia duxit ad [d] gratiam, sic eum mulcebat [d] seribus, vt morderetur obtutu: & sub specie frontis rigidæ clandestinum circa discipulum nutriebat affectum. pascebatur alumni sui optabili conuersatione pater, & in omnibus eius actibus [e] occultis amœnabat. In quo tamen ille, subdiaconum ordine nihil amplius quam biennio commoratus, meritorum suorum saltibus euectus exiliuit. nec se diu intra angustias modici honoris anima est diues passa refrænari. Festinabat ad Leuiticam dignitatem conscientia, quam nunquam vota præsumpserant. exigebat conuersatio, quod desideria penitùs ignorabant

v. gradatimq; à masc.

a. cum necdū

b. limen intrasset

c. in quo in secundo à Leuitis

Crispinus Episc.

d. sensibus, vt morderet

e. oculos

rabant, circa metas prafati honoris & terminum. Vnum, eius opusculum f somnotenus libet attingere. g Somnians vocitatur ager, qui in eo loco situs est, in quo terrenum marginem, gulosus * pagam gurgitis morsus arrodit, & flexuose serpens fluuius largitur in compendio alterius, quod furatur ab altero, simulque fit h lucum finitum aliena calamitas. de huius prædii finibus antiqua cum clericis Burco quidam lite certabat, ad quod iurgium dirimendum senile nimis, & præter quam conijci possit annosum, adhuc puer ille dirigitur. Electus est enim qui & fortiter illatas intentiones exciperet, & maturitate consilij inferendas temperaret: attulit tamen, quod solet omniũ criminum mater, intẽtio. Nam processu sermonis, & scandali, ipse Burco, qui malitiæ suæ sordido lenocinaretur assensu, summum facinus sine aliquo timore commisit: Nam sanctum virum ita fuste percussit, vt sanguis protinus ebulliret. At ille paratissimus dextra repressit, nec vindictæ spe prouocatus i assorbuit, turbatumque k protinus & attonitum percussorem blandissimo delinibat affatu. illico l miserã se clamans, & orbatam filio ob atrocitatem facti Capraria, Burconis mater occurrit. Crederes eam circa funus pignoris sui illa, qua fugatur m esse consilium in carorum mortibus lamentatione iactari. Lambebat vestigia sanctissimi iuuenis eiulans mater, & parce clamabat illi,

f. summo
nus
g Summias
* Padani.
Padus flexuosus
h. fit lucrum finitimi
i. efferbuit
k. potius
l. miserans se,
m. omne consilium

quem nunquam ad indignationem vis vlla compulerat. At ille supplicantem prohibebat, ne sibi inuidiam rogando concitaret, ne
n. sarcinis se non merẽtem delati honoris [n] sarcini impediret. Turbata est repẽte ciuitas: omnium Christianorum in furorem versæ mentes.
o. poscebatur Burco ad exitium [o] pollidebatur, & in tanta hominum multitudine nemo placidus, nisi
p. fuerat passus qui iniuriam [p] ferat passus inuentus est. Flebat egregius Pontifex de infirmitatibus suis & moleſtijs, gaudente discipulo. Nam ita satisfaciebat pro eo qui putabatur inimicus singulis, vt nec gloriam parcendo iactanter quæreret, nec vindicando mandata cœlestia
Diaconus fit Epiph. an. xx. præteriret. Breui post ad Diaconij euectus
q. necdum barbata benè: insulas vicesimum annum ætatis [suę] ascẽdit, facie [q] non bene barbata. Turbabatur suscepti honoris tirocinio homo, qui iam ducem poterat implere Christianum, singulorum pro pudore declinabat aspectus, quem vniuersa ciuitas, quasi Salutis signum aliquod attendebat. Interea supradictus Antistes omnem Ecclesiasticæ conuersionis substantiam, & diuitias pauperum suorum, &
r. in eius potestate committit: [r] eius potestati committit, volens ante Episcopatum cognoscere, qualem futuris temporibus
s. præpararet Episcopum, [s] præparet Episcopum, & cum vix sit vt ab eorum personis (de quibus successionis feritur quantulacunque suspicio) inuidia
t. sanctus Pater v.c. sed hic sæpe *Papa* pro Episcopo, & apud Sidoniũ temperetur, in istius gratia sibi credebat perire [t] sanctus Papa quidquid minus fuisset exhibitum. Quædam in illo sua, quædam volebat

volebat esse maiora: at ille quotidianis profectibus, etiam cupidissimi in oratione genitoris vota transcenderat. Erat enim genitor, v quem per Euangelium conceptum Verbi cœlestis * semen fœta aluus effuderat. Nam de pudicitia iuuenis mei quid loquar? in quo domum sibi statuerat Castitas & Cõtinentia; y iudices fixerat in profundum. Virum se esse, nisi per laborum patientiam, ignorabat: carnem habere nisi cum moriturum se esse meminerat, nesciebat. Quoties tamen illum corporeus appetitus, sicut ab ipso didici, ludebat imaginibus somniorum, illico ad vigilias sanctas, cõtinuata ieiunia, standi diutissimè necessitatem, plena auiditate currebat: talemque bellatrix dextera animæ suis certaminibus reddebat carnem, vt illi opus esset postea pro necessitate succurri. nec tamen refecto corpusculo indulgebat otio. vtebatur lectione pro requie librorum venerabilium, pro blandimentis a nostram suscipiens, memoriter semel transcursa reddebat: & ne crederetur Scripturarum diuinarũ tramitem verborum tantummodo celeritate transuolasse, pingebat actibus suis paginam quã b legissem. Si propheta fuisset in manibus, prophetantem videres codice amisso lectorẽ Si Testamenti veteris recensuisset volumina, Moysi dignus æmulator incedebat, taliter ac si illũ Israëlitica per desertũ agmina sequerẽtur. Si Apostolicũ lac verborũ. & mel Dominicæ passionis, seueritatem legis

v. cuius eum, per
x. semine fœta *Epiphanij castitas.*
y. radices fixerat
Ascetica Epiph. exercitatio
a. instrumenta
b. fort. legisset.

condiens ſcriptura index reuelaſſet; continuo ex ore ipſius dulciora fauis verba fluxerunt. poſtremò quid libri docuiſſent vita ſignabat Domum taliter regebat Eccleſiæ, vt nec profuſione immoderata commiſſam penum exhauriret, nec odia ſordenti parcitate contraheret. interceſſionum etiam tunc
e. proludebat certamina [e] præludebat. Nam vbicunque pro remedijs miſerorum Epiſcopi mittebatur imperio, tanta exigebat beneficium arte
d. vt ſentirent ſupplicandi, vt [d] ſentire ſibi in cauſis pro-
e. complurimi fuiſſe [e] complurimum ipſum per ſe Epiſcopum non veniſſe. angebatur circa eum per dies ſingulos popularis affectus, & magnis ſucceſſibus cumulabatur amor, qui ex iudi-
f. in illo cio deſcendebat. deſiderabatur [f] in eo ſacer-
g. ſui optaret dotium, cum nemo nutritoris [g] eius optaret interitum, ipſum tamen ne odor quidem huius opinionis aflauerat. arbitrabatur ad profectum ſuum ſufficere ſi cum bona ſemper exiſtimatione ſeruiret. Poſtquam tamen inualida ſenectus, & ſemper de infirmitatibus
h. fort. que- rula, venera bilem virum Criſp. [h] querela bene virum *Criſpinum* Pontificem occupauit, illius ſuſtentabatur manibus; in huius nitens erigebatur amplexus: pes illius erat, oculus, dextera; cuius miniſterio quidquid optaſſet fieri, ante iuſsionem ſuam videbat impletum: Præſentiunt enim bonæ mentes eorum deſideria, quibus cum inte-
Diaconus annus octo Epiphanius. gritate famulantur: Talis in diaconatu à vigeſimo incipiens octo annos impleuit, & quidem tunc ſtatus Eccleſiæ Ticinenſis bona cle-

na clericorum fruge poliebat. Erant cœlestes viri, quos ille à perfectione incipiens amabat. Fuit *Syluester Archidiaconus*, ea tempestate homo in veruſta diſciplinarum inſtructione probatiſsimus. fuit vir inſigniſsimus *Bonoſus Presbyter*, tam nobilis ſanctitate, quam ſanguine, Gallus quidem proſapia, ſed cœleſtis indigena: Fuerunt alij, & numero plures, & virtute præſtantes; quorum idcirco facio mentionem, quia parua laude dignus eſt, qui tantis miſeris aufertur. Circa finem tamen vitæ, quem ſpiritu præuidebat ſanctus Antiſtes, Mediolanum vicinam expetijt ciuitatem, vbi nobilium germina meſſe quadam mundæ ingenuitatis excreuerant: quos viſitationis gratia requiſitos talibus vir Dei ſermonibus appellauit. Ecce filij iam me ætas compellit ad tranſitum; iam originariã ad ius ſuũ reuocat terra particulã, cõmendo ciuitatẽ, cõmendo Eccleſiã, commẽdo hunc, cuius labori & gratiæ debeo, quod vſque ad hoc tẽpus *vixi* & grãdæuus, & debilis: cuius corporea ſoliditas, & virtus animę imbecillitatẽ meã portauit ſine faſtidio: cuius ambulaui pedibus, tenui aliquid manibus, vidi oculis. ordinaui ſermone. duo videbamur intuẽtibus, cũ vnus per cõcordiã fieret ex duobus. Hæc * Ruſtico illuſtri viro dicta penitus inſederũt, qui in õni dicẽdi genere exercitatiſsimus tali eſt orſus eloquio: *Scimus, ſancte Pater, ſcimus, & profunda cõſideratione perſpeximus, iuuenem iſtum non oportere pro ætatis imma-*

i. anteibat *Syluester Archiuiac.*

Bonoſus, Gallus.

k. qui tantum miſeris antefertur.

* Ruſticio, *de quo inf.*

immaturitate censeri, nec debere grauis consilij hominibus teneros pro quadam obice annos adferri. Vir namque cana morum integritate probabilis, ge-
l. venerabile mentis *minata laude dignus est, si illi ad* [l] *bonæ mentis imperium puerile corpus obtemperet: viue tu tamen, viue exemplum, & forma bonorum operum, & vberiores in eo, si adhuc possunt crescere, lucidæ conuersationis fructus adiunge.* His dictis conticuit: at ille piissimus Pontifex beneuolentiæ eius impendens gratias, quod secum pari de discipulo existimatione sentiret, [m] dicto vale, discessit, atque Ticinum quasi ad sepulcrum festinans regressus est: qui aliquantis diebus emensis morbo regio perfusus lucem sæculi nostri superna habitatione commutauit. Ex templo in istum bonorum omnium consensus adducitur; magnus illico in tota vrbe concursus; rapitur a lamentatione funebri in gaudium populi consecrandus Antistes. Flebat iste intemperanter dolore mortis paternæ, cui reddi debitas [aliquas] lacrymas promiscuæ multitudinis lætitia non sinebat. Resistebat in quantum poterat, & [n] dignum se iam Apostolica imitatione clamitabat; sed tantum magis surgebat in eo dilectio cunctorum, quantum in multitudine magna solus erat, qui se vocitaret indignũ. Nunc quid pluribus vtar, qui omnia explicare non valeo? Finitimarum ciuitatum iunguntur studia, & attrahitur tanta collectio, ac si initiandus esset totius orbis Episcopus. ducitur Mediolanum adhuc reluctans,

m. dato Vale

S. Crispini Episc. mors. In Martyrol. Rom. 7. Ianuarij.

n. indignum

ctans, & magna, si dimitteretur, munera promittens, qui vt fieret, noluit spondere vel minima. consecratur cum omni celebritate cunctorum. exultabat mundus de tãtis sanctæ ordinationis insignibus: Extraneaũ habitatores vrbium tanto se tripudio iactabant; quasi ipsis propriè profuturas infulas sacerdotales exceperint; aliquos tamen magnarum vrbium incolas edax consumebat inuidia, quòd tantum oppidi Ticinensis angustia habere meruisset Antistitẽ, cum apud ipsos sola * Põtifices metropolitanę iactantiæ vocabula tuerentur? Exacto ergo dedicationis suæ die Ticinum redijt, conuocatisque vniuersis presbyteris ac ministris, talibus eos instruxit ac confortauit eloquijs: *Quamuis me, fratres, inter primordia immatura titubantem iudicij vestri, & susceptæ dignitatis pondus oppresserit, memini tamen quod magna gratiæ vestræ debeam, cui maxima contuliſtis. Et licet parendi vobis magis, quam iubendi habuerim voluntatem; mutaui tamen per officium personam, seruiendi animum non omisi. Estote pacifici; estote vnanimes; onus meum mecum diuidite. Fit enim ad portandum facilis sarcina, quam multorum colla sustentant. meam vobis communionem seruandam cum omni humilitate polliceor: neque futurum esse quemquam, qui me, nisi cum Deo nostro, possit offendere. Auctorem bonorum operum seruate Pudicitiam, & ne iniurioſum putetis, quod grandæuos & presbyteros de Continentia, & integritate seruanda puer appellat. o Conuersationem animi aut adolescentia*

* f. Pontificis

Episc. Ticinensis ordinatur an. Christi 466. teste Card. Baronij. Tõ. VI. Annal.

o. Conuersatio non anni aut adolescẽtiam aperit.

scientia aperit, aut senectam. speculamini meæ conuersationis internam, & si indignum aliquid agnoscitis, coërcete. nemo vt Ecclesiæ principem ad-

* f. nisi probat *monere timeat,* * *si probat errãtem.* His ita dictis, cõticuit. surrexerũt omnes, & consona quasi ex pristina meditatione, sub momentanea tamen voce dixerũt: *Aue pater probatissime, aue Pontifex singularis; bonũ te quidẽ vniuersorũ sensit electio, sed optimum etiam tua testantur alloquia.*

p. crescens q. & aperiris *p Crescis sanctis meritis apud conscientiam nostram, & q operiris luce operum, supra quam porrigebatur opinio.* Quibus breuiter perstrictis, suscepto munere omnes discesserũt. Mox sibi Beatus Antistes proprio ore leges, quibus se posset tenere, dictauit. *Victus ratio Epiphanij Episc.* *Primum* statuit non lauandũ, ne nitorẽ animæ, & interioris hominis fortitudinem balnea, magis sordibus amica, cõfringerent: r. deinde dein decreuerat nunquam esse prandendũ. Sed ne propositi sententiam superuenientium vis s. vlla illa temeraret; & aut iactantiæ nebulis, aut auaritię fama læderetur. definiuit nunquam sibi cenandum, vt commutatio horarum, ac per hoc semel in die reficiendi tempus afferret. cibos iussit sibi placere viliores, nihilque in apparatione t. ferculorum ciborum nares saporemque suum posse offendere nisi quod aromatibus condiretur. Olerum & leguminis pascebatur epulis, sed neutrum horum vsque ad satietatem: capiens vini quidem parum, quam tamen exiguitatem Apostolice admonitionis memor sumebat, ob stomachi cauendã debilitatem. Pro-

1. Tim. 5. 23.

cedendum

cedendũ censuit, omnibus in quolibet aeris
* terrore maturius, ita vt vigiliarũ formam * f. tenore
Lectoribus antecedens ad Ecclesiã praberet
Episcopus Postquam verò ad altaris confi-
nia peruenisset, nullam deliberauit futuram
esse necessitatem, qua inde nisi impletus so-
lennibus posset abduci. iunctis pedibus vsq;
ad consummationem mystici operis stare se
debere cõstituit, ita vt humore veltigiorum
locũ suũ depingeret, & longe aspicientibus
indicaret. Intercessionũ tantá sibi propositi
curá, vt ipsam se miseris inferre crederet mo-
lestiam, quam per negligentiá à quibuscũque
permisisset inferri. ad * patinã laborís tem- v. patientiam
pore ocij * vt necessitati vt sufficeret corpus, x f & necessi-
aptauit. hoc sibi viuendi pragmaticum vel tatis *vel* otijue
disciplinæ dogma proposuit, aggressus est,
seruauit, impleuit. Mox vero per vniuersum *Lege Carol Sigonii lib. xiv. de Occidentali Imperio & Cæs. Card. Baronii Annalium Ecclesiast. Tomo* vi
mundum sanctam illius conuersationẽ illa
quæ licet in glorioſis actibus tardior esse so-
let, fama nõ tacuit. sed ad aures * Ricimeris,
qui tũc secundis ab y Anthemio Principe ha-
benis Rempublicã gubernabat, detulit. Nã
Imperatore Romæ posito, seminarium inter
eos iecit scandali illa, quæ dominãtes seque-
strat. Inuidia, & * par dignitas causa discor-
diæ: Surrexerat enim tanta rabies atque dis-
sensio, vt mutuo z tela præpararent, & præ-
terquam origo irarum proprios suggere-
bat stimulos a his ista circumstantium
consilio nutriebatur. Nutabat status peri-
clitantis Italiæ, & affligebatur ipsis discri-
minibus

* *Ricimer Patricius Mediolan.*
y. ab Anthemio, *male in editis cuditur.*
* Lucan. *Omnisq; potestas Impatiens consortis erit.*
z. bella
a. lis ipsa circumst.

minibus grauius, dum expectabat futura discrimina. Interea apud Ricimerem, Patricium Mediolani ea tempestate residentem, fit collectio Ligurum nobilitatis, qui flexis genibus soloque prostrati, pacem orabant * Principem; & vt à scandalo vtræque partes desinerẽt, occasiones [b] gratiæ ab vna precabantur offerri: Quid plura contexam? [c] mulcetur Ricimer, & velle se reparare concordiam, permotus multorum fletibus pollicetur. *Sed quis*, ait, *potissimum huius legationis pondus excipiet? quem a tanta molis cura maneat? quis est, qui Galatam concitatum reuocare possit, & Principem? Nam semper cum rogatur exuberat, qui iram naturali moderatione non terminat.* Tunc vno omnes ore responderunt: Vester tantummodo ad pacem declinetur assensus. Est nobis persona nuper ad sacerdotium Ticinensis vrbis ascita, cui & belluæ rabidæ colla submittant: Cui ante preces offeratur beneficium, quod à quolibet periturus aduenerit: Cui est, vultus vitæ similis; quem venerari possit quicunque, si est Catholicus, & Romanus [f] amare; certè si [non] videre mereatur, & Græculus: Iam si ad sermonem illius veniamus, nunquam [g] sic duras aspides verborum, digitis incantator Thessalus violentis poterit euocare carminibus, quomodo [h] illic effectum petitionis suæ negaturas extorquet? Pendet in arbitrio eius, cum loqui cœperit, sententia audientis. Perdet ius suum, qui excusare

* Principum
b gratia ab v. pr. auferri. Vat. cod.
c. Mutatur. v. c.
d. tantæ molis
Eloquentiæ vis in Epiph.
e. cultus vitæ, Baron. Card.
f. Baron. sic: Amare certè, si videre illũ mereatur, & Græculus.
g. sic diras *Psal. 57. v. 5.*
h. ille eff p. f. negaturis Vat. cod.

disposuit,

disposuit, si illi allegandi copia concedatur. Tũc patricius Ricimer ita respondit: *Detulit ad me hunc hominem, quem exponitis, fama gloriosum, & in hoc magis ¿ ad miraculum mihi est, quod omnes habeat laudatores; nullos eius, quibus per inuidiam abundare solet, nouitas perdit inimicos. Ite ergo & rogate hominem Dei, vt ambulet. Iungite meis etiam preces.* Egressi de Concilio, statim Ticinum petunt; causam [m] narrant, fusis, vt istum laborem susciperet Beatus *Epiphanius* rogatur lacrymis. Qui ne extenuaret beneficium, si filios diutina supplicatione torqueret, antecessit desiderium postulatum: Quos tamen taliter allocutus est: *Quamuis tanta rei necessitas probatissimæ personæ pondus inquirat, & titubet sub graui fasce portitor immaturus; affectum tamen, quem debeo patriæ, non negabo.* Quibus breuiter narratis, [n] quoniã erat loquẽdi parcus, ad Ricimerem Patricium perrexit, à quo [o] semel visus & electus est. Mãdato ergo sibi legationis ordine Romam petijt In quo itinere quid molestiarum sustinuerit, quidue virtutum gesserit, festinans ad maiora prætereo. mox tamen vt supradictę vrbis portas ingressus est, fama, quæ, absentem illum notum fecerat, digito cœpit ostendere. [p] conuersi ilico omnium oculi, stupuere mentes attonitæ quod tantam sibi exhiberi reuerentiam imago eius index sanctitatis [q] exquireret. Inexpiabilis se culpæ reum fatebatur quilibet potentum si tantum genua eius amplexus esset. Tollebatur clamor in cœlum.

k. admirationi mihi est. Vat. & noster cod. l. prodat

m. narrant fusius, Vat. lib.

n. quomodo erat

o. f. simul visus & dilectus est.

p. Conuersis omn. oculis, Vat.

q. extiterit. Vat. cod.

Nemo illum mortalium numero computabat, cui omnia cœlestis gratiæ videbant bona constare. Perfertur ad Principem Anthemium, studio legationis, Episcopum venisse Liguriæ, hominem, quem nullus posset etiam dives eloquio, sufficienter exponere. At ille: *callida mecum Ricimer, & in Legationibus suis, arte decertat. Tales dirigit, qui supplicatione expugnent, quos ille lacessit iniurijs. Perducite tamen ad me hominem Dei: qui si possibilia precatur, admittam; si difficilia, supplicabo, ne excusationem meam grauetur accipere. Dubito tamen, an * Ricimer apud me, quod poscit, obtineat: cuius scio votorum intemperantem esse personam, & in conditionibus proponendis rationis terminum non tenere. Sed veniat directus Antistes, & laudatam iampridem præsentet effigiem.* Egrediuntur officia Palatina tota vrbe, *a Iube, rogaris* audiebat Episcopus. At venerabilis & seculis omnibus probatus Pontifex, posteaquàm introgressus est, proferendi sermonis donatus licentia, *b* quamuis fugitiuæ potestatis insignia, ostrum, gemmasque rutilantes reuerendæ imaginis fulgore compresserit. Etenim *c* quoniam absente Imperatore, ita in se oculos traxerat singulorum. Tali tamen narratione incipiens, ianuam oris reserauit:

Oratio EPIPHANII ad Anthemium. Imp. Aug.

Summa cælestis Domini, venerande Princeps, est ordinatione dispositum, vt cui tantæ Reipublicæ cura mandabatur d pro Catholico fidei dogma,

*RICIMER per tertiam vocalem in secunda syllaba in vet. Inscriptione Romæ, apud Baronium Card. Tom. vi. ad annum Ch. 472.

a. vbi rogatus adueniebat Episcopus. Baron. ad an. Chr. 471.

b. quasi fugitiue cõpressit. Bar.

c. quasi absẽte

d. per Catho-

ma, Deum, & auctorem, & amatorem pietatis agnosceret, per quem bellorum furorem pacis arma confringunt, & calcans colla superbiæ Concordia superat, quod fortitudo non præualet: Sic namque Dauid prædicabilem [e] *parcendi magis inimico animum reddidit, quam intentio vindicandi: sic* [f] *perfecti sæculorum Reges, & Domini supplicantibus indulgere cælesti arte didicerunt. Supernæ namque dominationis instar possidet, qui imperium suum pietate sublimat. Hoc ergo Italia vestro freta iudicio, vel Ricimer Patricius paruitatem meam oratum direxit: indubitanter conijciens, quòd pacem Romanus Deo munus tribuat, quam precatur & Barbarus. Erit enim triumphus vestris proprie profuturus Annalibus, si sine sanguine viceritis: simul nescio quæ species fortior possit esse bellorum, quàm dimicare contra iracundiam, & ferocissimi Getæ pudorem onerare beneficijs: Grauius enim percellitur, si postulata* [g] *impetunt, quæ puduit hactenus supplicare. Tractandus* [h] *demum anceps bellandi euentus: in quo tamen si ita præualuerint peccata* [i] *certamine, vestro regno defraudabitur, quod partes vtræque perdiderint. Nam quæcunque apud Ricimerem, si amicus est, salua sunt, cum ipso à vobis Patricio possidentur:* [k] *rogitate pariter, quia benè causæ suæ ordinem dirigit, qui pacem primus obtulerit.* Hactenus admirandus Pontifex prosecutus, loquendi finem fecit. Tunc Princeps erigens oculos, desertum se omnium vidit aspecti-

licæ fidei dogmata v. c. *Bar. sic:* idem per Cath. f. dogma.

e. parcendo magis inimico animus redd. Bar.

f. Præfecti. Vat. lib.

g. imperet. v. c. Baron. impetret, quē puduit

h. deinde

i certamine vestro regnū defr. q. par. vtrinque perd. Bar.

k Cogitate pariter

l. inuitatos vultus esse cunctorum

bus, atquē in eum l mutatus vultus est cunctorum, quem admirari nec ipse desinebat. Tunc alto trahens verba suspirio, ita orsus est:

m. & nihil prof.

QVAMVIS *inexplicabilis mihi, sancte Antistes, aduersus Ricimerem causa doloris sit,* m *quòd nihil profuerit maximis eum à nobis donatum fuisse beneficijs: quem etiam (quòd non sine pudore & regni & sanguinis nostri dicēdum est) in familiæ stemma copulauimus, dum indulsimus amori Reipublicæ,*

n. ad vestrorum, *male antea.*

quòd videretur n *ad nostrorum odium pertinere. Quis hoc namque veterum retro Principum fecit vnquam, vt inter munera, quæ pellito Getæ dare necesse erat, pro quiete* o *communi filia poneretur?* p *Nescimus parcere sanguini nostro, dum seruamus alienum. Nemo tamen hoc credat propriæ causa factum esse formidinis. Nam in tanta circumspectione salutis omnium, solum pro nobis timere non nouimus. Bene enim compertū est apud nos, perire Imperatori laudem suæ virtutis, qui pro aliorum cautela* q *non metuit. Sed vt tuæ veneration*i *ad liquidum conatus illius aperiamus, quoties à nobis maioribus donis cumulatus est Ricimer, toties grauior inimicus apparuit. Quanta cōtra Remp. bella* r *præparauit? quantas externarum gentium per illum vires furor accepit? Postremo etiam vbi nocuisse non potuit,* s *nocendi tamen fomenta suggessit. Huic nos pacem dabimus? hunc intestinum sub indumento amicitiarū inimicum sustinebimus? quem* v *ad fœdus concordiæ nec affinitatis vincula tenuerunt. Grandis cautio est aduersarij animum cognoscere;* x *& eum hostem protinus sensisse, superasse est.*

Anthemius Cæsar Ricimeris Socer. cui veniam Pacemq; impetrat Epiph.

o. communis filia, Baron.

p. Nesciuimus. Bar.

q. non minuit. Bar. lege, non timuit

r. prius paranuit? Bar.

s. nocere

t. mouendi, Bar. male.

v. nec fœdus. Bar.

x. Etenim hostem. B.

Perdunt

y Perdunt semper deprehensa odia stimulos, quòd occultata conceperant. Sed si in his omnibus Reuerentia tua & vades, & * meditator accedit, qui potes spiritali * indagine consilia nefanda inuenire, & inuenta corrigere; pacem, quam & tu poscis, negare non audeo. Postremo si solitæ calliditatis astutia etiam te fefellerit, certamen iam vulneratus adsumat. Me tamen, statumque Reipublicæ tuis committo, & commendo manibus, & gratiam, quam supplicanti & profuso per se Rtcimeri negare dispositeram, per te primus exhibeo. Profunda enim deliberatione compendijs nostris in hac parte consulimus, si in incertis procellarum erroribus nauem ex boni gubernatoris ordinatione z flectamus. Quis enim tibi a excusare præsumat beneficium postulanti, cui oportuerat ante preces offerri? Hæc Imperator. At venerabilis sacerdos: Gratias, inquit, omnipotenti Domino, qui Pacem suam Principis menti inseruit: quem ad instar superni dominatus vicarium potestatis suæ voluit esse mortalibus.

y. Produnt— quos occul B.

* mediator

* Sequentia omnia è membranis nunc primum accesserunt.

z. feramur. Baron. Male quoque abest *tè nauē.*

a. recusare

Quibus breuiter enarratis, accepto etiam pro Concordiæ firmitate ab Anthemio sacramento, discessit, festinans ad Liguriam reuerti, quoniam Resurrectionis Dominicæ tempus instabat, per quod maceratis ieiuniorum cruce corporibus, carne frigida spiritus hilaris recalesceret, dum à Redemptore nostro moriendo mors vincitur, fidelis spei cibis anima saginatur. Vicesimo [à] se, cum * Romam egressus est, futurum Pascha * dies promittebat; tanta tamen iter celeri-

Paschæ festum.

* pro Roma: vt inf. Tolosā egressus est.

* f. die

tate confecit, vt quarto decimo die improuisus, & famam præueniens, Ticinum ingrederetur; comitibus sane plurimis in via derelictis, quia nec abstinentiam eius sustinere poterant, nec laborem. Ecce concursus præstolantium tanti Antistitis aduentum, domi positum videre, quem nondum Romam egressum fuisse cognouerant. Lætæ vrbis tripudia attonito Ricimeri indicarunt pacem factam; consono omnes ore clamitabant: Exultatio infinita Prouinciarum, &, sicut hominum mos est, gratius habere quod redditur, quam si omnino non pereat; dulcior erat Concordia, quæ polt litem reuocabatur, & Pax, quæ iam pænè desperata contigerat. Euocabatur Reuerendus Pontifex, vt diu exspectatum Mediolanensibus præsentaret aspectum. At ille, ne velut debitas gratiarum actiones præsens videretur exigere, visitationes eorum, sub colorata specie declinabat. Igitur processu temporis, & laboris, quotidianis successibus vitæ meritum geminabatur. Erat illi germana natu minor, religione non impar, *Honorata* nomine, cuius vitam per singula virtutum genera longum est eloqui: sufficit tamen ad laudum eius cumulum dignam tanti viri sororem dixisse. Hanc in ipso, quo è Legatione rediit, consecrauit anno; quam tamen imbuendam disciplinis cælestibus, quasi scientia illi natura non sufficiret. *Luminosa* cuidam feminæ stupendæ sanctitatis, & singularis

HONORATA. Epiphanij soror. Eius ossa Papiæ in sacello monasterij Historiarum dicti, condita ait Bern. Saccus lib. VII. rer. Ticinens. cap 15.

Luminosa, sancta femina.

gularis exempli, commint. Cuius oporteret forassis natalium culmina relegi, nisi insignior fuit vita quam sanguine. Hæc enim fuit talis, de qua se crederet habere & ipse quod discceret, cui erudiendam consortem vteri committebat. Nam breui apud hanc depositum Antistitis pignus eilloruit, & ad maturitatem bonæ frugis plantaria honesta perduxit. Interea per propositum sibi callem vitæ cursu præpeti Sacerdos venerabilis incedebat, eleemosynæ sine retractatione operam dans: quod munus accipientibus vultu & animo blandissimo commendabat, ita vt cuicumque sermonis solius gratiam præstitisset, nequaquam se indonatum putaret abscedere. Erat enim summum præmium talem saltem vidisse Pontificem. Crescebat in dies singulos fama glorioſis successibus, & totum pœnè mundum illius prædicatione complebat. Defuncto tunc * Ricimere, vel Anthemio, successit *Olybrius*, qui in ipsis exordijs diem clausit extremum. Post hunc *Glycerius* ad regnum accitus est, apud quem quâta pro salute multorũ gesserit, studio breuitatis incido. Nam supplicante sancto viro, illatam matri à ditionis suæ hominibus concessit iniuriam; cum apud illum reuerentia præfati Sacerdotis, esset etiam decessore sublimior. Post quem ad regnum Nepos accessit. Tunc inter eum & Tolosæ alumnos Getas (quos ferrea Euaricus Rex

In pauperes benignus.

* Ann. Chr. 472. *Ricimer socerum suum Anthemium Imp. Aug. Roma abditato imperio priuatim degẽtem occidit, & mox pœnas patricidij luit. Cassiodo. Bern. Sacrus lib. 7. c. 4.*

OLYBRIVS Imp. occisus an 473. Cassiod. in Chio.

GLYCERIVS à Nepote imperio detectus, atterssus est.

IVLIVS Nepos, Ro patricius Dux Leonis Imp. Constant. post etiã Imperator, an. 474.

EVARICVS, Gothorum

Rex, Tolosæ in Gallia. In membranis perpetuo EVRICVS scribitur, τρισυλλαβῶς.

dominatione gubernabat) orta dissensio est; dum illi Italici fines imperij, quos trans Gallicanas Alpes porrexerat, nouitatem spernentes, non desinerent incessere. E diuerso Nepos ne in vsum præsumptio malesuada duceretur, districtius cuperet commissum sibi à Deo regnandi terminum vindicare. Hinc vtrimque litium cœperunt fomenta consurgere, & dum neutræ partes conceptum tumorem vincendi studio deponũt, sic * exuperabat causa discordiæ. Attigerat iam beatissimus vir octauum in sacerdotio annum, cum repente Nepotis animum submouendæ dissensionis amor infudit, vt repulso simultatis veneno, seruaret inter Reges caritas, quod tueri arma vix poterant. Euocantur ad consilium Liguriæ lumina, viri maturitatis, quorum possit deliberatione labans Reip. status reuiuiscere, & in antiquum columen soliditas desperata restitui. Tantique ad tractatum coiere ex iussu Principis, quanti poterant esse rectores. Seritur de ordinanda Legatione sermo: in beatissimum virum EPIPHANIVM mentes omnium & oculi diriguntur. Fiunt cunctorum sententiæ: quasi vnius * & ore proferuntur & pectore. Quid pluribus? Cum lætitia CHRISTI miles occasionem laboris amplectitur, & spe b effectum præcepit, de negotij æstimatione confidens. Agendi speciem melioraturus inquirit: actionẽ penè conclamatam, & valde difficilem cælestis potentiæ

* al. exuberabat

* al. ex ore

b. affectũ percepit, Bar. ad ann. 474.

potentiæ præsidio percontatus est, susceperit, impleuit. Cuius itineris molestias, necessitatesque non valeam per ordinem digerere, nec si mihi centum linguarum fluminibus per meatum irriguis verba fundantur. Nam egressus de Ticinensi oppido, donec ad destinata loca pertingeret, tali viæ suæ fatigationem arte geminauit, vt si temperius iumentorum defectum considerantes in futuræ mansionis diuersoria a succesſerant, præter Psalmorum continuationem, præter lectionis perseuerantiam, (quorum nihil nisi stando faciebat) eligebat secessum nemorea fronde concluſum, vbi connexis arborum brachijs nox domestica texeretur, quod solum refugus per vmbracula opaca Sol nesciret, & thorum viridanti cespite gratia naturalis sterneret. Ibi profusus in oratione, continuis fletibus exsortem pluuiarum terram oculorum imbribus irrigabat. Reddebantur arua illa fœcunda orationum copia, quæ frugum esse non poterant. Tali exercitio se macerãs, Tolosanã, in qua Euaricus tunc Rex degebat, vrbẽ ingressus est: quẽ iã præuia opinio Gallorum auribus, qualis esset, intimauerat, sacerdotibus præcipuè eiusdem regionis; quos attonitos de aduenientibus inquisitio profunda sollicitat. Erat præterea eadem tempestate consiliorum Principis moderator & arbiter Leo nomine, quem per eloquentiæ meritum non vna iam declamationum palma susceperat: qui cum

Epiphanij pro Nepote Legatus ad Euaricum Gothorum in Gallia Regem.

c per meatus irriguos. Ba.

d. accederent, Bar.

Humi cubat Epiph.

Tolosa.

Leo orator.

Leo orator, & interpres Euarici Regis de quo illi mu nere gratulatur Sidonius Apollinaris lib. VIII. epist 3. & lib. 4. ep. 22. Baron Tom. VI. pag. 306. 307. 308. Plant. *Epiphanius ad Euaricum Gothorum Regē.*

summo gaudio aduentum Pontificis indicauit notitiæ publicæ : Euocatur ex tempore Regi præsentandus Antistes : ad quem ilico vt ingressus, vidit, salutauit, adgressus est:

QVAMVIS *te, stupende terrarum Princeps, multorum auribus reddat virtutis fama terribilem; & gladij, quibus finitimos continua vastitate premis, segetem quandam inimici germinis metant, nullam tibi tamen Superni gratiam numinis dira bellandi præstat ambitio ; nec ferrum fines tuetur imperij, si cœlestis Dominus offendatur. Regem te habere memento, cui oportet considerare quid placeat : qui cum susceptum hominem portaret ad cœlum, pro immensæ hæreditatis munere, Pacem discipulis iterata sæpius admonitione commendat : cuius nos præcepti necesse est esse custodes : præcipuè cùm nouerimus virum fortem dici non posse, quem vicerit indignatio. Deinde perpendere nos conuenit, quod nemo diligentius propria tuetur, quàm qui aliena non appetit. Quocirca* NEPOS, *cui regimen Italiæ ordinatio diuina commisit, ad hæc nos impetranda destinauit, vt reductis ad fidem mentibus, terræ sibi connenæ dilectionis iure socientur. Qui licet certamina non formidet, concordiam primus exoptat. Nostis in communi, quo sit dominiorum antiquitas limitata confinio ; qua sustinuerunt partes istæ illarum rectores famulandi patientia. Sufficiat, quod elegit ; aut certe patiatur amicus dici, qui meruit Dominus appellari.*

Pax vobis. Ioan. 20. v. 21. 26.

Hæc

Hæc vir insignissimus EPIPHANIVS. At Euaricus gentile nescio quod murmur infringens, mollitum se adhortationibus eius vultus sui serenitate significat. Leo verò, nominatus superius, tanto allocutionis ipsius tenebatur miraculo, vt crederet verbis huiuscemodi expugnari posse mentes (si fas est dici) etiamsi contra iustitiam postularet: [e] Taliter tamen fertur ad interpretem Rex locutus:

[e. Tacite tamen, Bar. *Euaricus, persuasus ab Epiph. Pacem concedit.*]

LICET *pectus meum lorica vix deferat, & assiduè* [f] *manum orbis includat æratus, necnon & latus muniat ferri præsidium; inueni tamen hominem, qui me armatum possit expugnare sermonibus. Fallunt qui dicunt,* ROMANOS *in linguis scutum vel spicula non habere. Norunt enim & illa, quæ nos miserimus verba repellere, & quæ à se diriguntur, ad cordis penetralia destinare. Facio ergo, venerande Papa, quæ poscis: quia grandior est apud me Legati persona, quàm potentia destinantis. Accipe nunc fidem, & pro Nepote pollicere quod seruet intemeratam Concordiam: quoniam te promisisse, iurasse est.* His dictis, inito etiam pactionis vinculo, [g] verendus Pontifex Vale dicto discessit. Ad quem statim precatorum turba dirigitur, vt secuturo die Regis epulis interesset: quem ille iam compererat iugiter per Sacerdotes suos polluta habere conuiuia. Cui excusauit, dixitque sibi

[f. manus orbē æratum includat. Baron.]

[g. venerandus Pontif. Bar.]

[b] aliquando prandijs vesci: perendie se magis velle proficisci. *Sic Baron.* ad annum 474.

sibi non esse in more positum, alienis [b] ali quandoque prandijs: vespere magis se velle proficisci. Quod constitutum maturauit implere: & Tolosam tantis comitantibus egressus est, vt pænè deserta vrbs, discedente nostro Pontifice, cerneretur. Tantos enim in breui sibi deuinxerat caritate sincera, vt captiuitatem flerent, quos apud patriam remanere necessitas constringebat. Inde tamen regrediens singula sanctarum habitationum loca visitauit. Medianas insulas, Cycladas, Lerum, ipsamque nutricem summorum montium planam *Lerinum* adijt: vnde singulos vitæ flosculos decerpsit ex omnibus, quos in se boni germinis fomes insereret, & ad maturitatis tempus grauida pomis cælestibus arbor adduceret. Interea expectatum Italis lumen redditur, & reuertente singulari Sacerdote per sudum rutilans iubar aperitur: Ticinum diu desideratus ingreditur: Nepoti effectū peractæ Legationis insinuat, & crescente laudum cumulo humilitas in eo pariter sensit augmentum. Igitur dum talibus se disciplinis & laboribus CHRISTI & Domini nostri operarius exerceret; ecce ille quietis nescius, & scelerum patrator inimicus, magna dolorum incrementa conglutinat, & inquirit, quibus virum integerrimum passionibus lacesseret. Exercitum aduersus Orestem Patricium erigit, & discordiæ crimina clandestinus supplantator interserit. Spe nouarū rerū perditorū animos inquie-

Lerinum Galliæ.

Ticinum ad Nepotē reuertitur Epiphan.

Orestes.

inquietat. Odouacrem ad regnandi ambitum extollit, &, vt hæc pernicies in Ticinensi ciuitate contingeret, Oreſtem, ad eam fiducia munitionis inuitat; Epiſcopus cum omnibus ad ſe pertinentibus præſens inuenitur: Fit maximus in vrbe concurſus: prædandi rabies inardeſcit;

Odoacer Erulorum Rex. Ticinum capitur & incenditur. Vide Blondū, Sabellicū, Platinam, Bern. Saccū lib VII. cap. 7. Baron. ad annum Chr. 475.

Luctus vbique, pauor, & plurima mortis imago diſcurrebat. Ille ſollicitus poſcebatur ad pœnam, cuius ſubſtantiam notiorem fecerat amicitiarum fides antiquior. Alij flammas ruituris ædibus ſupponebant: alij ad exitium poſcebant dominum, pro cuius conuenerat ſalúte pugnare. Currunt ad Eccleſię domum totis direptionis incendijs æſtuantes, dum, quem videbāt erogare plurima, per immenſa ſuſpicabantur abſcondere. Proh nefas! theſauros * cruda Barbaries quærebat in terra, quos ille ad cœleſtia ſecreta tranſmiſerat. Diripitur etiam ſancta eius germana, & ſeorſim ab eo captiuitatis ſorte deducitur. Omnes nobilium à ſuis familiæ ſequeſtrantur. *Luminoſa* glorioſiſſima femina parili neceſſitatis conditione conſtringitur. O dolor! vtræq́ Eccleſiæ flammis hoſtilibus concremantur: tota ciuitas quaſi vnus rogus effulgorat Cunctorū voces Sacerdotē requirentiū audiuntur nemo periculi ſui meminerat, dū maior ab illis ſalutis portio diuideretur. Cui quāuis cōfuſa in ſingulorū exitia turba fremeret, honor tamen & inter gladios impendebatur. Nam ilicò non fuerunt, quos potuit

Capitur, & diripitur Epiphanius.

* dura Barbaries, Bar.

Tępla duo Ticini inconſa.

Redimit Honoratam sororẽ, & matronas iniurijs obnoxias.

potuit videre captiuos. Venerabilem germanam suam priùs quam in vesperam diei illius lux funesta laberetur, eripuit: plurimos etiam ciuium absoluit precatu suo, antequam durissimæ conditionis vincula sentirent; matresfamilias præcipuè, quas immanior in hac necessitate poterat manere commoratio. Postremò, status ciuitatis, quam multitudo barbarica succidebat, vnius fortissimæ columnæ sustentatus resurgebat auxilio: nec tantum ad delendum sufficiebat exercitus, quantum ad reparandũ vnius persona Pontificis. Sublato tamen Oreste, & propter Placentinam vrbem extincto, deprædationis impetus cõquieuit. Post quem adscitus in regnum * Odouacres tanto cultu insignem virum cœpit honorare, vt omnium decessorum circa eum officia præcederet. Interea ne diu fauillis domicilia diuina premerentur, antè gloriosus Antistes reædificandi sumpsit animum, quam expensas aut substantiam præparandi: ingentis precij fabricas * sine nummorum attollere condito non expauit, Apostolicæ admonitionis haud inscius, quod cœlestia regna quærentibus indeficiens iugiter census exuberet; & de pleno semper impertiat, quem non opprimet in largiendi voluntate paupertas: Dicebat enim, vix est vt animum diuitem possibilitas deserat; & difficillimum vt sequatur abundantia hominem, mente mendicum. Iamiamque tamen fastigia perfectionis

Oreſtes ad Placentiam occisus. Bern. Saccus lib. vij. cap. x.

* alijs ODOACER hic Gothus nominatur.

Templa incensa instaurat Epiphanius.

* fort. sine nummorum vi attollere continuo non expauit.

2. Cor. 9. 8. Galat. 6. 9. 2 Thess. 3. 13. Hebr. 13. 16.

fectionis maioris Ecclesiæ opus attigerat ædificio, & dedicationis insignibus adornato extemplo alterius Ecclesiæ, cùm columnatus repẽtè paries impulsu callidi serpentis eiectus est, voluit experiri, si multiplici eius posset vexatione subuerti. At ille * violentior, ne malis eius cederet, assurgebat, & continuò sine alicuius passionis indicio ad reparationem ipsius plena se auiditate succinxit: Nimio tamen vniuersitas tenebatur miraculo, quod ab ipso templi tolo artifices cum ingenti machina corruerunt, nullus tamen eorum aut crure debilis factus est, aut aliqua membrorum parte truncatus; quod orationibus Episcopi contigisse cunctorum sensibus patuit, vt moles propriam ruinam sustineret, & accessu suo lapides suspenderentur. stupendo tandem ordinationis eius cursu supradicti operis perfectionem labor accepit. Nam consummatò maioris Ecclesiæ reparationem orditus, raptim ad fastigia priscæ incolumitatis surrexisse conspexit domum Domini, qui necdum compererat inchoatam: quibus tamen ab eo celeriter exactis mox se in illum diuinus fauor ostendit: Nam in eiusdem anni curriculo summa dæmonum turba de obsessis cœperunt clamare corporibus, * flabris se, & cruciatibus nimijs, vt fugerent, Sacerdote EPIPHANIO imperante compelli, quos ille modica cum fletu oratione profusa ad extima terrarum confinia

* fort. valentior

Dæmonas pellit Epiphanius.

* f. flagris se

confinia transmittebat, ac diuersis vocibus eiulantes meritorum suorum vrgebat imperio. Sed cùm talia per gratiam CHRISTI iugiter faceret, nihil ibi de præsumptionum flatibus assumebat. Tollit enim illis boni meriti potentiam, quibus supercilium fiducia benignitatis attulerat. Interea ne solis ciuitatem templorum ædibus videretur ornasse, festis eiusdem vrbis habitatoribus remediorum vtilitate prospexit. Nam directa Legatione ad Odouacrem quinquēnij vacationem fiscalium tributorum impetrauit, ad quæ beneficia per singulos dispertienda tãta se caltitate continuit, vt nemo ex his minus acciperet, quàm is quo fuerant impetrante concessa. Dum hæc tamen gererentur in perniciem Liguriæ possessorum Pelagij, qui ea tempestate Prætorio præfectus erat, repositus malitiæ ardor efferbuit. Nã coëmptionum enormitate grauissima tributa duplicabat; reddebatque onus geminum, quod simplex sustineri non poterat. Vnde mox ad Sanctum virum oppressorum turba confluxit; qui lætus succurrendi occasiones amplectitur, & pro cunctorum necessitate alacer ambulauit, popoſcit, obtinuit. Sed quid frustrà gestio singulorum species laborũ eius vel formas eloqui? dum quod non explicat possibilitas, præsumit affectus; datque terminum lętiora opinantibus sermonis angustia. Fuerunt tamen ista sacratissima * vatis desideria, vt cùm innumerabilia faceret, optaret

Vrbem Ticinũ quomodo instaurat Epiph.

Vates pro *Præsule*, vt sæpe in Poëmatis inf. al *Sacerdos*, *Presbyter* etiã pro *Episcopo*.

de

de laudibus ſuis, aut nulla, aut pauca perſtringi. Vnde ſi quid minus lingua pauper aperui, audientum & legentum ſenſibus derelinquo. Poſt multas tamen, quas apud Odouacrem Regẽ Legationes violẽtia ſupplicationis exegit, diſpoſitione cœleſtis imperij ad Italiam *Theodoricus Rex* cum immenſa roboris ſui multitudine commeauit: Ad quem vir integerrimus, dum Mediolani iam poſitus eſſet, excurrit. Quẽ cum ille Regum præſtantiſſimus cordis oculis inſpexiſſet, & ſolita iudicij ſui Sacerdotem noſtrum libra penſaret, inuenit in eo põdus omnium conſtare virtutum: cuius integritatem velut fabrilibus lineis ad perpendiculum mentis emenſus eſt, quique tali apud ſuos de illo ſermone vſus eſt: ECCE *hominem, cuius totus Oriens ſimilem non habet: quem vid ſſe præmium eſt, cum quo habitare ſecuritas. Fortiſſimo muro ciuitas Ticinenſis, incolumis iſto, vallatur; quos* * *oppugnantum nulla vis poſſit obruere, quos* * *nequaquam Baleāris fundæ tranſcendat excurſus. Si qua neceſſitas inter vndas certaminum acceſſerit, tutum eſt apud iſtum matrem, familiaſq; deponere;* [*&*] *expeditum excurſibus militare bellorum.*

Theodoricus Rex Gothorũ Italiam occupat Bern. Saccus lib. VII. de reb. Ticin. cap. 10.

Theodorici de Epiphanio iudicium.

* *al impugnantum.*

* *numquam*

Interea perduelles animos * dedititij exercitus mutationum incendit ambitio; quorum caput [a] Tufa fuit, homo in perfugarum infamia notitia veteri pollutus; qui concepit mẽte ingenti [b] vas è deſperatis partibus cum multitudine redderet. Quod cum Theodoricus Rex Principali ſollici-

Dedititius exercitus, An quia è dedititis conſtabat? vt *dedititij Belgæ* Cæſari lib. 2. belli Gallici. & T. Liuio: *Quidquid patientur dedititij veſtri, paſſuri*. Vide Iunſconſult. quorum ſcrinia non compilo.

[a] *Hilba*, dux Gothici exercitus vocatus à Bern. Sacco lib. VII. ca. XI.

[b] vt ſe deſperãtibus partib. Sic Baron. ad ann. 489.

tudine cognouisset, continuò omnem illam, quam totus Oriens vix sustinuit, contraxit manum, atque ad Ticinensis ciuitatis se angustiam contulit. Videres vrbem familiarum cœtibus scatentem, domorum immanium culmina in angustissimis resecata tugurijs. cerneres [c] à fundamentis ædificia immēsa migrare, nec ad recipiendam habitantium densitatem solum ipsum posse sufficere. Inter hæc ille in bonis vir exercitatissimus, in quo animorum amplitudo cunctis pandebat accessum, opportunum sibi conijciens tempus offerri, quo benignitatis suæ pleno Austro vela laxaret, & portum gloriæ per variarum notitiam gentium, & actuum celebritatem [d] secunda nauigatione pertingeret primore in loco (quod nullæ chartæ veterum, nulli librorum, de quocunque loquuntur, Annales; quod cum stupore relator affirmet, vel cum admiratione lector admittat) vt cum sagacissima gente habitans, ad quam nulla suspicionum aura præteruolat, in rebus dubijs, quando metus periculi, etiam mitia, contra quoslibet corda sollicitat; sic illis fidelissimus extitit, vt inimicos eorum toto deuinctos teneret affectu & inter [e] dissidentes Principes solus esset, qui pace frueretur amborum. Applicabat enim ad compendium vnius quidquid præstabatur ab altero; & reuerentia personæ suæ atque dulcedine sic largientis temperabat animum, vt nullatenus accenderetur, si aliquid

Gothorum exercitus.

c Hæc desunt in Bar. pag. 438. Plant.

Laus singularis Epiphanij Episc.

d. Prouerb. Λέυτερος πλοῦς ἢ πλόος οὔριος Luciano.

e. dissentientes Bar.

aliquid à se beneficij per Episcopum & inimicus acciperet. Ille fuit, *f* circa quem concordiam etiam pugnantes seruarent, & cuius quietem bella non læderent. Iam si ad illud veniamus, *g* quod quotidiana & ipsos pascebat humanitate raptores, & illis intra ciuitatem sumptuum necessaria ministrabat, qui foris prædia illius continua vastitate deleuerant: Nam tot millia hominum vno eodemque tempore, cum diuersa poscerent, reficiebat blanditijs, humiliabat alloquio, pascebat muneribus. Si cuius liberi; vxorque inimicis, à qualibet parte fuissent, intercipientibus occupati, ilico supplicationis illius precio reddebantur suis, quos auri redimere non potuisset effusio. Regi *h* aptissimus, & præsanctis omnibus venerabilis existebat, vt quoscunque Romanorum, bellandi licentia hominum, eius feciſſet esse captiuos, mox illi restitueret, quem sola intelligebat aliorum libertate ditari. Deinde numerare nequeam, quanta ille subiugatorum agmina solo proprio reddidit, quanta, *i* ne vexarentur, impositit. Iam si illa retexam, quas inimicorum sustinuit insolentias, quibus laborauit in missionibus, quali procellas pessimorum virtute contempsit. Ad hæc enarranda lingua non sufficit: Iuuat enim certa quæque decerpere, vbi sunt omnia admiranda, quæ referas. Sub tali cruce trienium duxit, soli Deo dolorum suorum

f. sic circa quemcumque vt conc. Bar.

g. quot quot tid. & ipse pasc. Bar.

h. f acceptissimus,

i. ne vexaret, vir impositit. Baron.

secreta manifestans, à quo ministrari sibi clandestinum poscebat auxilium. Post hinc digressis Gothis, ciuitas Ticinensis Rugis est tradita, hominibus omni feritate immanibus, quos [b] atrox & acerba vis animorum ad quotidiana scelera sollicitabant. Diem putabant perijsse, qui illos sine facinore, casu aliquo interueniente, fugisset: Quos tamen beatissimus Antistes sermonum suorũ melle deliniebat, vt effera corda auctoritati submitterent Sacerdotis, & amare discerent, quorum pectora odiis semper fuisse [c] dedicata cognouimus. Mutata est per meritum illius peruersitas naturalis, [d] dum inhonoris mentibus radix peregrinæ apud illos affectionis inseritur. Quis sine grandi stupore credat dilexisse & timuisse [e] Rugos Episcopum, & Catholicum, & Romanum? qui parere Regibus vix [f] dignantur; cum quibus integrum pene biennium exegit taliter, vt ab eo flentes discederent, etiam ad parentes & familias regressuri. Postquàm verò perfuncta * res est misero exitialique bello, & vicit is, cuius post triumphum, spoliatum vagina gladium nullus aspexit, qui præsumptionem exercitus sui cum prælio terminauit; illico aggressus est venerandus Pontifex de vrbis suæ reparatione tractare; quam vt primum dignis compleret habitatoribus spiritalis prospexit deliberatione consilij. Et, licet eam, precatu illius faciente, nullus in vastitatem temporalis procellę turbo

RVGI, immanes.

b. acris & acerba vis B.

c. f. dedita

d. dum in horum mentib. Baron.

e. Reges Episcopum. Bar. *malo*, Rugos.

f. dignabantur

* Pro Republica. vt Pers. Rem populi tractas.

Ticinum instaurat Epiphan.

turbo dispulerat, parum tamen credebat posse sufficere, si post ruinam omnium Liguriæ ciuitatum Ticinijs suis tantùm contenta indigenis exultaret: cœpit finitimarum vrbium certos quosque de ciuibus flosculos legere, atque in suos hortos cultor diligens plantaria iam probata portare, de quibus * fruge & idoneus aptissima caperet pompa possessor. Interea subita animum præstantissimi Regis *Theodorici* deliberatio occupauit, vt illis tantùm Romanæ libertatis ius tribueret, quos partibus ipsius fides examinata iunxisset. Illos verò, quos aliqua necessitas diuiserat, ab omni iussit & testandi, & ordinationum suarum ac voluntatum licentia submoueri. Qua sententia promulgata, & [a] legibus circa plurimos tali lege calcatis, vniuersa Italia lamentabili iustitio subiacebat. Itur rursus ad illum, qui manu medica publicis consueuerat subuenire vulneribus: cuius fonte ærumnarum sæpè fuerat ardor extinctus: Qui dum se diceret solum ad tantam sarcinam sustinendam non posse sufficere; rogatur pariter venerabilis *Laurentius* Mediolanensis Episcopus. Qui profecti vna Rauennã, etiã pariter peruenerũt: susceptí reuerenter. Postquam illis agendi aditus reclusus est, Beatus *Laurentius* necessarium duxit, illi porisimum perorandi copiam dare, cuius vestigia frequentium Legationum laborioſus callis attriuerat, & per tramitem huiuscemodi

* Fort. fruges idoneas, & aptissima caperet poma possessor.

a. & legibus hac ita plurimis tali lege. Baro. ad ann. Chr. 494.

Laurentius Mediolan. Episc. Baron. an. 494.

itineris curſitantem, non ſemel hiſpidum caſtrenſis puluis effecerat. Qui tali publicas petitiones eſt orditus eloquio:

Epiphanij ad Theodoricum Regem oratio.

QVANTVS, *inuictiſſime Princeps, per innumerabiles ſucceſſus felicitatem tuam fauor diuinus* [b] *extulerit, ſi per ordinem relegam, agnoſcis te votorum parcum maiora ſemper à Deo noſtro beneficia accepiſſe, quam optaſſe memineris. Sufficit tamen horum vnum narrare, ſed maximum: quod apud te Principem ibi ſeruorum tuorum cauſas agimus, vbi ſolebat inimicus tuus huius* [c] *ſolij poſſeſſione gaudere. Habes plurimum* CHRISTO *Redemptori noſtro quod debeas; pro quibus rogamus, ipſe largitus eſt Cauendum nobis eſt ne offendatur auctor muneris, ſi quod præſtitit, non amemus. Diu ſuſpendo fiduciam meam: placet ire per ſingula, quæ fando comperi, quaque perſpexi acceſſiſſe tibi diuinitus auxilio. Scis quæ te pollicebaris acturum, quando confertiſſimis inimicorum cuneis vrgebaris, & circa muros Ticinenſis ciuitatulæ* [d] *hoſtilis litui clangor ſtreperet; quando armis, numero aduerſarij præſtantiores* [e] *ſubſiſtere, ſola tecum dimicante cælitus inuiſibili virtute, non poterant:* [f] *Audebat te aggredi, qui exercitus tuos nuda æſtimatione penſabat. ſolatiorum tuorum pondus omnis bellandi apparatus ſuſtinere non valuit. Quoties vtilitatibus tuis aër ipſe ſeruierit, ſi recenſes, tibi* [g] *cæli ſerena militarunt; tibi* [h] *conuexa pluuias pro voto fuderunt. Quis reſiſtere dexteræ tuæ auſus fuit, & cum gratia ſuperna pugnanti? quoties inimici tui ceciderunt mucronibus ſodalium ſuorum? quoties tibi vicit, qui pro hoſtium tuorum vtilitate certabat?*

b. euexerit. Baron.

c. ſolum v. c. fort. ſoli

d. Deſunt in Baron.

e. ſubſtitere Bar.

f. Non audebat. B.

g. Claudia. in Panegyrico Theodoſij *cui militat æther.* &c.

h. al contecta

his

his ergo donis cœlestibus vicissitudinem, impensa circa homnes pietate, restitue. Mystica oblatonis holocausta sunt, supplicantum lacrymas non sperni. Illud certè perpende, qualibus in Regno succesferis; [i] *quos si, vt liquet, malitia expulit, casus illorum necesse est vt sequentes informet. Ruina præcedentium posteros docet. Cautio est semper in reliquum lapsus anterior.* [k] *Non sine exemplo militat, qui respicit, qua causa decessor eiectus est: His freta Ligurta vestra, nobiscum profusa supplicat, vt Legum vestrarum beneficia sic tribuatis innocentibus, vt noxios absoluatis: Exigua est apud Deum nostrum misericordia, si illos tantum læsio non sequatur, qui reatu carent. Culpas dimittere, cœleste est; vindicare, terrenum.* Post hæc siluit. At eminentissimus Rex infit: quo loquente, attonita de voluntate eius corda pauor arctabat:

i. quos (sicut liquet) Baro.

k. Non sincero exemplo militat, qui non resp. *Bar. sed rectius hic.*

QVAMVIS *te, Venerabilis Episcope, pro meritorum tuorum luce fuspiciam, & multa apud me confusionis tempore reposuisse beneficia, quibus frui te conuenit, tranquillitate reuocata; regnandi tamen necessitas, qua concludimur, misericordiæ, quam suades, non vbique pandit accessum: & inter res duras nascentis Imperij Pietatis dulcedinem Censuræ pellit vtilitas. Exemplorum cælestium testimonio assertio mea nititur. Offendisse legimus Principem, qui cælitus destinatum nec inimicum subduxit exitio: Pœnam meruit lenitas, quam potuit intulisse districtio. Vltionem suscepit, qui detrectat* [1] 1. Reg. 15.

Theodorici Regis responsum.

l. *Locum diuini* Baron. m. *hosti suo.*

inferre: vim Diuini iudicij aut attenuat, aut contemnit, qui m *hoste suo, cum potitur, indulget Iustitia coërcendi sunt, quos constat gratiam non secutos. Vitia transmittit ad posteros, qui præsentibus culpis ignoscit: Nam quod de Redemptoris nostri patientia loqueris, illos verè amplectitur lac gratiæ, quos austeritas Legis informat: Numquam à medico ad plenissimam curationem æger adductus est, nisi ab illo, qui primùm putrida ferro membra*

n. & latentem saniem pe è f. visc. prod. in lucem. *Sic Baron.*

desecuit, & n *latentem penitùs è sinu viscerum produxit illuuiem. Qui criminosos patitur impunè transire, ad crimina hortatur insontes. Tamen quia precibus vestris (quibus superna* * *sentiunt) obsistere terrena non possunt, omnibus generaliter errorem dimittimus: nullius caput noxa prosternit: quoniam potestis & apud Deum nostrum agere, vt scelerata mentes à propositi sui peruersitate discedant: Paucos tamen, quos malorũ incentores fuisse cognoui, locorum suorum tantummodo habitatione priuabo, ne fortè exurgens necessitas vicinos inueniat nutritores, & malorum adiuta successibus, bella consurgant.* His præcellentissimus Rex dictis virum Illustrissimum Vrbicum acciri iubet, qui vniuersa Palatij eius onera sustentans, Ciceronem eloquentia, Catonem æquitate præcesserat: cui præcepit, vt *generalis indulgentiæ pragmaticum* promulgaret. Quod ille ad omnem benignitatem paratissimus, ilico tãta breuitate, & luce contexuit, vt & illa culparum genera cognoscerentur abolita, quæ putabantur fuisse reseruata. Interea secretius Rex præstantissimus Sacer-

* fort. consentiunt, vel, quibuscum. Bar. assentiuntur.

VRBICVS leges fert indulgentiæ.

dotem

dotem venerandum *Epiphanium* imperat euocari, quem tali compellit affatu:

IVDICII *nostri ex ipsa sententia, glorioſe Antiſtes, pondus intellige; vt* [o] *cum tot in regni noſtri circulo Pontifices eſſe videantur, tu potiſſimùm in tanta re quaſi vnicus eligaris; nec eneruata per meritum tuum huiuſmodi æſtimatores illudit optimo. Solus eſſe iuſtè crederis, cuius ſplendore tamquam globis Lunaribus minorum ſiderum lumen obtunditur, & modicæ lucis radij* [p] *præfulgidæ conſcientiæ ſuæ luce fuſcantur. Quis quærat noctis lampadem, vbi Solis iubar* [q] *effulgorat? Quis candelæ præſidium, vbi caminis indeſinentibus Fidei pyra ſuccenditur? Poſtremò talem à me oportet dirigi, qualem ſuſcipiens libenter auſcultet. Vides vniuerſa Italiæ loca originarijs viduata cultoribus? In triſtitiam meam ſegetum ferax ſpinas atque iniuſſa plantaria campus apportat; & illa mater humanæ meſis Liguria, cui numeroſa agricolarum ſolebat conſtare progenies, orbata atque ſterilis ieiunum cæſpitem noſtris monſtrat obtutibus. Interpellat me terra, quocunque reſpicio vberem vinetis faciem,* [r] *cum aratris impexa contriſtat. O dolor! nullus humor illorum labris infunditur, quos à vini copia* [ſ] *Oenotrios vocauit antiquitas. Hæc quamuis Burgundio immitis exercuit, nos tamen, ſi non emendamus,* [t] *admiſimus. populatæ patriæ ceſſamus ſuccurrere,* [v] *& aurum apud nos habetur in conditis? Quid intereſt pecunijs an ferro aduerſariorum animos inclinemus? Obtuliſſe, quod mentes capiat hoſtis, viciſſe eſt; occuluiſſe, ſuperari. Suſcipe ergo,* CHRISTO *adiuuante, huius laboris ſarcinam, ex*

THEODORICI *ad Epiphan. oratio de Legatione ad Gondouadum pro redimendis Italiæ captiuis ſuſcipienda*

o vt ſi iam in toto regni. Baron.

p. perfulgida conſ. tuæ. Baron.

q. effulſerit? Baron.

r tum ar. imp. contriſtant.

ſ. Neotrios, Bar. *male* Burgundio immitis.

t. amiſimus. Bar.

v. ſi aurum apud nos hab. in conditis? Bar.

qua cõmunẽ habeamus in cælesti repromissione mercedẽ: Quia nouus iste proprijs insignibus titulus laudis accreſcit, per manus tuas de oppugnatoribus nostris ſine ſanguine triũphare. Princeps eorũ Gondouadus eſt, cui reuerentiã tui * vetuſtas inſeruit: quem vidẽdi te nimia cupido ſtimulat: Crede mihi, precium captiuitatis Italicæ erit veſter aſpectus. Redemptos putabo eſſe, quos cupio, ſi ad terras illas talis redemptor acceſſerit. Quam magno ſuffragio vincuntur oculi, quibus te offerimus. Sed quid? demoror manus arua poſcentia? Polliceor tibi rediuiuum Liguriæ ſtatum, polliceor ſoli lætitiam: Et poſt Tranſalpinam peregrinationẽ reducem fœcunditatem, z & accedenti aurum tibi cõmodatur, pro qua talis Legatus a acturus eſt. Ad hæc Epiſcoporũ lux Epiphanius reſpondit: QVANTO, venerabilis Princeps, pectus meũ tripudio repleueris, ſi ſermone poſſit ambiri, pro diuitijs meritorum tuorum b immeditata & continua verba profunderem: ſed quam ſermoni meo interceptus denegetur ſucceſſus, monſtrant lacryma gaudiorum, quas dolorum alumnas nũc parturit exultatio: c Perinde intellige, ad referendas optimo Regi tam pro nobis, quàm pro ſe ipſo gratias, plus me ſentire poſſe quam eloqui. d Iuſtitia prius an bellorum exercitatione, an quod his præſtantius eſt, omnes retro-Imperatores te pietate e ſuperaſſe commemorem? Habes vnde gentis noſtræ rectores accuſes. Tu redimes, quos illi perſæpe aut permiſerunt fieri, aut fecerunt ipſi captiuos. Dauid legimus, pro ſingularis laudationis exemplo, idcirco maximè cœlorum proximitates f indeptum, quod oblato manibus ſuis Sauli pepercit inimico & in teſtimonium

GONDOVADVS Burgundionũ Rex: alijs *Gundobaldus* vel *Gondibarus*, aut *Cunzhibares* dictus, Baronio vero Tomo VI. Annal. Eccleſiaſt. an. Chr. 494. GVNDEBALDVS eſt.

x. venuſtas Baron. vt ſup.

y. demorer? manus arua poſcent iam. Bar.

z. Ex accidẽti. Baron.

a. acturus es. *Gratias agit Regi Epiph.*

b. immediate continua verba. Bar.

c. Proinde

d. *Iuſtitiane prius mirer belliũ laborum?* Virg.

e. ſuperare Ba. 1. Regum 24.

f. adeptum,

stimoniũ conceſſæ poteſtatis, exuuiarũ eius particulam rapuit, per quam & licentiã probaret & votũ. Deus bone, in quã a remuneratione g huius facti ſuſcipis pro ot millibus oppreſſorũ libertate tractantis, qui illũ pro vnius ſeruati hominis ſanguine ſublimaſti? Perage ergo cœpta feſtinus, & felicitatis tuæ oblatione lætus apporta; meq, quamuis ſim paratus, h ſtimulo ne in offerendo tam odorato ſacrificio tarditatis obice refraneris: CHRISTI Redemptoris noſtri erit cõcedere (ſicut ex operibus futurũ conijcimus) vt verè holocauſta tua per manus meas poßis offerre. Precor tamen, vt indultu Clementiæ tuæ VICTOR *Epiſc. Taurinenſis.* i. Taurinenſis Bar. *Victor, Taurinatis vrbis Epiſcopus comes mihi & particeps huius itineris adiungatur: in quo clarum eſt epitomam omniũ conſtare virtutum: Quo ſocio adhibito de Domino noſtro ſecurus k ſpondeo, nullum effectum propriis petitionibus abnegandum.* k. reſpondeo, Bar.

Quibus auditis, Rex eminentiſſimus annuit, at tremendus Pontifex, vale dicto, diſceſſit. Ex tempore portandæ pro redemptione pecuniæ deſtinantur, ſuſcipiuntur: Egreditur l Ticinũ impiger, venit: & quamuis adhuc m hiemali tempore Martius mẽſis glaciales fluminibus frænos imponeret, & cana niuibus iuga Alpium tranſituris n minarentur exitium: ſed mortiferum frigus, & cõcretas algore glebas Fidei ardor exuperat. Numquam in gelu labitur, cuius fundamẽtum petra ſolidauit. Ordinato igitur itineris ſui viatico, profectus eſt. o diceres quod vniuerſa impelleret, quæ poterat retinere neceſſitas, neq; cibi ipſius capiendi p moratus tenebatur.

Epiphanio ad Burgundionum Regem Legatio mandatur, Lugdunum Galliæ.

l. pro, Ticino vt ſup. *Romã, & Toloſam egreſſus.*

m. hiemali corpore Ma.

m. glacie flu. frenum imp. Bar.

n. minaretur, Bar.

o. hæc in Bar. deſiderantur.

p. mora ſuſtinebatur. Bar.

tenebatur. Et cum singulos cum ipso positos ille plenus discriminibus callis turbaret, solus inter pericula timere non nouerat, quem [q] res vitæ certa comitabatur. [r] Interea illa, quæ itineris eius fuit semper præuia, & in apparatu diligens præcessit fama, & tanta Gallos insignium relatione compleuit, vt quasi superni numinis aduentu aut præsentia turbarentur: Concurrebat omnis ætas & sexus; Et quos à vicinitate viæ ipsius longa interualla seiunxerant, ardor animi proximabat. Quidquid hâbuit quisque preciosum obtulit; & si non habuit aliunde mercatus est. Patria vbique, vbique opulenta diffusio; inemptis dapibus mensæ cumulabantur peregrinorum; & illis, quas nisi cõparatas [incolæ] habere non poterant, escis sine precio vtebantur externi. Tunc quoscunque indigentum reperit, illis quæ erant donata, dispersit; domi forisque pascebat miseros. Neque fieri potuit, vt quod ad ipsum delatum est, pauperum vsibus subtraheretur. Hoc ordine, mira celeritate Lugdunum ingressus est, vbi *Rusticius* tunc Episcopalem cathedram possidebat homo, qui & in sæcularis tituli præfiguratione Sacerdotem semper exhibuit, & sub prætexta fori gubernationem gessit Ecclesiæ: qui trans Rhodanum fluuium aduentui ipsius spiritalis lætitiæ copia repletus occurrit; causam commeationis inquirit; quæ essent astutiæ Regis edocuit; Quem ne inopinantem obiectionum

[q]. spes vitæ certa. Bar.

[r]. Hæc periodus quoque in Baro. deest.

Peregrinos pascit.

RVSTICIVS Lugdunens. Episc. S. Patiens successor, ad quẽ Sidonius lib. 2. epist. 11.

[s]. sub prætextu fori. Bar.

iectionum aut responsionis callliditas inueniret, intra penetrale pectoris [t] certaminum se prolusione firmabat. Quem postquam *Gundouadus*, terræ illius Dominus, venisse cognouit; *Ite* (inquit ad suos) *& videte hominem, quem & meritis, & vultu semper ego Laurentij Martyris personæ contunxi. Qui quando nos videre vellet, inquirite: Et cùm iusserit,* [*] *inuitate.* Mox ad eum omnis Christianorum Principi adsistentium turba confluxit; qui affatim admiratione capiebantur, quòd illa tot linguarum fama [v] tam minorē re in isto, quamuis esset ampla, monstraret: cui numquam sufficeret [x] paupertate sermonum, quamuis ditior iusto esset in reliquis. Constitutus ergo videndi Regem dies, ad quem cùm ingressus est, salutauit, & sua vtrique visione lætati sunt. Dedit summo viro Victori licētiam, si iuberet ipse, principium Legationis ordiri; qui ad illum omne pondus retulit, [y] vt fuit ad cunctam humilitatem paratissimus. E vestigio decus Italiæ, Antistes noster, talibus verbis cœpit Regem affari: INEXPLICABILIS *mihi dudū, probatissime Princeps, vestri amor imposuit per iter istud contra naturam & tempus bella suscipere, & crustati montis pericula non timere; quibus dum in metallū aquas arctauerit coagulatum, ex liquore minatur exitiū. Transcendi alienis mensibus ninguidos* [z] *saltus; posui gressus, quos in suis locis vis frigoris obligabat. Postremò mortem non timui, vt tibi celer præmium lucis æternæ afferrem. Inter duos optimos Reges testi-*

t. certam prolusionem firmabat. Baron.

S. Laurentius Martyr.

* f. indicate.

v. tamen minorem se in isto, quamuis etiam ampla, Bar.

x. paupertas. Baron.

y. & fuit

ORATIO Epiphanij pro redimendis Italiæ captiuis ad Gondouadum Burgundionum Regem.

z. per saltus. Baron.

testimonium in cœlestibus dicturus adhibeor; si, quod ille misericorditer postulat, tu clementer accommodes. Munus repromissionis Dominicæ æqua lance diuidite; vt cùm ambo amplius habueritis, damna nemo lugebit. Certate, Duces inuictissimi, & alterutrum vos, exequendo præcepta mystica, superate: in qua conflictatione sic brauium victor accipiet, vt victus præmium non amittat: Sequimini consilium meum, & ambo superiores, & ambo pares extabitis: Redimere cupit ille captiuos; tu sine precio redde genitalibus glebis: Mihi credite, nemo vberius in hac causa, nemo maius accipiet, quàm qui nihil acceperit. Defraudabitur præmium partis illius, atque ad tua compendia lucrum [a] *transit alterius, si, quos vendere gloriosum est, donare disponas.* [b] *Proh, quantum dispendij de pollicitatione diuina offerenti aurum in hoc negotio, si remittatur, infliget? vel quantam pauperiem, si suscipiatur, apportat? diuites exercitus suos faciet contempta pecunia; acquisita mendicos: Audi Italorum supplicum voces, & de te præsumentium preces serenus admitte: Audi Italiam numquam à te diuisam, & multum de animi tui Clementia* [c] *confitentem: quæ, si vna voce vteretur, hæc diceret. [Quoties pro me, (si reminisceris) ferratum pectus hostibus obtulisti? quoties pugnasti consilio, ne bella subriperent; ne aliquis meorum duceretur in quacunque orbis parte captiuus? Quos nunc detines, a tu nosti Dolosè mihi virtus tua beneficium præstitit, si quos ab extraneis tutatus est custos, inuasit. Quis catenarum nexibus impeditus, duræ sorti non vberiores lacrymas exhiberet, cum se ad conditionem Liberator impelleret?*

a. f. transiet

b. Hæc periodus vsque ad *Diuites*, abest à Baronio.

c. fort. confidentem *Prosopopœia.*

d. tu nutristi. Bar.

leret? Quis se subduceret, cum armorum tuorum crepitus audiretur, in quo in necessitatibus tutissimum habuere perfugium? Elisis collo manibus matrona sublimis cùm traheretur ad vincula, promisit sibi vindicem te futurum. Virgo, ab stupratoris insidiis, pudorem suum tibi credebat displicere posse, si perderet. In summam, capti sunt, quos nemo fugientes inuenit: Agricolarum laboriosæ stirpes, & duris exercitatæ ligonibus soboles, quos per terram suam pascit infabricata simplicitas, cùm loris colla necterentur, & palmas vinciret arcta connexio: nihil pro defensione sua aliud clamitabant: Scimus, & euidenter agnoscimus: Nonne vos estis Burgundiones nostri? videte ne ante pium Regem, quæ facitis, excusetis, & illa vrbanorum consuetudine crimina supprimatis. Quoties istæ, quas ligari præsumitis manus, Domino communi tributa soluerunt? Nouimus quia ista fieri ille non iussit.] Hac auctoritate miseri pro solatijs vtebãtur: multos tamen integritatis tuæ fiducia fecit interimi, cùm capti superbiùs responderũt. Redde ergo residuos patriæ, redde origini, redde gloriæ tuæ. Antiquus Dominus Prouinciã dilige, quam & modernus amplectitur. Remitte, quamuis ad alienam ditionem, qui se, [e] & ibi positos, tuos esse cognoscant. Parum enim gratiæ impendimus illius imperio, cuius misericordiæ nil debemus. Vacua sentibus, illã, quã benè nosti, Liguriã, & reple culturis. Quãtũ muneribus tuis obnoxia sit, intelliget, si faciem suam aliquando cognouerit. Domesticum tibi semper est indulgere supplicibus; sicut superbos opprimere: sic in vtroq; fortissimos. Ibi per gladium, hic per Temperantiã triumphos acquires:

e. & ibi positi, Bar.

Parcere subiectis, & debellare superbos. Virg. 6. Æn.

Nostris

Noſtris noſtrorumq́ mouere fletibus. Sic in ſucceſſione regni iſtius legitimus tibi hæres accreſcat, & per ſpem adultæ progeniei ad Burgundionum gubernacula reuiuiſcas. Et licet hoc Deo tribuas, adiice & illud, quod nec hominibus externis iſtud impendis.

f. Sed iuncto tibi Italiæ Domino, etiam neceſſitudine affinitatis.
* ſit filij tui ſponſa laxa largitas. Bar.

*f Iam tibi Italiæ Dominus, etiam neceſſitudinis affinitate coniungitur. * Sit filij tui ſponſa latia largitas; abſolutio captiuorum: offerat pactæ ſuæ munus, quod & CHRISTVS accipiat.* Hæc cùm dixiſſet, commonito ſancto collega Victore, ſurrexit; & vſque ad pectus Regium lacrymantes, & cum omnibus propteradlantibus capita ſubmiſerunt. Tunc Rex probatiſsimus, vt erat fando locuples, & eloquentiæ diues opibus, & facundus aſſertor, verbis taliter verba repoſuit:

BELLI iura Pacis ſuaſor ignoras, & conditiones gladio deciſas Concordiæ auctor euiſceras. Lex eſt certantium, quem putas errorem. Frænum neſciunt inimicitiæ; quod tu Chriſtianæ lucis tubar oſtendis: Prælijs Temperantiam nullus annectit; quæ oris tui nitore egregiè moderator attollitur. Statuta ſunt dimicantium; Quidquid non licet, tunc licere. Iſta ſibi forte quies vindicet, quæ narraſti. Hoſtem ſuum qui non læſit, g. for. adiuuit. *Paulatim aduerſarius à regni ſui mole ſuccidatur, cuius imperij radices viribus amputantur. Repoſui Regi partium illarum cõtumeliam, quam putas illatam: ludificatus ſpecie fœderis, nihil egi ſtudioſiùs, niſi vt, quod eſt cautelæ, apertos inimicos agnoſcerem: Concedat tamen Diuinitatis aſſenſus, vt ſolidatum inter nos fœdus longa ætate ſeruetur. Inuenient*

parte

partes illæ constantem in amicitia, quem senserunt perniciosum sibi fuisse dum [h] *litigatur. Vos tamen, sancti viri, ad domos, in quibus manetis, sine tribulatione discedite, dum ego animæ meæ & regni vtilitate discussa, quæ me conueniat præstare, pronunciem.* His auditis, Pontifices abscesserunt: At ille, vocato Laconio, cui & rerum & verborum fides ab illo semper tutò mandata est; quem & prærogatiua natalium, & auorum Curulis per magistratæ probitatis insignia sublimarunt; cum quo confert, quoties pia & religiosa meditatur: & sicut non est cum vitijs sociata nobilitas, nec astringitur ad illecebras [i] lux naturæ: si quid ille benigne facere voluerit, duplicari iste hortatur adhibitus: Cui Princeps: *Vade*, inquit, *Laconi, & tota votorum tuorum vela suspende: & Sacerdos à nobis, & B. Epiphanius libenter auditus est: cuius te precibus fuisse permotum, cum apud nos verba faceret, animorum indices lacrymæ testabantur. Vade, & pleno pectore dicta sententias, per quas factionis illius durissimæ* [k] *nexos irrumpas: liceat omnibus Italis, quoscunque Burgundionum nostrorum metus captiuitatis fecit, esse captiuos; quos famis necessitas, quos periculorum timor aduexit; postremo quoscunque concessit aut addixit, consensus Principis sui, noster absoluat. At paucos quos* [quasi] *ardore præliandi tunc ab aduersariorum suorum dominatione rapuerunt, pro illis precij quantulumcunque percipiant; ne detestabiles apud illos fiant certaminum casus; quorum, cum discrimina sustinuerunt, lucra non sentiant.* Post præceptum venerandi Regis impiger

h. litigat. v. c.

LACONIVS potens apud Regem Burgundionum.

i Ius naturæ Bar.

k. f. nexus rumpas.

ille verborum saltibus indulgentiæ species aut formas expoſuit, & chartas ad inſignem Antiſtitem detulit: quas ille cum expectatiſſima deuotione ſuſcepit, & portitorem tanti doni ambienter amplexus eſt. Qui poſtquam rumor innotuit, tantæ iſtius iam liberæ multitudinis frequentia ſubitò adſtitit, vt deſolata crederes eſſe etiam incolis rura Gallorum. Nam teſtis huius rei ego ſum, per cuius manus, pactacia occluſuras iuſſio Sacerdotis elicuit. Quadringentos homines die vna de ſola Lugdunenſi ciuitate[m] redituros ad Italiam fuiſſe dimiſſos: identidem per ſingulas vrbes Sabaudiæ; vel aliarum prouinciarum factum, indubitanter agnouimus; ita vt iſtorum, quos ſolæ preces Beatiſſimi viri liberarunt, pluſquam ſex millia animarum terris patrijs redderentur: Eorum verò qui redempti auro ſunt numerum ad liquidum cognouiſſe nõ potui: quia inter eos etiam multos fuga eripuit. Sic factum eſt vt tunc ad liberationem omnium ſubiugatorum tranſeundi occaſio conceſſa ſufficeret. Poſtquam tamen pecuniarum ille cumulus effuſus eſt, continuò ad expenſas redemptionis ſuggeſſit neceſſaria illa, quæ ibi eſt theſaurus Eccleſiæ „ Siagria, cuius prolixam quærit, vitam narratione: ſufficit tamen, vt ex operibus agnoſcatur, quam verba tranſcendant. Dedit etiam præſtantiſſimus inter Gallos *Auitus, Viennenſis Epiſcopus*; in quo ſe peritia velut in diuerſorio lucidæ

1. pictacia ad clauſuras iuſſio Sacerdotis, Baron.

m. reditus Baron. *non placet.*

Sex millia captiuorum Italorum à Burgundionibus, ab Epiphanio liberati.

n. Syagria Bar. pag. 492. Plant.

o. vita narrationem. Bar.

Auitus Alcimus, Viennen-

lucidæ domus inclusit: Quid pluribus? auro illorum ex maxima parte actum est, ne Gallis diutius seruitum pubes Ligurum duceretur. Nec in vno loco summus vir in illa se regione continuit, ne forsitan in longinquo degentes dominorũ feritas impediret. Fuit Genabæ, vbi *Godigiselus* germanus Regis larẽ statuerat, qui formã fraternæ deliberationis secutus, bonis operibus eius se socium dedit. Breui tamen tantæ liberatorũ phalanges remissæ sunt, vt videres longè lateque agminibus feruentia itinera, cum laude Dei nostri, tum etiam splendidissimi Sacerdotis *Epiphanij*, cuius ministerio atque labore erepti fuerant, redeuntium. Et ne tanti lux nostra trophæo muneris priuaretur, atque ab oculis ipsius pulcherrimũ spectaculum tolleretur, ipse cum his remeauit. Videres duci in triumphis cœlestibus vulgus liberũ, & pro mactandorum sanguine terram madefieri lacrymis exultantum: cum Eliæ currum illarum cohortiũ ductor scanderet, & quadrijugum ad cælestia pro merito suo raperetur excursu. Non sic Pellæus Princeps Alexander, quem pacatorẽ orbi suo canit vana laudatio, captum gentium duxit examen, vt ille reuocauit. Ecce tunc cõperimus armatorum mentes sanctitate superatas; & cessisse precibus electi Legati Principem, qui obuium semper lanceis pectus ingessit. Quantum acutior fuit verborum, quam ferri lamina hinc Lector agnosce: Expugnauit

sis in Gallia Epist. Baron. ad annũ Chr. 494. & 509.

Genaba, in Gallia: *Genoua*, Bar.

GODIGISCLVS Regis frater, suos relaxat captiuos.

sermo, cui se gladij subduxerunt. Dum ergo tertio mense cum tali trophæo Ticinum remearet Antistes, vt Tarantas iam venit; (sic enim vocitatur oppidum Alpibus vicinum) ibi quædam mulier graui immundi spiritus vexatione laborabat quę continuò, percepta benedictione, absoluta discessit: ipse tum suis inopinatus, nec suspicantium oculis adstitit. Visus est subito; de quo vix credebatur aliquis posse rumor audiri. Mox tamen vt rediit, curis ex more animum fatigat, ne forte quibus absolutionem Deus noster per illum dederat, proprij census possessione turbarentur; præcipuè ob nobilium considerationem personarum, quibus immanior apud suos poterat constare calamitas, si vitam p. inopes reduces B. p inopem reduces sustinerent, & de peregrinationis incommodis sola misericordiæ solatia q. f. percepissent q perdidissent: Ad Regem inuictissimum *Theodericum* per se mox ire noluit, ne forte laboris sui vicissitudinem in relatione gratiarum, aut exhibitione munerum coràm positus videretur exigere. Flagitat enim quasi debitam, remunerationem r. retributionem, qui pro flagitatis Bar. s. auctor annunciat. Bar. r retributionem, qui pro flagitatis Bar. s auctor annunciat. Bar. fligatis Principum iussionibus ipse quid actum sit s actor annuncier. Hoc ergo ille totius acuminis vir prospiciens, declinare gestiebat. Scripsit tamen, & quæ gesta sint, loqui commisit epistolis; ne aut tacendo contemptor, aut occurrendo per arrogantiam pronunciaretur intemperans. Quantum tunc, admirande Pontifex, tua plus egit absentia,

TARANTÆ, *Alpibus vicinũ oppidum.*

sentia, quantum imperauit humilitas deprehensa, illi dicant, quos de exulibus ditissimos reddidisti. Igitur omnia quæ à pijssimo Rege pro miseris per paginam petijt, singularis Antistes incunctanter obtinuit. Serenus præstitit copiam supplicanti; cui pro cõpensatione laboris sui hoc credebatur posse sufficere, quidquid per illum beneficij redemptus & pauper acciperet. Postquam tamen omnes, qui reuocati fuerant, indultu præferendi Principis, iure suo donati sunt perfunctam molestiarum suarum molem admirabilis censebat Episcopus, cùm nec- ANNO CHRISTI apud Baronium, 496.
dum biennio exacto à deliberatæ quietis gremio, tanquam è portu cymba [alijs] illata tempestate propellitur. Nam infirmis Ligurum & labantibus humeris vix ferenda tributorum sarcina mandabatur: Rursus ad te, afflictorum consolator, accurritur. [a] Doceris frustra reddidisse patriæ ciues, si illis in solo auito periclitantibus non adesses: & quia apud te numquam fatigatus est qui rogauit, suscepisti [b] causas infelicium, & te protinus ad recidiua onera præparasti; Rauennam pro nobis Regem rogaturus excurris. [c] Quan, ne te ibi quisquam post Gallicanam, insignia laudaret, effugeras. Minas cæli, procellarumque discrimina adhuc quau̇ æui integer, [d] aut valentia corporis munitus exuperas. Numquam tibi ad officium animorum se membra quamuis inualida subduxerũt. Frigus, pluuiæ, Padus, ieiu-

a. Doceres—vices *habet Baro. Card. ex Vatic. cod.*

b. causam inf. & te pr ad rediuiua *Baron.*

c. Quantus ibi, postquam Gallicana insignia effugeras, minas æli, & c *cod Vat.*

d. aut valens, *cod. Vat.*

e. periculum, tonitrua,

nia, nauigatio, [e] pericula tonitruum, sine tecto manßio in ripis fluminis incerti, pænè sine terra portus, virtuti tuæ dulcia fuerunt & grata successui. [f] Cõtristatus est de præsentia tui & ille eminentissimus Rex, qui te videre ambienter optauit: exposuisti necessitates nostras aduentu tuo, antequam diceres, & quales secum habitantium lacrymæ te compulerunt, docuerunt superata discrimina. Ast vbi ad Principem tamen ingressus est, ita loqui cœpit: SOLITA, *Rex venerabilis, mentis tranquillitate famulorum preces intellige; & me ad postulanda necessaria, & vos ad tribuenda vsus informat. Lex tua est, ductor inuicte, misereri iugiter: tu semper nutristi spem intercessionum in posterum, dum præsentibus non resistis. Viam supplicationi nostræ patefecit ad reliqua semper apud vos beneficij fides impetrati. Liguribus tuis largire quod proferas, tribue quod reponas: futurorum quæstus est temporalis indulgentia. Boni Principis mos est cum virtutibus amare famam, & regnum ita ordinare, tamquam ad stirpis suæ posteros transiturum: Nutantes Domini hæc tantum quæ accipiunt, diligunt; firmissimi, illa potius quæ dimittunt: sic terris semina parua committimus, vt multiplicata capiamus: fœnus sine crimine fit triplicatum. Boni Imperatoris est possessoris opulentia. Concede immunitatem anni præsentis Liguriæ, qui eos ab externis, qui supplicant, reduxisti. Quàm vberem præsentem natiuitatẽ habuerimus Clementia vestra adstantes interroget. Nemo illi mentitur, cui seruiunt, qui conuincant.* Ad hæc Princeps:

f. Consolatus est, Vat. cod. Fort. Non tristatus.

Liguriæ anni immunitatem precatur Epiph.

LICET

LICET *nos immanium expensarum pondus illicitet, & pro ipsorum quiete Legatis indesinenter munera largiamur: tamen vis meritorum tuorum tractatibus nostris reuerenter interuenit, opus est fieri quidquid iniunxeris, iuuat omne quod præcipis. AEstimamus enim compendijs nostris * adijci illud quod ipse decerpseris. Nihil tu quasi ex accidente depreceris, qui habes * à nobis plurima quæ reposcas: Duas tamen præsentis in dictionis fiscalis calculi partes * cedimus, tertiam tantummodo susceptur, ne aut ærarij nostri angustia Romanis pariat maiora dispendia; aut supplicatio tua expectata patriæ gaudia non reportet.* Taliter præfato Regi egit gratias summus Antistes, à quo valedicens discessit. Heu, dolor atque gemitus omnibus quasi supremi officij vel vltimæ visitationis studio impiger occurrebat, & cum domus ipsius Christianæ multitudinis turbas euomeret, ipse tamen omnium penetralia adibat. Nullum humanæ mentis crassitudine hebetatum tangebat tam funesta suspicio, quod instaret transitus eius quem ille spiritus reuelatione cernebat ningido aëre, & quali solent homines ad tecta confugere, Rauennam egressus est, & per AEmiliæ ciuitates celer venit, tamquam ad sepulcri receptaculum properans; omnibus sacerdotibus in itinere positis munificus, * communis, affabilis, & quasi euangelia relinquens, se ipso præstantior. Vt Parmã tamen eiusdem viæ ingressus est ciuitatẽ, cõtinuo eũ coagulatus in vitalibus humo-

* Desunt hæc verba in Baronij Card. Annalibus ad an. Chr. 496.
* al. in nobis.
* al. cedemus.

Rauenna.

* *pro*, comis, facilis

Parma.

humor infudit, quem catharrũ Medici vocant, qui se medullitùs inserens in ruinam publicam sæuiebat. Sed quid formidas oratio? quid velut nauifragos scopulos perhorrescis? velis nolis cuius vita, etsi strictim, dicta est, etiam narrandus est obitus. quoniam nulla prætensione libelli, nullis dilationibus promulgatæ laudis transitus ipsius poterit occultari. Et quãuis velut Scyllæos canes, & patulas Charybdis fauces fragoso discrimina murmure minitantes velificans carina diffugiat, obitus eius naufragium nõ * omittit. Quid fletus narrare metuo? quos continua semper necesse est vt monstret effusio? Ergo dum se oppido Ticinensi, nunc misero, propinquauit, quasi alacer & sanus apparuit: quod licet cum omnium exultationibus ob reditum suum introisset, ilico gaudia vertit in lacrymas: ægrum se esse die ipsa significans, altera grauiorem; & cum grandior per dies singulos appareret infirmitas, adiuta est imperitia Medicorum. Stabant mussitantes & attoniti populi, casum in vno homine totius Prouinciæ considerantes, & funus mundi metuentes: septimo tamen die inopinatum scelus, ineffabilis calamitas, inexplicabilis luctus accessit. Sed cum beatissimus cerneret Pontifex sarcina carnis abiecta maturius se ad purum ætheris euolare fulgorem, cuius vox semper illa fuit: *Mihi viuere* CHRISTVS *est, & mori lucrum*: læto animo ac vultu sereno illos

Ægrotat Epiphanius.

* fort. admittit.

Ad Phil. 1. 21.

illos versiculos Dauidicos sæpius repetebat: *Misericordias tuas, Domine, in æternum cantabo: in generatione & progenie annunciabo veritatem tuam in ore meo.* Et illud: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* Nec non adijciebat de perfectione securus: *Confirmatum est cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Domino salutari meo*: Vt hymnis & canticis, & in morte resonans ad sedem suam cælestis anima remearet; qui quinquagesimum octauũ ætatis annum duxit ad tumulum: triginta in hac Sacerdotali; qualem, etsi excerptim Lector attendis, scalptam conuersatione exemit. Illud namque silentio præterire non debeo, quod eius sanctæ reliquiæ vsque in diem tertium, quo cum summa veneratione reconditæ dinoscuntur, tanto lumine ac decore vestitæ cunctorum visę sint oculis, vt splendorem vitæ vultus signaret defuncti; & depositam gloriam iam nunc percepisse glorioſum vas crederetur, in quo verè fuit thesaurus magni Regis inclusus. Quæ ibi fuerunt flumina lacrymarum, quanti planctus filebo, ne post annosa curricula nouellum dolorem scriptor incutiam. Quæcunque ibi mater venit, liberatum clamabat ab eo filium: quæcunque vxor, maritum; quæcunque soror, fratrem; qui cælebs, seipsum. Postremo è tanta hominum multitudine, & conuentu, vt audenter dicam, totius orbis, nemo fuit, qui beneficijs illius aliquid non deberet. Sed,

Psal. 88. 2.

Psal. 30. 6.

1. Reg. 2. v. 1. *Vulg.* Exultauit cor meum in Domino, &c.

S. EPIPHANIVS anno ætatis LVIII. moritur Ticini Chr. an. 496.

Suffectus MAXIMVS, in cuius laudem inf. Ennodij est Oratio.

Vt cuna infantis respledduere, sic & defuncti Epiphanij corpus.

Luctus piorum in funere Epiphanij.

quæso, iam temperemus à luctibus; contractam tristitia resoluamus frontem. Excelsa cum Domino posidet, ob cuius obitum mœremus in terris. Sed quid faciam? quod remediatoris vestri singultus verba * dissiciunt, lacrymæ ora perfundunt: mugitum reddat omne quod loquor, & intelligo quod *numquam* ad flentem flens benè veniat consolator. Hæc sancto Patri & doctori peritissimo idoneus affectu, non scientia impendi, vt aliquos de conuersatione illius flosculos relegerem, vt est longum iter agentibus in vsu positum, qui non omnes obuios consalutant. Tu mihi anima apud Redemptorem nostrum præpotens tribue, vt cura vacuus, & pectore liber munda tibi, sicut debentur, præconia mundus exoluam. De cetero, habentem in te post Dominum fiduciam non relinquas, & quem Religionis titulo insignisti, Religiosorum in Diuinam repromissionem redde participem.

* DISSICERE pro *disserere*, vox prisca; Cicer. & Maroni, & Lactantio familiaris, vt in orat. pro M. Cælio Cic. notat Lãbin.

E N-

ENNODIVS DE VITA BEATISSIMI ANTONII

Monachi Lerinenſis.

PRAEFATIO AD LEONTIVM Abbam.

VT præliantes aſſurgunt buccinis; vt equorum [a] celeritates ad potiorem curſum ferrata calce [b] prouocantur: ita dum maiorum virtus ſollicitat ingenia, nouella confortat. Qui cana exercitia, & veterum geſta relegit, ad diſciplinarum frugem propoſitis laudum præmijs inardeſcit: imago præcedentis gloriæ, vt ad poſteros veniat, linguarum cathena retinetur. Non licet per ætates perire, ſi quid lectio ſerenis actibus amica ſuſciperet. Itaque eloquentiæ diuturnitas, mortalis naturæ ſine congreſſionis periculo vicit anguſtiam, per quam optimorum conuerſatio ipſis decidentibus neſcit occaſum. Reſtituetur quidem corpus origini, & deſtinatus à Superis ſpiritus ad proprium recurrit auctorem: quorum tamen probitas, ſi libris mandata fuerit, eorum vitalis eſt obitus. Dicat forſitan interpres auſterior: Abiurat prædicationis dulcedinem perfuncta mens; ſæculo & carnis vinculis abſolutus non deſiderat, quæ inter incerta mundi

a. celeritas v. c.

b. prouocatur v. c.

mundi gesit, agnoici: sed illos humanus carcer, sine libertatis dispendio refudit opifici, dum inter polluta gradiens, nitorem
e. f. germinauit, suum animæ Deo nostro intenta, e geminauit, & per mandatorum cœleſtium lineas, lenocinantem huius lucis non sensit errorem:
d. f. remaneãt Nobis verò ista d reminiscant, nobis profutura seruentur: quibus si à studio deest sectari meliora, de illorum, qui faciem conuersationis suæ præferunt, venire debet exemplo. Tu autem, Venerabilis Abba Leonti, qui id mihi operis iniunxisti, adiuua oratione titubantem, & siccitatem styli sanctarum precum imbre locupleta. Facies enim, vt confido, meritis præcipuum, quod adgredi me ipse iussisti. Pronum est beatitudini tuæ ieiuna eloquentia fœcundis innocentiæ ferculis ampliare: Credite mihi, vos respiciet extortæ aut culpa aut genius dictionis; cuius nisi substantiam religiosa auctoritate firmaueris, videbitur iudicij tui clauda fides, delegisse minus idoneum, cui venerandi laboris prouinciam commisisti.

IGITVR Beati ANTONII narraturus insignia, primum sancti Spiritus maiestas mihi inuocanda est, vt qui illum rebus diuitem fecit, me in his explicandis per linguæ fræna moderetur, & labiorum sordes Prophetici carbonis diluere maturet incendio,
Isaiæ 6. 7. ne cõscientiæ nebulis lucẽ conuersationis illius, aut amplissimis pauperẽ faciã laudibus, aut infantia arente deuenustem. Benedicitur

indiuisa

indiuisa Trinitas Deus noster, qui seruum suum ANTONIVM tanta virtutum dote sublimem, circa Danubij fluminis ripas in ciuitate Valeria, *Secundino* patre lucis huius ianuam iussit intrare: qui quamuis de splendore natalium conscientiæ iubar hauserit, tamen fulgorem stirpis præcipuè morum radijs obumbrauit; vincens decorem sanguinis ingenij claritate, dum coruscantem germinis sui lampadem actuum serenitate transcendit: & factus est victor stemmatis sui, per quod vniuersos nascendo superauit: qui dum adhuc de matris penderet vberibus, quem præsciuit Dei gratia, non reliquit: nec passa est inopem fauoris existere dispensatio cœlestis, quem remunerandis plenum studijs approbauit: qui, ne sancti instituta propositi per parentum blandimenta frangeret, annorum ferme octo genitoris tutela nudatus est: mox tamen ad illustrissimum virum Seuerinum ignara fuci ætas euolauit, qui dum eum mulceret [a] oculis, futura in puero bona quasi transacta relegebat. [b] Fuit enim, cuius meritis nihil esset absconditum, ille hunc sibi futurum participem, pia vbique voce prædicabat: credo vt incipientis tirocinia spes annunciata solidaret. Sed postquam beatus vir humanis rebus exemptus est, *Constantij* [c] *Antistitis* ea tempestate florentissimi, iunctis obsequijs, gloriosis operibus vitæ rudimenta dedicauit. Qui eum inter Ecclesiasticos * Exceptores cælestem militiam iussit

Patria.

Pater.

a. osculis
b. Fort. Hic enim
c Lauriacensis Episc. cuius meminit & Eugipius in vita S. Seuerini. Card. Baronius To. 6. Annal. Eccles. ad annũ Chr. 488 docetque S. Seuerini. quoque fuisse discipulũ, cuius vitã Eugipius copiose scripsit.

* pro Notarijs, vt sup. in vita Epiphanij.

iussit ordiri. Erat enim Venerabilis sacerdos *Antonij* nostri patruus, sed nunquam ille magisterij rigorem consanguinitatis lege molliuit: nec fecit securum de necessitudine discipulum, non timere, cui gratiam doctoris nisi censura non præstitit. Tantus fuit circa sectatorem diligentiæ modus, quantum iudicia contulerunt: meritum suum in facie monitoris agnouit. Sed iam peccatorum consummatio Pannonijs minabatur excidium: iam succisa radice, *d* subiectæ regionis illius status in pronũ deflexerat. Per incursus enim variarũ gentiũ cotidiana gladiorũ seges messem nobilitatis absciderat, & fœcundas humani generis terras ira populante desolabat. Iam *Franci*, *Eruli*, *Saxones*, multiplices crudelitatum species belluarum more peragebant. Quæ nationum diuersitas superstitiosis mancipata culturis, Deos suos humana credebat cæde mulceri; nec vnquam propitia se habere numina, nisi cùm ea æqualium cruore placassent. Cessare confidebant iram cælicolum innocentis effusione sanguinis. Qui vt in gratiam redirent cum Superis suis, propinquorum consuerant mortes offerre. Quoscumque tamen religiosi titulus declarabat officij, hos quasi sereniores hostias immolabant, existimantes, quòd piorum iugulis diuinitatis cessaret indignatio, & fieret materia gratiæ locus offensæ. Inter quas temporum procellas *Constantius* Pontifex (ne quid in mun

d. substantiæ v. c.

Francorum, Saxonum, & Erulorum crudelitas.

Saxones Saluiano Massil. *crudelitate efferi* & decimũ quemque captiuorum Neptuno immolabãt. Plura Sidonius lib. VIII. epist. 6. & Ionas Abbas in hist. S. Vulfranni. cap. IIII.

doha-

do haberet subsidij terra hostibus deputata) humana lege liberatus est: post cuius resolutionem, ANTONIVM nostrum famuli ad Italiæ partes, quibus cælitùs fuerat deputatus, CHRISTO duce perducunt: principe loco, Tellinæ vallis, quæ id sortita est vocabuli, limen ingreditur: quam montium ex vtroque latere brachijs fabricatam naturæ ditat amœnitas, & de verticibus fœcundis animum plebe locupletat vber solum, quod auaris respondet iuxta desideria immoderata cultoribus. non tamen ita arctis prægrauidum, aut dotatum pascuis, aut arbustis compositum, aut fluminibus lætum, vt non ei plus superuenientis personæ gratia præstaret, quam ipsius originis variata & distincta formositas. illic Mario presbytero, qui spiritibus immundis dominabatur, adiunctus est. Quia hæc est rerum conditio, vt noui hominis mores diuulget inuenta sodalitas; & qui ignoratur per originem, similium clarescat effectu deprehenditur mens secreta per socios, & cui non licet ad liquidum superuenientis æstimare conscientiam, conceditur vt de suis deprehendat externos. Nam cùm eum Beatus Marius illis oculis, quibus mentes videntur, inspiceret, & interioris decorem hominis absconditis percontaretur obtutibus, voluit eum clericorum sociare collegio, & inter Ecclesiasticos cœtus præstantem meritis dedicare personam. Sed fugit honorem velut veneni poculum, qui

Tellina vallis.

Marius presbyter.

qui semper potentiam credidit, subiacere;& seruire patienter prætulit regali dominatui: ne tamen diu humanæ conuersationis mixtus illecebris societatem contagionis hauriret,elegit secessum haud procul a Beati Martyris * Fidelis sepulcro, vbi hilarius Ionij marmoris minas deponit,quando, ne euagetur longius,obiectis ripis resiliunt frena telluris. illic inserto nubibus vertice mons coruscat, qui * sublimitate sua vincit aspectum. sed quàm superbus est magnitudine, tam difficilis ascensu. Nam nullis ante monachum nostrum patuit gressibus, nec per prærupta saxorum humani generis admisit, formidine repugnante, vestigium. In præcisis cautibus,tuta feris longum præbuit nullo exercente cubilia, eò bestijs blandior, quò terribilius agricolarum excursui minatur. In hoc Dei famulus sedem [a] delegit, in quo sola fuit placendi causa,quia nequaquam lenocinabatur aspectibus: nihil secum amplius nisi parum leguminis, & ligonem, quo terram sollicitaret,de mundi beneficijs assumens. dedicauit callem subiecta asperitate nescitum:iuga illa indomitam naturę legem *Antonio* congrediente perdiderunt: reserata itinera post ingressum eius patuêre cupientibus. Inuenit illic tamen duos senes, quos iam ita inter lustra belluarum habitatio longa miscuerat, vt nihil de illis mundo fama nunciaret: quorum vitam scientiamque plenè videor elocutus, cùm expetitam pro

* Fidelis Cumensis Mart. in Vsuardo 28. Octob. & Mart. Rom.

* sublimitatis suæ, v. c.

a. diligit. v. c. fort. dilegit

Dei

Dei timore habitationem sine nube vulgaui. Breui pòst horum vnus assumptus est, & terreni carceris mole depositâ, ætheream valetudinem felix anima resumpsit. Nam absolutionis eius tempore, columna ignea Beati *Antonij* oculis est ingesta, ad cœlum vsque pertingens: credo vt Venerabilis viri fides, & ardor ille vitiorum decoctor typico monstraretur incendio. Tunc dum ibi Dei cultor tota disciplinis cœlestibus virium suarum vela laxaret, & per sinus animæ corporisque extrudentia paleas flabra susciperet: cuius vigilias, ieiunia, lectionis assiduitatem iure replicarem, ni haberem digniora memoratu. Nunquam ille cibum sumpsit, nisi fatiscente corpusculo; nunquam nisi *exemptis officij munijs, sollicitudinem quiete laxauit. Sed quid retexam, quæ perfectionis habuerit instrumenta perfectus? aut per quos gradus ad celsa conscenderit? quem liquidò declaratum est obtinere sublimia. Sciuit ille sic per labores varios disciplinarum lineamenta sectari, vt nunquam assumeret arrogantiam de labore: & cùm omnia essent digna præconijs quæ gerebat, dispendium virtutis credidit fuisse laudatum: sic totum de eius actibus opinionis luce radiabat, vt nihil præberetur ostentui. præminebat censura mentis in corpore, & iracundiam quam contra culpas anima eius susceperat, facies infucata pingebat. Videres aduersus flagitia mundana toruos oculos, &

Colũna ignea oculis ANTONII ingesta.

* properatis

indefessa contra sæculi blanditias CHRISTI militem bella tractare, quando illa imago statum suum resoluit in risum, & ab ordinis proprij rigore lætitiæ debilitate confracta est. Interea dum velut obsignatum Monachi in vniuersis implet officium, vir quidam (quem sponsæ suæ amor in facinus impulerat, & ad effusionem humani sanguinis affectu & indignatione prouocarat) dum conscientiam se credidit fugere mutatione terrarum, & in alijs prouinciæ partibus innocentiam reperiri, quam furore duce perdiderat, velatum simplicitate ad secreta eremi portauit homicidam, putans in Dei obsequio constitutus de actibus suis præter effigiem nil patere artificij, humilem simulauit [b] opertum, & per dolosi commenta consilij, fabricata subiectione compositus, cautioribus scelerum sordes texit obstaculis. Difficile est, præter Deum, deprehendere, quidquid obsequendi argumentis inuoluitur. Prouidè flagitium celat abiectio: rarò in lucem erumpunt crimina, quæ auctor obtemperandi scierit fuco sepelire. Protinus tamen adfuit ille iudex consuetus, & latentis secreta conscientiæ diuinæ vocis claue reserauit. In his sermonibus adorsus *Antonium*, quando eum plus quàm homo posset, docuit agnouisse; illum denudans, qui crasso indumento latronem tegebat: Caue, inquiens, ne tanti criminis reum sancto velis miscere collegio, ne lupum ouibus, agnis viperam negli-

Latro in deserto latitans.

b. obtutu,

negligens æstimator adiungas. Ille animam Dei manibus concessam, per elisi fragmenta gutturis effugauit, & [c] interneciuo fratris furore constricti vitam è sedibus suis, dum infert faucibus vincula, dissoluit. Hunc debitum exitium sequitur: nec à iugo supplicij erit alienus, qui humano sanguini non pepercit. Misericordia est, circa facinorosos seruata districtio. Ergo sopori terminum ponens, mandatorum cœlestium hostem depelle, ne candida conuersatio tecum habitantium, fusca superuenientis contagione violetur. Ilico diuinis obsecutus imperijs, hominem vocat mentientem: conuincit feriato ore male conscij: omnia eius gesta persequitur. Expauit deprehensus, cùm flagitia sua recenseri videret ab homine, quæ sine teste humani generis commiserat: viaticum popposcit, fugam tremens [d] arripuit: continuò tamen pedissequa reum vltio comprehendit, & expiatum scelus, patratoris morte nunciauit. Ita sermo iusti viribus carere non potuit. Interea sanctus vir per regiones finitimas [e] insidiantis famæ linguis innotuit, quæ ne pareret de [f] celeritate iactantiam. ante prouisa sunt remedia, quam morbus adolescceret. Qui enim grandeuus aut debilis duce diligentia, non itineris illius transmeabat abrupta, cum dantibus valetudinem desiderijs etiam ægritudines corpora non tenerent, hac perterritus frequentia, ad secretiora

c. internecino

d. apparuit v. c.

e. insidiatricis v. c.
f. celebritate

Cur ad interiora deserti se recipit *B. Antonius.*

eremi Beatus *Antonius* credidit euolandum, ne singulorum deuotio inamabilis arrogantiæ mater existeret, & de multiformi gratia rigidioris propositi ruina nasceretur: mox tamen secessus, quem pendula rupes commendabat, electus est, in quo annis pluribus solus & verè monachus vitam sine humani generis consorte transegit. Dabat feras pro sodalibus montana solitudo, mugitus vrsi, aliarumque belluarum minax immurmuratio pro blandæ confabulationis communione ponebatur: denique ea tempestate vrsus petulâtior, gloriæ plus daturus, caules ipsius puberibus folijs lætiores, & quadam domini hilaritate gestientes, immani ingrediens contritione vastauit, ita vt nusquam de simplici fruge spes residua linqueretur. quem ille baculo multatum & districtim abire præcipiens, testem virtutis suæ, & nuncium passionis ad alias ire bestias mox coëgit: vt impleretur Domini fidelis pollicitatio, quæ sectatoribus suis totius veneni, & omnium ferarum promisit obsequium. rursus tamen gradienti ei per destinatum callem, rugiens se fera suggessit: quam ille sola iussione turbatam, iter fecit aperire, & occupata viæ clausura deserere. Sed ecce iterum * alijs pernicibus per proditionis suæ ordinem, Dei seruum, in quo loco degeret, fama vulgauit, aliud de ipso, pro sententiarum varietate diuersis opinantibus. Tunc liquidò patuit per occursus multiplices, nihil obstare cupientibus

g. districtius. v. c.

Psal. 90. 13. Marc. 16. 18.

* fort. alis

h. in quo loci deg.

bus planari ardua, ſolidari ſciſſa, & pendentia non timeri: ſed potioribus inſidijs, ne per arrogãtiam hoſtis ſurriperet, fortiori conſilio manus oppoſuit, ne iam grandæuus perderet, quod inter tirocinia virtute ſeruaſſet. acrius enim circa robuſtos diaboli certamen eſt, & maioribus copijs illos adgreditur, qui conflictus eius experti ruboris ſudore domuerunt. vniuerſa tamen ſecum ipſe pertractans, breui animum ſuum allocutione firmauit. Quid agimus? mens adhuc mundani oneris faſce depreſſa, quam nondum ad auctorem ſuum corporeus carcer euomuit. Non tibi certa eſt de perfectione fiducia, dum adhuc includeris fragilitate carnali? Periculis plena ſunt, quæ videntur eſſe tutiſſima. Lenocinia hoſtis tui intelligis, dum vniuerſorum voce laudaris, vide quantis labores inſidijs. abſconditum eſſe non licet, quod adimus. Latebram noſtram perſecutio manifeſtat hoſtilis. Sanctorum petamus exercitum, & illam Lirinenſis inſulæ cohortem irriguo inquiramus ardore: quem ſolum hactenus pulſauit aduerſarius. timebit inter inimicam ſibi multitudinem conſtitutum inſtructa prælijs acies: illa ſemper inuigilat, & varijs perfoſſum ictibus abigit infeſtantem. Quot bella illis diabolus intulit, numerant tot triumphos. non metuunt, [neſcio] quoties adeſſe Satanam, vt dimicantes acuant, claſſico fuerit ſtridente nunciatum. Semper eruditos & fortes reddi-

i. al. ſubreperet,

k. roboris

Lerinenſis inſula.

dit quotidiana decertatio; quomodo prolixior pax solutos. His dictis dimissam fratribus cellulam, quos ibidem prædicti amor congregauerat apud Lirinum, improuisus apparuit: nunciauit virum insignium meritorum, facies ieiunij pallore decorata. Nam dum secreti nitorem hominis splendidissima macies indicaret, non defuit actuum eius præco consuetus, immaculatam conuersationis ipsius speciem, sub verborum abundantia, & relationis vbertate describens. mixtus grandæuis & præcipuis gestorum suorum. lampadem non minori intellexit igne rutilare. metitus est fomitis sui lucem, dum vidit alieni. Quasi inter ornamenta cœli, vt sidera pleno fulgore micantia supernenientis astri claritudo societur; certant sine inuidia geminare radios, & per augmenta luminis speciem superare nouitatis: alia prolixiori crine, facem suam stella commendat, alia *m* puriore vnam ditat, potior flamma nobilitat alteram, per spatia nocturna sincerior. Sic *Antonium* nostrum per vniuersas locorum mutationes, à *Christo* veniens disciplina comitata est. prouidit tamen, ne cui in illa nutrice Sanctorum insula cum præstare meritis, præferre videretur honoribus: sciens in humilitatis radice plantatum ad centenos fructus assurgere. Blandus iuuenibus, grauis maturis, doctus peritis, submissus existendo simplicibus, totam illam Dominici gregis legionem distinctam

l. faciem
m. puriorem.
v. c. f. purior

actu,

actu, variatam gentibus, quasi vnam animam in sua affectione collegit ibi biennio, seipso potior, mundi istius sarcinam deponens, victor insidiarum quas antiqui serpentis parat astutia, diem nostrum & lucem præsentis sæculi, perpetui luminis adeptione commutauit. Taceo, qualiter vitam ipsius mortis claritudo signauerit: ne vniuersa digerens, non tam veritatem narrasse, quàm prædicti laudibus videar immoratus. Veluti „ si quis consitum lucum frondium densitate repererit, ex quo coronam ferro stringente subripiens, genium syluæ, dum præsumit parua, non amouet. melioribus equidem de *Antonij* nostri factis, quæ stylo non attigi, narranda seruaui. vincar fortè eloquentiæ flumine; nemo me circa illum superabit affectu. Habeat qui secutus fuerit de peritiæ messe iactantiam: mihi gratiam Beati hominis nemo præripiet, qui ad explicanda eius bona primus accessi.

n. Theocriti Poëtę Simile.

B. ENNODII

TICINENS. EPISC.

PANEGYRICVS THEODORICO DICTVS

ORATIONES XV.

DECLAMATIONES XI.

APOLOGETICVS PRO SYNODO ROM.

B. ENNODII PANEGYRICVS CLEMENTISSIMO REGI THEODORICO.

Lectionibus de vetere cod. adieci v.c. Reliquæ sunt ex Paris. editione Variarū Cassiodori an. 1588.

ILLI, Princeps venerabilis, in laudibus tuis [b] perscribat professio, illum à præconijs propositi repellat consideratio, quem à defensione tua aliquod subtraxit officium. [c] Refundat tibi generalitas rebus obligata sermonem, dum inæqualis vicissitudo compensat laudibus: Quod adepta est de sudore armis tuis libertas obnoxia, quod solum potest, hilaritatem didicit annunciare præconijs. Tuum est, inclyte, deuotioni pretium dare, quam intelligis vires subditorum non posse transcendere. Erit dispensationis sacræ, de famulis æstimare quid exigas, in quibus cognoscis totum tibi militare, quod præualent. Proprijs maiestas tua oblationem litterariam dignetur altaribus: quia ne senescat claritudo operum, aduocanda sunt linguarum exercitia. Quid egeris, ne vetustas sibi vindicet, obliget catena [d] refertitum. Disciplinarum enim quietem vos tribuetis, per quas vobis continget æternitas. Nihil amplius cælestis dispensator arcani ab humanis poscit ingenijs, nisi vt intelligant quo veniat auctore quod

a. *Illum Par.*
b. *proscribat P.*
c. *Referat P.*
d. referentum v.c. fort. referendum

e. sapiunt.v.c. e sapiãt. Inter Deo f proximus agnouisse qui præstitit, reddidisse est beneficium. Quod descendit à Superis, sola g minorum licet mercede taxari. Fabricator mundi ad potiora munera modulatis inuitatur eloquijs. h Dicite si non præmij loco opifici suo lingua, blandiar, iungitur quod de sacrario mundi pectoris laudatio debet principalis effluere. Nec solum linguæ nitorem postulat k commemorationum, in his tui bona adserenda conscientiæ. In diuinis obsequijs feriato ore peragit mens serena sacrificium actuum. munitus claritate, in ætherio cultu etiam mutus obsequitur. ergo & me titulus qui obstare putabatur inuitat. Vtinam mundior professio habeat concordiam cum secretis, nec dissentiat splendor cordis à corpore. Salue nunc, Regum maxime, in cuius l dominici saporem suum ingenuitatis vigor aguouit. Salue status Reipublicæ. nam nefas est m speciatim à te simul collata narrare, & vnius bona temporis verborum diuisiones discernere. Si bella Regis mei numerem, tot inuenio, quot triumphos: congressui tuo nullus hostium, nisi qui laudibus adderetur, occurrit. Militauit trophæis qui restitit voluntati. Nam semper aut pietati tuæ peperit subiectus gloriam: aut qui præsumpsit tela virtuti. Qui te in acie conspexit superatus est; qui in pace, nil timuit. Nec promissio venerabilis claudicauit inter prospera: nec passus est moram vigor in prælijs. Callis

f. fort. proximos *Inter Deos proximè Par.*

g. animorum al. hymnorum

h Dicite P.

i. blandiatur, Par.

k. commemorationum in ijs tuo bono adferenda cõscientia P.

l. dominio.

m. seperatim. Paris.

tuus

tuus multo vallatus obstaculo, & cotidianas victorias vidit, & „ professionis detrimenta non attulit. Sic inimicorum intercluſus agminibus, vt negaret acceſſum; ſic tuo patefactus impulſu, quaſi hoſtium prouidentia nil noceret. Hæc ſi felicitati tuæ adſcribenda ſunt, eſt plena dos Principis omni honore anguſtior: ſi labori prima dextris ominibus contra naturam certamina ſuſcipiens, ne reſiſtendi ſpes relinqueretur inimicis. varias tibi loco principe cæli leges terrarum munimina, fluminum • ſuperbia, ſubdidiſti. ſi mentior vnquam diſpoſitis tuis, impedimẽtum exhibuit ardore vt frigora, ſi tu more gurgitum, ſi bibendi neceſſitate conſtrictus es, ſi alpium iuga connexis poli ſublimitate ſociata curſibus tuis attulere tarditatem. Neſcierunt reſiſtere quos deuictis locorum munitionibus inueniſti. Quin ſecuros faciunt interrupta quos protegunt, & laxatis in otio animis viuunt, „ qui tutiora poſſiderent. Aduerſus te nec campeſtris habitatio pares protulit, nec quos amplexa ſunt inuia, niſi exiterunt ſupplices, à depręda tione ſubduxit. In poſſeſſione tua poſitus ſine formidine diuitias indicauit, nec rebellem ꝙ iubet, ſi pauper innotuit. Nemo indignationi tuę niſi humilitate ſubtractus eſt, cum in ſociorum profeciſſet numero qui rogauit. Non tibi ignotus eſt algor Scythiæ, non Meroe æſtũ anhelũ, vt alterius poſſeſſor orbis ignoras. didiciſti vniuerſa ſubigẽdo, q̃ nobis vix auditu patuerũt.

n. professionis v. c.

o. superba. P.

p. qui potiora poſſiderunt. P.

q. iuuit, P.

Hæc

Hæc quidem maiora sunt homine, sed qui ad mundi paratur gubernacula, necesse est, vt vniuersis veniat cardinibus institutus. Nimis velociter tempus maturæ laudis arripui, & quasi non in primordijs fluuius etiam torrentis y. f. laceſcat vel fatiſcat: fatescat ingenij, sic per narrationis famem fruges perfectæ ætatis inuasi. Laurearum ordines quærit, qui & celeritate earum superatur & numero. citius à te inuictissime, insignia quæret. eximius impleta sunt, quam dicantur. Quis ferat in gestorum suorum elocutione torporem, quem in actione non pertulit? Educauit te in gremio ciuilitatis Græcia, præsaga venturi. quem ita f. ingreſſum P. singens vitæ limen erudiuit, vt dum adhuc de puero haberet hilaritatem, mox eum sequeretur securitas de tutore. adhuc in cano flore degebas adolescentiæ, nec virtutum messem lacteus ante experimentum culmus attulerat; adhuc blanda erat imago pubescentis, nec tingens faciem lanugo vestiebat, quando æui purpura & flosculus superuenientis imperij promittebat sollicitis de gratiæ commutatione terrorem. Cum ad t. roboris P. probationem t ruboris & clementiæ tuæ ruptis vinculis v. furorem micuit. P. furor emicuit v. c. v furorem micuit, & euiscera-tos diuturna quiete mentis occasionis pabulo subiugauit Pulsa est extemplò principalis vrbe reuerentia. Et in vacuam possessionem nullo adscitus sanguine tyrannus accessit, x. metu hoſtes Pariſ. qui nulla potitus definiuit, postquam x me, tum hostes suos debellauerat, nihil superesse

quod

quod gereret. Cum animos tuos sine annorum suffragio impulit lux naturę, ne aut causa melior te coram posito subiaceret, aut non beneficium necessitatis tempore redderes, quod pacis acceperas? In ipsis congressionis tuæ foribus cessit inuasor? Cum profugo per te sceptra redderentur. De salute dubitanti ventilemus historias, interrogentur Annales: apud quos constitit refusum exuli quem cruore suo Rex, genitur emerat principatum. Castrensis gloria turmarum participatione dispergitur. Nec ad vnum referri potest quod venerit collatione multorum: Singularis boni fructus est ambitionis refrenatio illo maxime tempore, quo sine opinionis damno possis adquisita retinere.[z] Partem, inclyte Domine, laus respicit donati diadematis & defensi. si te illarum rector partium non amauit, perculsus præfuit Reipublicæ; si dilexit, obnoxius. vsus es in tuorum fide meritorum teste purpurato. iam tunc in ius tuum se palatia ipsa contulerant. Nemo credidit non te posse ad quem voluisses transferre, quod [a] reddideras in exigendis præmijs, quasi sufficerent ad vicissitudinem operum tuorum fasces accepisti. [b] Non quo tibi accideret genius de curuli, sed vt de te precium [c] palmarum mereretur. Quis hanc ciuilitatem credat, inter familiares tibi viuere plena executione virtutis. [d] ille vnus habuit Consulem qui Rempublicam non tam sollicitudine quam opinione tueretur, quo

y. genitus P.

z. Per te

a. redderes. In exig. P. Sed, parcus in exigendis, v. c.

b. Non quòd accederet. P.

c. palmatā P.

d. Ille annus

[e] insi-

e. in figmentis P.
f. Quod P.
g. Lictoris

[e] in figmentis posito, quæ ab hostibus sumpta fuerunt, arma tremuerunt. [f] Quando talis cõtigit sorte [g] Sectoris, qualem dedit ab ipsa mundi infantia Regum examinata claritudo? Nolo per casus errare dominatuum: in tuo stemmate probati sunt qui reperti Serranum Scipionibus aratra pepererunt: qui dum grandia sulcis semina commendaret, honorum ei messis oborta est. Sed minus di-

h. à desperatione P.

ligo prospera quæ sumunt [h] adspiratione principium, vix paucos contigit degenerare nobiliter, cum familiæ tuæ debeas actus generis nobiliter custodire. Quid mihi, vetustas, subijcias [i] agrestis membra paludamentis decorata? Ego tibi quod admirationem

i. agrestia P.

k. ita ornatũ. vt illum P. f. ita ortum illum non

vincat oppono Principem meum, [k] ita ortu mutilum non liceat improbare. Ita agere quasi inter Imperatores adhuc precetur adiungi. Sed quid faciam, cui fœcunda actuum tuorum seges occurrit? vbi vniuersa eligentem superant? Nescio quas aristas horreis inferam, quas relinquam? Stat ante oculos

l. Bulgarum m. libertatem

meos [l] vulgarum ductor [m] libertem dextera tua adserente prostratus; nec extinctus ne periret monumentis; nec intactus ne viueret arrogantiæ. In gente indomita domesticus adstipulator superfuturus roboris tui: qui si sufficiens letho vulnus excepisset personam viceras: quod in luce subtitit submisit ori-

Bulgari, populi

ginem. Hęc est natio cuius ante te fuit omne quod valuit: In qua titulos obtinuit, qui emit aduersariorum sanguine dignitatem:

apud

apud quem campus est vulgator natalium. Nam cuius plus rubuerunt tela luctamine, ille putatus est sine ambage sublimior, quam ante dimicationem " tuam non contiget agnouisse resistentem. Quæ prolixis temporibus solo bella consummauit excursu, hos non montanæ strues, non fluminum obiectio, non negati egestas alimenti in arctum necessitatis lege continuit, dum credunt satis esse ad delitias equini pecoris lac potare. Quis ferat aduersarium qui * pernices iumenti beneficio currit & pascitur? Quid? quod & illis animalibus indicunt studiosæ famis patientiam, per quæ esuriem vitare didicerunt. quemadmodum fit vt è ieiunæ cornipedis sessor visceribus cibos extrahat, quos illa ne cõderet diligentia instruente prospexit. His ante mundus peruius esse credebatur: Nunc illam sibi tantum orbis partem intercluſam æstimant, quam tueris. Cursim ista transcendo, ne pigrioris styli vitio serus aduenias, ne Romanæ fax curiæ [diu] in * vmbra coacta, tardius eluceſcat. Inter vitæ tirocinia & triumphorũ maturitatẽ, pectori sacro affectum nostri cęlestis fauor infudit. Iam diuturnę quietis dispendio, per gubernantium ℘ vilitatẽ potens terra cõsenuerat; iam attulerat publicis opibus Pax intemerata defectum, cum apud nos cotidianæ deprædationis auctus succeſſibus inteſtinus populato regeret: qui suorum prodigus, incrementa ærarij non tam poscebat

n. tuam contigerat.

Barbari Gothi lac equinum potauere.

o. pernicis, *recte*

p. vtilitatẽ P.

q. populator egeret. P.

surgere

surgere vectigalibus, quam rapinis, sæuien-
r. odiosa P. tem ambitu pauper dominus, odia effutione
contraxerat. sed nec defraudatis viribus
quod minuebat opulentiæ tuæ iungebatur
affectu. Tunc enim aulæ angustia in arctum
res priuatas agitabat: nec micare vsquam
scintillas famulantum extinctus tyranni fo-
mes indulserat. Metuebat parentes exercitus,
quem meminisse originis suæ admonebat
f. fort. legio- honor alienus. Nam ire ad nutum suum le-
nes gionis & remeare, pauore algidus impera-
bat. Suspecta enim est obedientia, quę famu-
t. prælatos latur indignis, & quoties, prælatus conuenit
conscientia stirpis vltimæ, & illud metuunt
v. f. felicis quod timentur. Nata est v felices inter vos
causa discordiæ, dum perduelles animos in
propinquorum tuorũ necem Romana pro-
speritas inuitauit. Generata est [ab] in-
ualidis causa certandi: & ne vel in negotio
perituris veniret fiducia, pars fugacium prę-
lia concitauit. Tunc à te commonitis longè
lateque viribus innumeros diffusa per po-
pulos gens vna contrahitur. migrante tecum
x mundo P. ad Ausoniam x inundo, nullus præter paren-
tem iter arripuit. Sumpta sunt plaustra vice
tectorum: & in domos instabiles confluxe-
runt, omnia seruitura necessitati. Tunc arma
Cereris, & soluentia frumentum bobus saxa
trahebantur. oneratæ fœtibus matres inter
familias tuas oblitæ sexus & ponderis, pa-
randi victus cura laborabant. Tunc in cam-
po hiems & iugi pruinarum candore velata
cæsaries,

cæsaries, barbam ſtirijs implicuit crine poſ-
ſeſſo. Nam quod diligentius indumentum
matrona neuerat, durante gelu vt adhæreret
corpori, frangebatur. Paſtum agminibus tuis
aut indeuotæ nationes, aut educata luſtris fe-
ra ſuggeſſit. Inter hæc quæ tibi cum glacie
aut ardore ceſſerunt, vna certaminis tui li-
neam ſummotenus libet adtingere: Vlca flu-
uius eſt tutela Gepidarum, quæ vice agge-
rum munit audaces: & in iugorum more la-
tus prouinciæ quibuſdam muris amplecti-
tur, nullo ariete fruſtrandis. Ad hunc te cal-
lis tui rigor adduxit, vbi y proligatis & gra-
tiæ poſtulatione obſiſtendi animo gens diu
inuicta properauit, cum pænè cohortes tuas
ante inimicos famis neceſſitas obſideret. Dic
quæſo, clementiſſime Domine, quid præter
te ſpei erat reſiduum in populo, arenæ, aut ſi-
deribus comparando? Inſtantibus Gepidis,
amne, peſtilentia, iter quod declinaſſet fu-
giens contra nudatos vagina gladios tranſ-
uolaſti. Nullius inſcij merſa cœno hæſere
veſtigia. Nullus vitæ prodigus periculum
ignarus incurrit. Vincitur humanæ mentis
auctoritas præuiſione diſcriminis: labaſcit
fortium conſcientia, quoties formidanda
oculis ingeruntur. Stetit ante indomitam
iuuentutem z cæſta de mortibus optio, cum
nulla videretur ſecuritas de ſalute. Quid Ca-
tonem extuliſtis priſca moniméta, quod per
Libycas Syrtes duxit exercitum? dum hu-
manas neces ludibria faceret eſſe ſerpentum,

Virg. 3. Geor. *Stiriaq; impexo induruit horrida barbis.*

Vlca fl. Gepidarum.

y. pro Legatis Pat.

z certa de mo-nibus P.

M. Porcius Cato Vticenſis. vide Lucanum.

vel cum sine virtutis precio educatum cæli vaporibus veneni frigus expertus est? Neminem cõtigit chelydros ante videre quam exitium, dum per flumen prodigiosum è corporis fabrica, vt adsolent, animæ[a] in aura se volaret. Non cum viri fortis laude perimitur, qui, vnde veniat, nescit occasus: nec illius milites cuneis tuis fortitudo comparanda est. Nec par est in duce sapientia. Illũ ciuilis belli furor agitabat; te orbis domina ad status sui reparationẽ Roma poscebat. Sed quid differo, quod tibi euentus dexter exhibuit? Cesserunt confertissimis hostiũ tuorum turmis, quos vlterior ripa susceperat. Vrgebatur telis vorago[b] aut quos irruptio non tenebat. Ieiunas[c] pectorum crates acta validioribus lacertis lancea transmeabat, cum inter naufragia terrena & cruoris vndas, inuictissimus ductor apparuit, tali muniens adstantes alloquio: *Qui in hostili acie viam desiderat, me sequatur. Nõ respiciat alterum qui dimicandi poscit exemplum. Virtus multitudinem non requirit. ad paucos vadunt bella, bellorum fructus ad plurimos. de me æstimabitur exercitus, & in his quæ gessero gens*[d] *triumphat. Attollite signa, per quæ, ne lateam, prouidetur. Nouerint quem petant, aut cuius iugulis acquiescant. Qui congressui meo*[e] *occurrent, nobilitentur exitio.* His dictis poculum causa poposcit auspicij. Et laxatis in prælium habenis effusus est: vt torrens fata, vt leo armenta vastasti. Nec concurrens quisquam[f] subsistit, nec euadere potuit insequen-

a. in auras euolarent v.c.

b. & quos P.

c. pectore P.

d. triumphabit P.

e. occurrerit, nobilitetur P.

f. subsistit P.

insequentem. [g] Portaueris per vniuersa. Jam deficientibus telis, adhuc ira crescente, extemplò Gepidarum versa conditio est; palantes visi sunt mutata sorte victores. Nam, tu Venerabilis, qui incomitatus gustum luctaminis arripueras, vallatus militibus incedebas. [h] cessa est multitudo aduersaria, donec paucos eriperet vox vicina, dum ad vaga horrea copijs vrbium referta veniretur, quæ non solum satisfacerent necessitati, sed subleuarent inter deliciarum secunda fastidium. Ita prosperis tuis militauit aduersitas: & contra famem tuorum excursus pugnauit hostilis. Vicit [i] inediam inimica congressio, nec rediisses ad valetudinem, si certamina defuissent. Hæc de innumeris actibus in ordinem digesta sufficiant. Transeo Sarmatas cum statione migrantes; & plebem conflictuum numeratam: sileo de trophæis. Tibi cum rectore meo [k] Odouacar occurro: qui vniuersas contra eum nationes, quasi orbis [l] concussor, exciueras. Tot Reges tecum ad bella conuenerant, quot sustinere generalitas milites vix valeret. Deprehensum est varias esse mentes coaceruatæ multitudinis, nec spem victoriæ venire de numero. adhuc tuorum dexteræ de præcedenti tabe [m] titubant, nec peragebat [n] votibus impetus membrorũ imbecillitas. sufficit tamen vnum velle pro viribus, & indiscretum consilium, de inimicis loco roboris attulit vltionem. Non te castra longè

g. Portabatis Par.
h. cæsa P.
i. inuidiam P.
k. Odouacre Par.
l. concussorem Par.
m. titubabant
n. votiuos P.

munita tempore, non fluminis profunda tenuerunt. datum est hostibus tuis vallum
o.instruere P. °construere, non tueri. Repente æquora fugacium discursus obnubit, per quæ superandam domesticam tempestatem abeuntibus indixisti. Interea acies tua aspectu consummauit prælia, non labore. Illic tibi fores reserauit felicitas, manifestò detegens, quod qui primore loco cesserant, secunda eos luctamina non manerent. Sed instruxit rursus in deceptione sui mens vaga conflictum,
p.f. imbelli dum apud Veronam tuam apparatum ᵖ nubeli laxis manibus pugnas instruebatur impendijs. Nihil fortius aduersarijs tuis ante
q. cum bellicū cecinerūt classica P. aciem, sed ᵠ cum belli concinuerunt classica nihil infirmius. Maxima in luctaminis promissione virtus: & si sufficeret lingua, pro dexteris copia summa verborum. Electus est locorum situs, non tam congressui vtilis,
r.ne asscriberetur casui P. quam pauori, prouidente ʳ ne ascrueritur casui prima & discessio perfugarum; & tamen candida Reipublicæ fortuna perurgebat, ne coepto desisteres. Itineris tui permensus in-
s.ignes hostiū Par. t. & si aliq. P. terualla, conspexisti ˢ ignis ostium, astrorum more rutilantes, ᵗ vt si aliquando tibi fuisset nota formido, in abruptum te pendere didicisses. Nunquam animi tui status aut secundarum rerum tumore elatus est, aut dubijs acquieuit. Instabat certandi dies multis tenebras allatura, cum primum aurora bigis in croceis ortum iubaris indicauit, cum de Oceani lymphis Solis flamma

surrexit,

surrexit, iam raucum buccinæ concinebant, iam te sui oblitus quærebat exercitus. Qui dum munimentis chalybis pectus includeres, dum ocreis armarere, dum lateri tuo vindex libertatis gladius aptaretur, sanctam matrem & venerabilem sororem, quæ ad te diligentiæ causa conuenerant, dum inter spem & metum fœminea sollicitudo penderet, dum de euentu attonitæ vultus tui fidere pascerentur, talibus alloquijs confirmasti: *Scis, genitrix, partus tui honore vniuersis nota nationibus, quòd natalis mei tempore virum fœcunda genuisti: dies est quo filij tui sexum* [v] *campus adnunciet. Telis agendum est, vt auorum per me decora non pereant. Sine causa parentũ titulis nitimur, nisi proprijs adiuuemur. Stat ante oculos meos genitor, de quo numquam fecit incertum me Fortuna ludibrium, qui dextrum sibi ipse peperit valetudine exigente successus. Hoc oportet duce contendi, qui omnia incerta non timuit, sed ipse sibi secunda consciuit. Vos tamen elaboratas vestes & liciorum* [x] *tormenta deuehite. Cultiorem me acies suscipiat, quam festa consuêrunt. Qui me de impetu non cognouerit, æstimet de nitore. Inuitet cupidorum oculos honor indumenti precioſior, ſpecies feriendas exhibeat. Habeat laboris ſolatium, cui iugulum meum Fortuna præſtiterit. Inhient iacentes ſplendori, quos non contigerit videre pugnantem.* His dictis excipit te tergo sonipes, lituorum desiderijs inquietus, sed dum indulsisti [y] affectibus inimica legiones tuæ premebantur instantia. Dedisti inertibus fiduciam dum

v. tempus

x. ornamenta

y. affatibus

moraris, & hoc credo prouisione cæli a columnæ deberetur multitudini quod vicisti, Protinus aduentum tuũ indicauit hostibus populus occisorum; executorem prodidit cædis enormitas. Sed nec illis remedia defuere consueta. Continuò alas, quas tribuit formido, sumpserunt, cursu præpeti interitum metu mortis eligentes. Qui me veritati nescit obsecutum, a Athesis vndas videat b tua vice opulentas extitisse cadaueribus, & c dũ tu faceres gurgites de cruore, in parte alia sistebatur impetus fluentorum. Itaque necensibus non sufficeres, pro te & lympha militauit. Salue fluuiorum splendidissime, qui ex maiore parte sordes Italiæ diluisti, d mundificem suscipiens sine dispendio puritatis. Ecce ille tectus armatis campus enituit humanorũ ossium cãdore nobilissimus. Habemus quoties vetusti doloris vrgemur memoria, quod tueris. Cænam pulcherrimam seruet terra sublimis. Tamdiu maneat quod passi sunt, quãdiu deleat obliuio, quod fecerunt. O vtinam voracibus abripere aliquid bestijs non liceret. e Perdit desiderabili spectaculo, quod acquisiuerint furta belluarum. Illic velim vt ætatis immemor Roma cõmearis. Si venires lassantibus tremebũda vestigijs, æuum gaudia commutarent. Quid semper delubris immersa concluderis? Hic actũ est vt plures habeas Cõsules, quàm ante videris candidatos. Agnosce clementiam Domini tui. Saporẽ te voluit haurire triumphorum,

z. solúmne

a. cæsis P.

b. tua vi copulatas P. *non recte.*

c. dum tu me faceres P.

d. mundi fæcẽ Par.

e. Perit v.c.

phorum, *f* quem dubia licet nescire certaminum. Ecce iterum *g* ad ditionem sibi cognitam hostium læto debita pars *h* cucurrit, & cum excessissent occumbentes numerum, ad seruitium tamen armis instructa radiantibus agmina conuenerunt. Flexus est animus tuus, pronus semper ad veniam. Credidisti quod fidem adsuescerent magisterio necessitatis, quam nunquam exhibuerant studio conciliante Principibus. Seruauit tempore Regum præcipue quod abiecisti, sacramenti confidentia auctionem. Pependimus anxij *i* ne mærentur, quos de hostibus tuis receperas non perire. Gratias tibi mundi arbiter Deus, qui *k* conscientia æterno errore possessas adultores gladios impulisti. Puderet me recensere leuitatem originariam, nisi eam viderem tuis laudibus obsequentem. Quid dissimulo gesta persequi? Libuit *l* eos rursus tendenti inermem dexteram Odouacri regna polliceri. Innotuit illicò rebus in luce deprehensis hostilium error animorum. aduocasti prouidentiam actuum tuorum comitem, & ne impunita esset libido discurrentium, vltionis vexilla concutiens, feciſti consiliorum participem in secretis populum iam probatum. Neminem aduersarium agnouisse contigit. Quod tecum pars mundi potior disponebat. Mandata est per regiones disiunctissimas *m* nexi votiua. Quis hæc præter supernam voluntatem præstitit,

f. quem dubia narrantibus elegit P.
g. ad deditionem P.
h. concurrit P.
i. mererentur V. C.
k. conscientias à veterno P.
l. eis rursus P.
m. vox votiua Par.

vt vnius ictu temporis effunderetur Romani nominis clades longa temporum improbitate collecta. Hic quo me vertam nescio?

n. gratias P.

"grates referam qui suscepi officium laudatoris, an arreptum præconiorum tuorũ iter ingrediar? consumpta res est prospero fataliqué bello: succisa est Odouacris præsumptio, postquam eum contigit de fallacia non

o agmina hic commemorẽ? Par.

iuuari. Quid Herulorũ °agmina fusa commemorem? qui ideo aduersus te deducti sunt, vt hic agnoscerent, etiam in proprijs sedibus quem timerent. Egit causas longæ quietis tuæ furor alienus. Taceo vbi tibi iniuncta est pax diuturna, Burgundio; quando sic fœderibus obsecutus es, vt deputatur; quod viues, feriatur constantiæ, non pauori. Illud quoque quis patiatur notitiæ perire, quod bono felicitatis tuæ concurrẽtia inter se vidimus tela perfidorum? Et inimicas acies te occupatum in alijs pia congressione cecidisse? Quoties tibi vicit, qui contra te sumpserat vota pugnãdi? Dicat Fredericus,

p. hostis tuus vc.

qui postquam fidem læsit? hostes tuos interitu comitatus est, contra illos arma concutiens, quibus fuerat errore sociatus: quãdo nata est inter sceleratos de hoc quod intelligebant se vnum velle, discordia. Adsit diuinitas. & beneficia sua in æuum producat:

q. inter eos P.

qua disponente votiua? inter reos euenere litigia. Nam Fredericus postquam tibi de aduersarijs tuis peregit triumphum, de se præbuit. Trahit me ad aliam partem venerabilium

rabilium pars magna meritorum. Video
r inſpiratũ decorem vrbium cineribus eue- r.f.inſperatum
niſſe, & ſub ciuilitatis plenitudine palatina
vbique tecta rutilare. Video ante perfecta
ædificia, quam me contegiſſet: diſpoſita illa
ipſa mater ciuitatũ Roma / inueniſſet, mar- ſiuueneſcit P.
cida ſenectutis membra reſecando. Date ve-
niam Lupercalis genij ſacra rudimenta. plus
eſt occaſum repellere quã dediſſe principia.
Huc accedit quod coronam curiæ innume-
ro flore velaſti. Nullum de honoribus teti-
git deſperatio, quem iuuerunt deprecantem
bona conſcientiæ. Neſcit de effectu petitio-
nis dubitare, qui ſplendidis inops meritis,
non rogauit. Aut boni ſumus propoſito no-
ſtro, aut tuo informamur exemplo. Creue-
runt Reipublicæ opes cum priuatorum pro-
fectibus. Nuſquam in aula tua t ambitio, & t. ambitus v.c.
opum vbique diffuſio eſt. Nemo indonatus
abſcedit, & nullus incommoda proſcriptio-
nis ingemiſcit. Legationibus tuis ineſt vi-
gor immortalis. mandatorum ordinem di-
geris, priuſquam Legatos aſpicias: nec re-
plicationibus reperiuntur contraria, nec ob-
iectionibus facilis occurret reſolutio. Ex-
cubat pro armis opinio principalis. otia no-
ſtra magni Regis ſollicitudo cuſtodit. Nec
tamen deſiſtis caſtella propagare, curas tuas
in longum producens. nec viri fortis in te
deeſt ſecuritas, nec cautela metuentis. O
geminam in vno Principe virtutum pleni-
tudinem, quę Dominum reſignat auctorem:

quia non habet inter homines à quo videatur sumpsisse quod exhibet. Sed ecce rursus post quietem solidam ad acies verba reuocamus: iterum ad excubias vocat eloquium. * Sermiensiũ ciuitas, olim limes Italiæ fuit, in qua seniores domini excubabant, ne v coacerbata illinc finitimarum vulnera gẽtium, in Romanum corpus excurrerent. Hæc postea per regentium neglectum in Gepidarum iura concessit. x væ cotidiana insultatio & incomposita legationum frequentia mittebatur. Vrebant animum Principis dolosi blandimenta commenti, & circa alios Gepidas quorum ductor est y Gunderit intempestiua Traserici familiaritas. Credebas z in tua iniuria perire: quia diu licebat Italiæ possessionem te dominante retineri. Nec sufficiebat consolatio, quod eam tu non perdideras: cum immensus esset dolor, cur illam retentator non inter dominationis tuæ exordia reddidisset. Minui æstimas quod non crescit imperium. Postquam tamen liquido Traserici patuêre commenta, Gothorum nobilissimus a Pitzia Herduic, & pubem nullis adhuc dedicatam prælijs destinasti, vt si oblatis pactionibus adquiesceret, semel b inuasa locorum potiretur arbitrio. Sed vsus inconstantis felicitati tuæ obsecutus est. Fugit spõte aliena, & sine impulsu exercitus tui deseruit quod debebat. Continuo c Pitzia (qui & de te euẽtus vtiles sũpserat, & consiliorũ momẽta d deliberabat) nõ adquisitam

* f. Sirmiensiũ

v. coacerbata Paris.

x. Hinc P. al. nec. Fort. Huc

y. Gunderich Paris.

z. in tuam iniuriam redire, Paris.

a. Prahaberdius Paris. in marg.

b. inuaso locorum P.

c. Pitia P.

d. librabat v. c.

tam esse terrā credidit, sed refusam; nec rapinis vt lucratiua populatus est, sed dispensationibus seruauit vt propria, quibus ibi ordinationē moderantibus per fœderati Mundonis attrectationem Græcia est professa discordiam; secum vulgares suos in tutela deducendo, quibus inter Martios conflictus ac stelli vice vsam initatur. Tunc mundo credens ad præsidium sufficere, si cohortes tuæ quid paterentur agnoscerēt, pernicibus nuncijs periculi sui fidem commisit. Qui ante defensoris inire pro partibus suis conspexit certaminā, quam moliri didicisset. Vt tamen eminus *f* Pitzia indomitam *g* vulgariū iuuentutem speculatus est, ardentes *h* ad vlciscendum impetum potioribus verborum armauit incendijs: *Meministis, socij, cuius ad hæc loca commeastis imperio. Nemo absentis credat Regis nostri oculos, pro cuius fama dimicandum est. Si cælum lancearum imber obtegeret, qui fortius telum iecerit, non latebit. Ferro pectora immergite, vt veniat de horrore vitæ spes manifesta victoriæ. Credo regij testem roboris iam defunctum, i nec supereſſe qui illis quem k habeamus Dominum consueuerat indicare. Aut forte gentem nostram dedignantur æstimare de Principe. l Intelligant ab eo fluxisse quod gerimus. Nec liceat illis quod rector noster transmisit ad originem vni tantū debere personæ.* Hęc eloquia lituis commutauit. Continuo, vt adsolet, ater nimbus tectis crepitantib. procellarū mugire discursum, sic se præcipitem plebs Martis immiscuit. Incerta diu

e. castelli P.al. ac teli vice vsa minitatur

f. Piria P.
g. Bulgarum v. c.
h. adolescentū impetus P.

i. nec supereſt Paris.
k. habebamus Paris.
l. intelligebāt Paris.

con-

conflictus lance titubauit, dum par ex vtroque latere pugnandi surrexisset asperitas. Concurrebant duæ nationes, quibus nunquam inter gladios fuga subuenerat. Miratæ sunt mutuo sui similes inueniri, & in humano genere vel m Gothus resistentē audere vel Bulgares. Interea dum anceps esset fortuna certaminis, & pennatæ mortes sibi æthera vindicarēt, superauit nostri memoria Principis, dum agerent, vt singulorum apud eum merita campus adiudicaret. versa est in fugam natio punita grauiùs, quod euasit. Tellus excita tremuit concussione corñipedū. Cum ingenti lamentatione properabāt, postquam viderunt non esse se dubios de salute. Cæli arbiter Deus munera collata multiplica. Illi nunquam dubij de triumphis. Illi quos suspexit vniuersitas perditis bellorum signis, & perculsi incolumitate discedunt. Terque & quater n beatos esse clamitantes, quos oppetere contigisset. Quid strages militum reuoluam, & Sabiniani Ducis o ambitionem turpissimam? Cum à ratione diuidatur retexere exterminatis patrocinijs qui deuenerit in defenso? Tunc ne videretur celebrandus sæculis p Pitria, non tam militasse gloriæ quam cupiditati, liquit feris aut auibus campi laborem, cum ieiunum militem opulentis detrahere cadaueribus nihil q iuberet. Sed hæc quibus linguis sufficienter explicanda sunt? qua poterunt r facundia doceri? Diu tu vicisti in vniuersis cōgressibus nunc incipiens

m. Gothum P.
n. Virgilij imitatio, 1. Æn.
o. ambitionem P. male.
p. Pitria P.
q. iuuaret
r. facundiæ dote reserati? v. c. & P.

incipiens in obsequio habere victores. Interea ad limitem suũ Romana regna remearunt. s Dictus more veterum præcepta t Sermiensibus de suis per vicinitatem tuã dubitant, qui hactenus nostra tenuerunt. Quid castigatas Vuandalorum v ventis parentibus eloquar deprædationes? quibus pro annua pensione satis est amicitia tua. Euagari vltra possibilitatem nesciunt. duce sapientia affines esse meruerũt, quia obedire nõ abnuunt. x Hæc de gestorum tuorum cumulis maiore voto quam eloquentia, strictim degustare placuit: melioribus intacta derelinquens. y Videro quis me vincat facundia; nemo circa te transcendere valebit affectu. Habes hanc Deo inspirante mansuetudinem, vt te plus credas posse diligentia quam timore. Excellentia bona sunt gloriæ tuæ inserta monumentis, vt cum te Reges metuant, ament famuli. Nam quæcunque tibi meritis subiectorũ viribus dari imperas z credes posse denegari. O Regem omni tranquillitate compositum? qui deuotioni nostræ imputat, quod impendimus seruituti. Quid quod à te Alemanniæ generalitas intra Italiæ terminos sine detrimento Romanæ possessionis inclusa est? cui euenit habere Regem, postquam meruit perdidisse. Facta est Latiaris custos imperij semper nostrorum populatione grassata: Cui feliciter cessit fugisse patriam suam. Nam sic adepta est soli nostri opulentiam, a acquisitis quæ nouerit

s. Dictas P. al. Dictat
t Sirmiensibus *Vuandali populi.*
v. venditis parentibus P.
x. Hæc digesta replicaui maiore voto P.
y. Videro quis me
z. credas P.
Alemanni Germaniæ populi.
a. acquisita est ijs quæ nou.

Hg.P. f.acquisitis quæ no. jig.acquiescere

uerit ligonibus tellus adquiescere. Quamuis nos contigerit damna nescire; sub te vidimus euentus optimos de aduersitate generari, & fieri secundorum matrem occasionem periculi. Vluis liberata gratulatur terram incolens, quæ hactenus

b. solidiori sic emergebat P. fort. solidioris cœni emergebat: pro *limi*

dehiscentibus domicilijs *b* solidiori * schemiem mergebat beneficio: Par fuit etiam vt eloquentiam laudis præmijs incitares, ne adoreas tuas silentio perderemus. Nullarum artium cessat industria, solers, vbicunque latet, inquiritur. Magistratum etiam si longe deguerit exiget qui meretur. Nunquam absconditur, quem prodiderit innocentia.

c. vocé, sed actibus v.c. & Paris.

Dum subtilis arbiter non placares *c* voces edactibus, parentum nostrorum qui occubuerunt apud te bene acta seruantur. cuius manſuetudine tuæ fides innotuerit hæreditatis iure, quod auctori debueris soboli mox refundis. Habemus de maiorum obsequijs fructum, & tamen de excessibus supplicia non timemus. Finitur indignatio moderata cum homine, cum propter retributionem querat tua pietas successorem. Restant adhuc multa quæ dicerem, sed inter plures actuum tuorum præcones conuenit illibatum aliquid reseruari. Debent tibi veneranda studia quod loquuntur. Amauerunt *d* preces soro-

d. prædecessores P. forte præcessores tui

res tuæ insciciam, quia nunquam *e* laudandam gesserunt. Sordebat inter aratra facundissimus, & quod peritia dederat, ius negabat. Muto merebant actore tribunalia,

e. laudãda P.

nec

nec vlla concedebatur palma dicenti. In casu negotiorum nutabat euentus, quando literis *f* ingenuis non dabatur. Vnus vbique ingenia mœror oppreſſerat, quia atterebant otia eloquentium facultates: pompam ſeniorum edax negligentia poſſidebat, *g* nec accendebatur tiro æmulatione ſectanda. Vide diuitias ſæculi tui. Tunc vix fora habuere *perfectos; nunc Eccleſiæ dirigit laudatorem. Eat nunc & coturnatis relationibus Alexandrum iactet antiquitas, cui famæ opulentiam peperit dos loquentum, vt per adiutricem facundiam videatur creſcere rebus mendica laudatio. Regis noſtri merita ſolatium non poſtulant adſerentis; minora ſunt eius veris actibus, quamuis aucta ſint veterum geſta mendacijs: Simulaſtis Poëtæ grandia, ſed fateri vos conuenit præſentem Dominum geſſiſſe potiora. Pellæus ductor præconiorum ſuorum ſummam Chœrili voluit conſtare beneficio, ne fallendi votum multitudo deprehenderet, & fieret teſtis impudentiæ, qui adſciſcebatur in adſtipulatione victoriæ. Nihil detraho ſenioribus, quos præcipuos habuiſſet antiquitas, niſi Romani nominis erectio te dediſſet: Illum veræ Religionis ignarum obtinuit erroris mater, iuſtitiæ te ſummi Dei cultorem ab ipſo lucis lumine inſtructio vitalis inſtituit. Nunquam amplificas laboribus tuis, quod euentus dexter obtulerit. Scis in te curam penes Deum perfectionis eſſe ſubſtan-

f. genius v. & P.

g. nec P.

h. præfectos, nunc Eccleſiæ Pariſ.

i. fort. inſcitiæ *THEODORICVS Rex Gothorum Chriſtianus.*

k. fort. Aues, vel Agis

substantiam. Ages vt prospera merearis adipisci, sed potitus vniuersa adscribis auctori. Exhibes robore, vigilantia, prosperitate Principem, mansuetudine Sacerdotē. Quid frustra? Maiores nostri *Diuos* & *Pontifices* vocarunt, quibus sceptra collata sunt. Singulare est actibus implere sanctissimum, & veneranda nomina nō habere. Rex meus sit iure *Allemannicus*, dicatur alienus, vt Diuus

l. nec Par.

vitam agat ex fructu conscientiæ, ne requirat pomposæ vocabula nuda iactantiæ, in cuius moribus veritati militant blandimenta maiorum. Vellem, fateor, ad orationis terminum, victus gestorum tuorum enormitate, descendere, & nouellas adoreas hebetatus priscorum luce transire: quemadmodum si ætherij axis in numerum redigere ornamenta voluissem, & trionum fulgore cōprehenso, cæli decorem impotenti lingua

m. f. cederet

describerem, „ cedere diuino splendori mortalis obscuritas, iubaris lampadi non sufficeret humilium scintilla sermonum. Hæc me conditio signat imparem, quæ testata est obsequentem. Nam illud quo ore celebrandum est? quod Getici instrumenta roboris, dum prouides ne interpellentur otia nostra, custodis. & pubem indomitā sub oculis tuis inter bona tranquillitatis facis bella proludere? Adhuc manent in soliditate virium victricia agmina, & alia iam creuerunt. Durantur lacerti missilibus, & implent actionem fortium dum iocantur. Agitur vice

spectā-

spectaculi, quod sequenti tempore poterit satis esse virtuti, [n] dum à pueris hostilia lenta torquentur, dum arcus quotidianæ capitum neces longius dirigunt. Vrbis omne pomærium simulacro congressionis atteritur: agit figura certaminum, ne cum periculo vera nascantur. Ad hæc quis credat vnum pectus posse sufficere, vt per [o] procinctos indomitus vincat in prælijs, & agat consilio, ne dimicandi causa contingat. Rutilium & Manlium comperimus gladiatorium conflictum magistrante populis prouidentia contulisse: vt inter theatrales caueas plebs diuturna pace possessa, quid in acie gereretur, agnosceret: sed tunc feriatis manibus frustra sociæ mortis ingerebantur aspectui. Nunquam bona sunt, quæ à crudelitate veniunt instituta, vt armarentur contra inimicos [p] animi prius videre exitia suorum. Interea illa congressio (quod docuit exitus) non tam peperit incrementa robori quam pauori. Inter secundas res didicit imbellium animus quid timeret. Vide ad inuentionum diuersitates pleno calle distantes. illis vera cruoris effusio animos à dimicatione submouit; hic adolescentium vigor de imagine mentitæ concertationis incanduit. Quos [q] præcox ætas tot mortes aduersariorum repositas docuit habere quot spicula, non terret exoticus discursus adsueti pharetrarum dispendia negligenter effundere: nec in auras exitia manifesta torquere, tot exacturi animas, quot tela

n. dum amentis puerilibus hastilia, v. c. recte.

o. procinctus Paris.

p. alumni Par. fort. animati

q. priorum ætas Paris.

vibrauerint. Sed inter præliares forte successus, quibus omnes instruis & concilias omina secunda vincendi, ciuilitatis dulcedini nil reseruas. Quis credat Heroas tuos peregrinam non respuere, dum sunt tranquilla, formidinem? Nam indomita inter acies ingenia lex coercet, submittunt præceptis colla post laureas; & calcatis hostium cuneis, quibus arma cesserint, decreta dominantur.

1. Tu ille es. P. Fort. Solus es meritis

, sulues meritis & natura compositus, cuius magnanimi iussa sectentur. Origo te quidem dedit Dominum, sed virtus adseruit. Sceptra tibi conciliauit splendor generis, cuius si deessent insignia, eligi te in Principem mens fecisset, sed nec formæ tuæ decus inter postrema numerandum est, quando regij vultus purpuræ ostrum dignitatis irradiat. Exhibete

f. Seres Paris.

f. Syres indumenta precioso murice, quæ

t. fucatis, & non vno

, facta & non vno aheno bibentia nobilitatem tegmina prorogate. Discoloribus gemmis sertum texatur, &, quem vehementior vipera custodit, lapis adueniat. Quæcunque ornamenta mundo obsequente transmissa fuerint, decorata venerandi genio corporis plus lucebunt. Statura est quæ designet prolixitate regnantem. Nec genarum habet concordiam, cum robore vernant lumina serenitate continua: dignæ manus, quę exitia rebellibus tribuant, honorum vota subiectis. Nullus intempestiue positum iactet, quia quod agunt in alijs dominis diademata, hoc in Rege meo operata est, Deo

fabri-

fabricante, natura. Illos faciunt tot diuitiarum adiumenta conſpicuos, ſed hunc edidit ſimplex, & immutabilis figura meliorem. Quid cultu laborent, qui cupiunt peregrinam obtinere pulcritudinem? Italiæ rector in amicitiam colligit duo diuerſiſſima, vt ſit in ira ſine comparatione fulmineus; in lætitia ſine nube formoſus. Feriato ore legatis gentium aut pacem blanda promittit effigies, aut bella terribilis. Tantis conſtas inſignibus, quanta facerent viritim diſtributa perfectis. Sed vtinam aurei bona ſæculi purpuratum, extegerem amplificet. Vtinam hæres regni in tuis ſinibus ludat, vt hæc quæ tibi offerimus verborum libamina, facer paruulus à nobis exigat ſimilium adteſtatione gaudiorum. Ecce ſatisfaciens debito & obſecutus officio, orationem meam concluſi.

v. ex te gremem. Pariſ. al. purpuratum germen

B. ENNODII ORATIONES.

DICTIO IN NATALI LAVRENTII Episcopi Mediolanensis. 1.

QVOUSQVE meiners diffidentia intra angustum patitur penetrale delitescere? Quousque nimia cautio terminos honesti „pudoris exuperans dispendia opinionis quæ euitat, incurret? Vsu enim rerum venit inter homines, vt quantum famæ decerpitur per audaciam, superfluum nō minus pereat per timorem. Non enim debet notari velut auaræ laudis assumptor, non [ei] adscribi cupido affectata deuotionis ostentui, apud quem res obnoxia pudoris stimulis ad acta completur. Quia sicut in vmbram cogit gloriæ appetitus oratione dum quæritur; ita non reddere quod deberi noueris proximitatem noctis indicit. *Superflua* scribere [res] iactantiæ est; necessaria reticere, contemptus. Sæpe vituperationis nostræ mater est doctoris occultata laudatio. Dicat forsitan aliquis [&] animo consulendi, quod operis pressa magnitudine [b] exhausti macies arescat ingenij. Et destituta dicendi valetudine, garrulitas defectum [c] metietur ex copia. Seu si in alueum magni fluminis stillantis guttam fundas eloquij, nequa-

a. timoris. v.c.

b. exhaustim acies

c. mercetur

nequaquam ad curſum proficis liquoris impendio, & vix humorem [d] percurrit quod ad vndas aptatur [Et [e] extimamus animo quę dicantur ad precum] meritum dictionis, & vena, quæ eſt per naturam torrida, frequenter [f] currit à themate eloquentiæ: exilitas propoſitione pingueſcit. Sæpe pro eorũ meritis, quibus ſe mancipauerit oratio, dicenda tribuuntur, maximè ſi mera affectione laudando militet narraturus. Tunc verborum abundantiam tranſmittit affectio, tunc amor ſuggerit, quod negat ingenium.

d. parturit
e. f. æſtimamus
f. curret. v. c.

Sancti LAVRENTII aliquatenus pro mea mediocritate bona dicturus, [g] plenius quidem laboris opus aggredior, ſed plenum caritatis. Faceſſat ergo formido venerando inimica propoſito, [h] fugitiua eſt gloria iners ſubiecta terrori, clamante [i] Paulo Apoſtolo: *Perfecta caritas forâs mittit timorem:* hoc eſt dicere & [k] iudicio certo monſtrare, quia non diligit, qui paueſcit, [l] dum culpa vincitur oneris immenſitate, qui ad portandam ſarcinam etſi impar, tamen deuotus occurrit? [m] Iis ita ſe habentibus, feſta naſcentis anni cur non votiuo ſermone cõcelebrem? [n] Cur huius natalis exordia ſilentij fœditate dehoneſtem? [o] Manca eſt ſine ſermone hilaritas: & ſimulacrum mœroris [eſt] occultare quod gaudeas: & afflictionis imitatio, vocem in lætitia non habere. Ergo tibi, ſancte Pater, officij conſcius verba non tribuam. Libet tamen dicendi principia [p] conſecutionis tuæ

g. plenum
h. fugitiua gloriæ eſt mẽs ſubiecta
i. Imo 1. Ioã. 4
k. indicio
l. Sine culpa vincitur
m. His ita ſe hab.
n. Cur lucidi natalis exordium ſilentij
o. Marcida
p. conſecrationis

nis tuæ deriuare de tempore, & cum anni renascentis infantia, florulenta, si valeo, dictione vernare, nunc cum terræ succus per

q. currit

venas arentium virgultorum q currit in germina: & aluus ficci fomitis humore mari tota turgescit: cum in blandam lucem nouelli prælegminis comæ explicãtur arboreæ, & omnis ramorum plectura diffunditur, vel,

r. natura artauerat

quæ intra tunicam r natiua artauerunt frondium decora, soluuntur: Cum auium cantilena comitur sapore modulato: s cum in terra segetũ glebis sepulta hiemalibus quasi algoris repagula emissa, & tepore fota cõcipitur; nunc in cano flore spem fructuum metitur agricola: cum mutuis palmitum

t. aprica

brachijs vinearum texitur, aperta formositas, & ante maturitatis tempus vultum frugiferum

v. culturas componet x. domitrice y. ferro fructificante

u cultura componit, dans venustatem falce x dominante, & luxuriam infœcundam y suo fructificante compescens: cum profundi gurgitis rabies blandum transit in

z. eneruata

sibilum, & z eneruato tepore ventorum ferocitas migrat in delitias nauigantis. Dum tutum est cymbam salo laxare, & anchorarum morsus absoluere, dum fractura procellarũ, quæ nautas hactenus terrebat, inuitat, &

a. per vda

a per vada æquoris spatia somnum gubernantis admittit; cum colore distincta gẽmato vernis opibus prata ditescunt, & in ordinatione summi Pontificis naturæ gaudium elementa testantur. Tibi ergo, Antistes, nunc non reddam, quod alijs præstare iam didici; quẽ

ad

ad Pontificalem apicem grauitas, pudor, pudicitia, venustas adduxit; qui tot dotibus velut in aceruum coactis canam dignitatem præsentis officij susceptisti; habens tantarum honestamenta virtutum, quantarum singulæ probatum facerent species sacerdotem. Taceo vniuersitatis in electione tua consonantiam, & discretarum nationum concordem sententiam non reuoluo. Statuat ista loco laudis, cui non suppetit quod possit prędicare de moribus. *Momentis* enim plerumque incerti fauoris aura popularis impellitur, & nescia examinis turba Quiritũ, dum studijs rapitur, amat incognitos. [b] Iure libram tenuit qui petitionis tuæ aut socium se præstitit, aut auctorem. [c] Imperitus cœtus multitudinis meritum tuum expendit lance perfecti; & dum in te ornamentorum varietas placet, quasi vnus heres diuersissimi fueris institutus; sic [d] singuli de claritate tua censebant sufficere, quod probabant: quia bona omnia nequaquam omnibus nota esse potuerunt, & speciatim ad fauorem sideris tui vniuersos illexeras alteri ostendendo, quod pius es; alteri quod seuerus; alteri quod [e] beati acquisiti distributor patrimonij; alteri quod scires recte parta seruare. Id studij sũpsit vniuersitas, vt cũ de proposita laude vnusquisque vinceret; collatione tamen in præconijs tuis melioris tituli ab altero vinceretur. Nolo istis diuti[o] immorari; veniẽdũ est ad laboris tui exercitia. quia ego quinõ sũ in laudatione

b. In te libram

c. Imperitè

d. singuli hæc de

e. bene adquisiti

tione tua idoneus maximis, neſcio eſſe paruo contentus. Nouellis te adhuc impoſitæ dignitatis labantem veſtigijs, ineluctati temporis ſuſcepit aduerſitas, & tironem f Pontificis exercitatiſſimi militem aduerſus libertatem impacta bella reddiderunt. Tu prædonis neſciſti timere ſæuitiam, tu blandimentorum, quod in malitioſis nocentius telum eſt, ſcuto conſtantiæ venena reſpuiſti. Quoties te, qui certamine non potuit, infidioſa honorificentia laceſſiuit? Quoties in damno bonæ opinionis ſeruitij ſui te credidit figmenta ſuſcipere; hoc à te poſtulans, vt adhibito hoſtem colludio, intra vrbis muros concluderes, & ouium tuarum diſſipanda lupis mẽbra g præparares. Pares facti (quod dictu nefas eſt) multorum exempla ſuggerens, quæ quidem tu vitanda deſpiciens, h abundantiam ſereni temporis ſeruans memoriæ commiſiſti, deteſtabilia retinens, ne per obliuionem impune tranſirent, & maiorem i errorem exceſſibus debens, dũ ruinam metuis aliorum. Sed remotis dicendi obſtaculis veniamus ad illa quæ religioſo k ſunt digna memoratu.

f. Pontificij exercitatiſſimum v. c. *De illa voce Lud. Carrio Brug. in Antiquis Lection.*

g. præſtares

h. & ad vindictam ſereni temp.

i. horrorem

k. ſunt magis digna

Cum hoſtilis irruptio more pecorum Chriſtianum populum per diuerſa diſtraheret, tu variorum generibus cruciatuum capiebaris in omnibus; tu paterna conuentus pietate ſuſtinebas tormenta multorũ, vt ait, Apoſtolus: *Quis veſtrûm cruciatur & non ego?* Inter iſta tamen fractum te non vidit aduer-

2. Cor. 11. 29.

ſitas.

sitas. Hoc triumphis suis decerpi sensit inimicus, quod capti Sacerdotis animum non subegit. Pugnabas adhuc pro absolutione plurimorum, & tibi nihil metuens de plebis tuæ anxietate pendebas. Nolo diutius tristibus immorari: nolo tragœdiam maligni temporis aperire. Libens de illustri conuersatione tua aliquanta præteruolo, ne te narrando cogam denuo sustinere quæ passus es. Quanquam Doctor Gentium in tribulatione exercitum se fuisse commemoret, vociferans: *Cum infirmor, tum potens sum.* Taceo inediam, frigus, [&] iniurias, & illa quæ tibi inimici animus prouidit, augmenta morborum. Sed credo hæc puerilia, & succo antiquæ valetudinis robusta membra tolerabant. Nónne emortuis per compages artubus, & à possibilitate propria longa iam ætate distractis, sola anima flecti nescia sustinebat, & [ad] imitanda intentione aduersus impugnantes muro constantiæ stabilita certabat. Posthæc ad rediuiuum statum libertatis optatæ nunquam pia vota despiciens CHRISTVS Redemptor noster occurrit, & fractas[m] rationi nominis vires artifici medela solidata in vigorem salutiferum res contrita remeauit. Cum ex alto benignis oculis cælestis dominator aspexit, Mediolanensium vrbi lux est proprij reddita Sacerdotis. Tunc cum rarus habitator, tunc cum error in domibus, & per dulcia cubiculorum limina cõfusa discursio.[n] Tunc enim

l. tunc potens 2. Cor. 12. 10.

m. Romani nominis v. c. *recte*: & sæpe in vita Epiphanij *Rom.* corruptum in *ratione.*

n. Tunc cum

o. in ferarum habitatione

p. obnuberat.

q. videris

r. balatu
s. occurrere
t. multipliciter.

v. impendio

x. longa

y. curiæ

vbique pauor & luctus, & Dei templa o ferarum habitationibus deputata sordebāt, cum marcens in curia splendidissima dudū atria situ vetusti humoris p obnuerat, lætitiam ceteris tuo dedisti de reditu, tu regressus ad lacrymas: Tunc more auium, quibus dū terra niuibus vestitur, & alicuius loci in spem cibi spoliatur angustia, q videres quæ remanere potuerunt plebis reliquias confluxisse, & ad boni pastoris præsentiam vndique fatigatis r halatu nemoribus greges s concurrere. Alios tunc t multiplici sustentandi genere mulcebas affatu, alios reficiebas v cōpendio, alios hortabaris exemplo: breui post in antiquum statum, qui tibi post Deum debetur, Vrbs iam sepulta reualuit, & quæ non credebat in se reparari posse quod fuerat, cœpit iam meliora æmulari. Tunc, qui vitæ vsus est, cernere erat omnia ad latiorem profectū bonis successibus inuitari. Curro per singula strictim referendo, quibus opus est x larga narratio, ad agonem vitæ tuæ, ad summi celebritatem propositi peruenturus. Secunda post dubium temporis nata est in Ecclesia Romana captiuitas, quæ te quasi iam diu desidem & laboris fugacem, de longæ sinu quietis abstraheret, cum vix spe pacis laboris tui arma deposita resumuntur. Deberetur quidem, nisi me laudis tuæ censura pertraheret, in lugenda causa silentium, vt in vna ætate memoriæ pereat res nefanda. Senatus ille y Syriæ cælestis accitus est, ibi

ex

ex varijs prouincijs Episcoporum turba confluxit. Vbi cœtus ille, quot hominum genera, tot sententiarum ᶻ varietas aduexit; ᵃ scilicet quibus inerat ᵇ spiritualis sapor intelligentiæ, quasi ducem te principalis deliberationis caritate tenuerunt. Tunc quo ᶜ minantium impetus blandimentorũ melle domuisti? qua superborum corda venerandæ humilitatis erectione fregisti? qua labantium animos consilij radice fundasti? Explicare non valeo rei gestæ notitiam. Scire cupidum ex facti contemplatione compello. vnum te secuti sunt tot electi, & in sententiam tuam reciderunt tantarum principes ciuitatum. Coquitur lamẽtationis æstibus, qui à te cruda obstinatione desciuit, & nihil habet in solatium præter [calamitatis] lacrymas, qui diuisus est. Dicat aliquis forsitan rerum gestarũ malignus interpres, quam sortita est de huiusmodi constantia præsens causa decisionem? quærat qui fines de laudato sudore ᵈ contigerunt? Huic ego fidens replicabo, te Præsule factum, ne sacerdotes ministros acciperet furor alienus. ᵉ ne cruentæ indignationi Pontificum sententia militaret, ne in vsum male commoti traherent, euenire posse quod vellent. Postremum improborum loquacitas obmutescat, huius saltem æstimatione secreti; quia odiorũ incendia, quæ non ex ᶠ impugnati merito, sed ex studiorũ fomentis arserunt, ne sanctę deliberationis potuerũt fonte restingui. Tibi ergo debetur

z. varietates
a. sed quibus
b. spiritalis
c. minacium
d. contigerit
e. nec ruẽtem.
v. c. *non recte.*
f. impugnanti

debetur Venerabilium cuſtodia Canonum: Tibi, quod ſine Epiſcopali nota contigit, quidquid in præſentia ſæuit improbitas. Tibi [patuit] quod alijs accuſantes clandeſtina fraude texerunt. Apud te compertum fuit, non ſatisfaciendum odijs, quoties fide deſeritur qui laceſſit. Sed hæc melius alijs ſeruantur narranda temporibus. Salue Eccleſiarum ſidus, & ad ſenectutem bonam Abrahæ æmulator accede. Quia teſtimoniū probitatis eſt, diu hominem in Eccleſiaſtica
g. arche v. c. lego, *arce* Pſal. 54. v. 24. arte ſeruari, vt ſcriptum eſt: *Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Tu æuo maturus, & ad religioſum ſudorē primæuus exſupera. Tu pietate laudabili bonis diſcipulis exēpla ſuggere, malos ſeueritate compeſce, & boni vtriuſque fibula operis in teſtimonio ſummæ gloriæ ſine labe perdura.

DICTIO IN REDITVM ſuum ex Vrbe. II.

Cur & verſibus eum celebrarit.
Infra in Poëmat. pag. 20.

AMica eſt homini ad genitale ſolum reuertenti ſemper hilaritas, dum metus quoſcunque ei peregrinanti mens anxia peperit, quaſi præfinitos, & cœlo grauante diſpoſitos ſe euaſiſſe confidit. Debetur ergo vox ſerena lætitiæ, ne muta gaudia mœroris imaginē ſortiantur. Cui enim pateat exultantis animi ſecretum, niſi oris claue reſeratum.

tum. Reduces etiam [a] agnes alis ludere, [b] Mantuanus asseruit. Quid ego faciam in medio deprehensus abrupto, qui & regressui meo debeo dicendi fidem, & proposito tacendi necessitatem. Secede, quæso, ad tempus officij censura grauioris: nunquam te oportune gaudijs miscuisti. Prophetarum insignissimi [c] sub lege versuum verba redigentes, carmine desideria sua & vota cecinerunt, diuino [d] pectora dedicata colloquio plectris Ecclesiastica per populos iura diuiserunt. Cur ego in ordinis, & meriti constitutus infantia æmulari summorum facta non studeam? Maximè cum narrandi simulacrum altaris militem ad excipienda quæ contra fidem eueniunt, bella corroboret? nec dubitabo dicere, quod præsenti constat exemplo. didicimus iam quo turbine pro amore fidei hasta iacienda sit, neque nos virtutis precio, vel titulis mediocris conflictus eleuauit. Dicam ergo libens Musico stylo gaudia mea, quorum perfectionem maximis promitto me [e] Deo adiuuante eloquij lituis initiaturum. [f] Pulsabant me oblatrantium venena linguarum; sed professionis, & ingenij exercitus aggregabo, quidquid contra accusati meritum maledictor ingesserit. [g] vsus iste est bene intentes conscientiæ opinionis [h] lucis iungere morsus æmulorum, & famæ compendia de inuidis aucupari. Male pertinax dens liuoris infringere, & qui obloctionis fomitem de loco gloriæ quæris obmu-

a cygnos, *recte.*
b. Virg. 1. Æneid. v. 406. *Vt reduces illi ludunt stridentibus alis.*
c. sub legem
d. Dauid & Hieremias in Threnis.
e. Deo adnitente
f. Pulsabunt me
g. Vsus est iste bene nitentes.
h. lucro

obmutescere. Dic vnde fructus eueniat meritis si iactantiæ deputas, quod i sudori nostro placemus? Labor est disciplinæ amicus, & religioni quadam cognatione sociatus. Velut vnda præsegmina peregrinis & maritata fomitibus nobilitatem fructuum ramis tribuunt, quam parturientia diu nescire plantaria: ita dotatus liberalibus institutis, bonam mentem, cura grauidam, ad spem germinis melioris attollit. Pelluntur animo consiliorum toxica humanis præparata necibus. humor succi letalis aboletur, quoties huiusmodi occupationibus ingenia se submittunt. Hinc ad clariora digredientibus diuinorum patescunt secreta librorum, quorum k ianua sensu pulsante dum referat l populus se duce m præuium facit iter ignoratum, dum fastidiosus eloquij splendore, parum doctos fabricata Latinitate, & vt aiunt n artificij rusticitate perducit. Quis talem salutis non diligat indicem, non sequatur? Qui necessarijs dulcia, dulcibus o seuera miscendo, p amarę vitæ dogmata, & velle cogit inuitos. Sed isthinc alias cœpti compleantur q honesti vota propositi.: apud scientes rerum loquimur. Res virtutis est, gaudium continere secundæ diligentiæ, per elaboratum tramitem luculentæ dictionis ostendere. Hodie maximè cum mei portio limen ingressa facundiæ dat parenti exultatione eloquentiam, quam negat ingenium: condonat causa quod natura non præstitit.

i. sudore nostro

k. ianuam

l. populis

m. peruium

n. artifici

o. reuera

p. fort. amare, vel amara

q. honesta

Macte

Macte insignium, adolescens, virtutum, qui in cano flore pomorũ numerum [r] monstras, das pellere afflictionis gratiam, [s] & ad numerum me dictionis inuitas. Nam dum, quod tu debes studijs, ego impendo lætitię, puto ambo proficimus. Simile est enim rudem instituere, & ad declamationis affectum reuocare iam desidem.

r. monstrans

s. & ad vernũ

DICTIO IN DEDICATIONE AVDITORII, QVANDO AD FORVM translatio facta est. III.

VT campus militem, mare nauitas, fora causidicum sollicitãt, incerta raptorem, ita linguas Auditoria exercent.* Nãque malum ratio suadebit silentium in loco, in quo sunt præmia constituta verborum? vbi orationis palma, [a] si habet gratiam taciturnitati? Bene soluuntur sudoris precia, vbi sunt templa victoriæ. Bene effugatur seruitus inter atria Libertatis. vincta [b] hic hora teneat. mens captiua non agnoscit forum Romani populi, non liberalis eruditionis gymnasium, qui adhuc quasi in secessibus conticescit. Sint muta forte diuersoria, hic nihil est tam familiare quam pompa dicendi. Fescinninos sales [c] Hymnis dare genium consuetæ professionis plausus hortatur. Eriguntur [d] lætius bellatores; [e] virtute debiles grauis buccinarum cantus attollit, data sunt vniuersis amica incitamenta propositis. Quid ego faciam, doctorum optime, te lo-

* fort. Nam quæ, malùm, ratio

a. si hic gratia taciturnitati?

b. hic ora teneat vi c.

c. fort. Hymenæis. V. c *eminentis* præfert.

d. lituis bellatores:

e. virtutis

te loquente? si infabricata verba intra verecundum penetrale contineam, instituti me esse similis non agnoscas. Amicitiarum religionem in gratia partus offendam, si nec translationis festa, nec debitæ tibi laudis munus exsoluero. *f* Exsolue ergo nutritor profectuum, fax & splendor ingenuitatis, qui nobilia [genera] germina laborioſis purgando sarculis in fructibus facis agnosci: Qui in cano flore nouellę posteritatis quantum horreis paratur ostendis: Qui de ferarũ cubilibus & bubonũ habitaculis ad * foranos reuocas, vnde maiores pæne iam longæ ætate discesserant. Non enim patent eruditis loca ista, quibus scientiam non primoribus labris ipsa contulerint. Cuius enim *g* turba cognoscitur eloquij, nisi cuius puerilia innotuerint rudimenta sermonum? Tibi ergo debentur hæc beneficia, quod citaturus reum causidicus inter atria iam probata dictionem metuendus incipiet. Tibi spes vnica honestæ professionis *h* adscribenda, quod nobilitas decursis breui temporibus liberali sudore placitura est. Sed quo me ignarum virium tui rapit affectio? narrationis pelagus non pendentem sufficit in loci, amici & diei celebritate *i* votat testatum. Ad vos reuertor, quibus paterna conuentus affectione vocem debeo commonentis. Reddite vos studendo origini, reddite natalibus lectione. Naturæ lucem iubar dictionis ostendat, multiplicate *k* sufficientium scientiæ parentum

f Salue ergo

* f. pto, forenses.

g. tuba cognoscatur

h. ad scribendum

i. vota testatum

k. suffectu scientiæ

tum titulos; ornatè eruditione decora maiorum. Fului nobilitatem metalli, nisi ad vnguem manus ducat artificis, maternis pene hebetatur tenebris. Et, si nō magistra politione venustetur, nihil ei prodest sublimitas quam vena concesserit. Adiuuatur quidem doctoris instantia dotibus sanguinis mundioris: 'sed nisi limata non rutilant illa quæ se erigunt prærogatiua nascendi. "Incrementum rusticum matris "manus inter sulcos euacuat: & per pascua pecus agere, dum ab vberibus pēdet, assuescit, patris brachijs, dum iuuencos fatigat, adiungitur. °Pensat dexteram grandia terris semina cōmittentem, & sudorem originis suę in ipso lucis lumine meditatur. Quid vos faciatis, quos liberalibus pepererunt matres optimæ disciplinis. Peregrinandum vobis est à germine ditiori, nisi vos nobiles instituta monstrauerint. habetis pręmium eloquentiæ morumque doctorem. Currite prosapię stimulis incitati, & cum vos ad agonem præmia promissa perduxerint, mei meminisse dignemini: quia sunt quę à vobis post cœlestem retributionem suffragia hortator accipiat. ,Hęc sunt, quę vos veltris licuit vocibus admoneri; vos diligentiam pectoris mei expendite consideratione verborum. Non phaleratus sermo, non illecebrosa tantum, & depicta fucis narratio delectet. quęrite apud me non blanda, sed necessaria; non delitiosa sed fortia. Nunquid iuuat pompam texe-

l. & nisi

m. fort. Iumentum

n. mammas

o. Prensat

p. Hæc sunt nostris quæ vos licuit, &c.

q. Qui probari non magis sensibus

r. lancem

s. Institutor virtutis plausus excludat al. exhibilat

t. & electione v.c.s.electione

re præcepta daturum? q Qui si non magis probari sensibus quam sermone disponit, affectum monitoris euacuat. Ponderibus ornetur dictio castigantis. r lucem in exhortatione teneat, qui gestit audiri. s virtutis plausus exhibeat. Bene morata oratio imperat quod suadet. Hæc si explicare nequeo facultate dicendi, amare tamen didici consideratione propositi, t & lectione consilij. Pars quædam probitatis est, etsi implere nequeas, nosse meliora. Sequitur examinatam intentionem effectus operis. Proximus magistro est qui diligit ornamenta doctrinæ: Deus tamen voti se comitem iungat. Et quod nouellis præceptor commonendo cęlpitibus, in pomis, tanquam de hereditaria possessione, decerpam.

PRÆFATIO DICTA A LVPICINO QVANDO IN AVDITORIO traditus est Deutericium. IV.

a. casiæ

b.f. viduantur

QVoties amomi flosculus, aut messis a casiæ per deprędationem lasciui pollicis radice b induantur, & ad dotē manuum humanarum nobile germen adiungitur, meritum cęlpitis odore significat, & naturæ genium prima visione testatur. Occultari se non patitur fœtura sublimis. decus clari sanguinis non tenetur abscondito. vox mundæ originis licet in recessibus, semper auditur. Sed quamuis ita se res habeant, humani-

humanitatis interest non tacere quod gestias. parum susçipit oneris, qui quod scit dignum esse amore, commendat. feritatis maculam non euitat, qui non festinat asserere quod meritis nouit esse placiturum. diem laudare quis abnuat? attollere Solis radios quis metuat qualibet nocte? Sermonum si themati obsequium præstat oratio, ab ipso susçipit dignitatem. Proprij ergo macie non turberis ingenij, quando eloquij vilitas precio susceptæ dictionis eleuatur. Erigere mens fasce depressa imperitiæ, dextera impacti oneris subleuaris. Sed cur longis inuoluimur? Præsenti adolescentulo militat præfata narratio, quem rediturum ad proauos non denunciatione augurum, sed post Deum fultus spem mihi vestræ profectionis spondeo, nec futurum ambigo. Splendor te istum suorum posse reddere, quem alijs contulisti. Potest enim facile veterum decora susçitare, cui fax est noua constituere. Non credas, hæc esse solius incitamenta facundiæ. Tibi vni concessum est, claritatem aut dare aut reparare maiorum. Stant ante oculos tuos non annosa pueri monumenta, sed recentia. Peritiam tuã [d] Firmius, & Glicerius ætatis suæ sidera hac voce conueniunt. Susçipe, doctissime hominũ, vtriusque plantã familię, & culmũ, in quo grauidas aristas parias, secundus attende. Scalpe sarculis vberem terram, quæ si nostri est germinis, fibula sit tuis profecto

c. splendorem

d. f. Firminus, & Glycerius

laboribus respōsura, docendo libro adolescere maritata plantaria nouelli dentibus virgulti fructum sarculi melioris accommoda. Veniat pomorum successus, dum ore tenero sublimior, ab illo te docente, planta mordetur. Quia nisi edomitam terrā terque & quater agricolæ ligonibus, scripserint, triticeam messem paliurus superabit & lolium. munus Palladium, & cana nemora baccis plurimis cultura locupletat: India multo sudore, quo se iactat, hebenum nutrit; Sabæi virga cęspitis manu cessante non proficit, industria fecit, quod Pæstaneis rosas dumeta pepererunt. Quas de spinis seu terræ sidera [f] laborum exigit; felix est operantis instantia, quoties glebis [g] verberibus manus adhibetur. Tunc fessa brachia succo effusæ valetudinis intumescunt, quando integrum fœnus ruricolis arua dissoluunt. Nascitur exercitij desiderium de fertilitate telluris. Vomeribus agendum est, vt per palmites exuberet dos autumni. Nunquam spumantia labris musta meruit, nisi qui vitium luxuriem curua falce resecauit, & in diuersis cultibus [h] priusquam vim acciperet liquoris effudit. Talis est; vera mortalium: rite comparantur arbutis rudimenta paruulorum: quos postquam parentum sollicitudo à matris radice [k] decerpsit, prouidendum est, cui solo iuxta vota commendet. post deliberatione doctoribus iura nostra, describimus, tunc fiunt institutione vestri, quos nobis natura

e. Infra Panegyrico in natalem Epiphanii pag. 19. *Cum bene molitos incurui dente ligonis Scribit agros* — pro, scindit

f. labor exigit

g. vberibus

h. plus quam vini

i. natura mortalium

k. dicerpserit

l. transcribimus

natura conceſſerit. Tunc incipit tantum ſibi ſtudiorum lima vendicare, quantum origo vix prævalet: penè enim non iniurium eſt vinci pro ſapienti collatione doctrinę. Quia patris officium habet luxuriam comitem præceptoris ſollicitudinem. Genitor ſit delicijs; inſtitutor laboribus. Libertatem origo tribuit; dignum libertate monitor facit [generale] Ergo magis veſtrum eſt, quod laudatur in homine. Nemo enim, ſi deſit teſtimonium facundiæ, poterit prædicare, quod naſcimur. ſplendorem familiæ prodit lingua, qua tribuitis. Fit præco generis magiſtri beneficium. inerudita nobilitas cæleſte munus abiurat. Aſtringite ergo arctioribus vinculis per ætatem erraticis palmitis lapſus, ſine ſobole ramos [m] adfero caſtiga, [n] nonnullum ceſpitem fotu, quo cuncta fructificare ſoles, attolle. Habet adoleſcens noſter, quodcunque de ſuis reſpexerit, quos ſequatur. Nobis crede: actus tot ſtimulis [o] peruoluat. Quodlibet ſciētiæ fuerit æquor [p] egreſſus, fodietur proſapiæ ſuæ calcaribus. Per tot ordines nihil niſi quod ad literas inuitat, inuenit. Stat ecce ante paruulus noſter felicibus initiandus auſpicijs, & ſicut iuſti hoſtia deuotionem ſacerdotis expoſtulat, paternam conuenit ore pietatem, vt qualibet oratione conſtitutam in vitæ [q] lumine commendet infantiam, quam de parentibus non ſermone exigit, ſed quid deſideret error oſtendit. Cogimur ſubuenire in neceſſitate

m. ferro caſtiga *ſic emendo.*
n. Nouellum
o. peruolat.
p. ingreſſus
q. fort. limine

paruuli quam formido manifestat. r Sponte tuis adolescentule/ digne primordijs. Spem solidam de tua profectione concipimus. Bonum ingenium doctori optimo mancipamus. sacri iam rudimenta venerare collegij. Ad latioris curiæ proficiunt sidera, quos vides scintillis modicis futurũ lumen ostendere. t Hoc ad vos dixisse sufficiat, mihi remanet stricta insinuatio. v propinquus ad te consanguineus orbum parentibus religiosus exhibui; quæ res mihi affectum pueri facit, iam tenetis. Si necessitudo respicitur, liber ab amore esse non possum. Si pietas amica proposito, nostri fiunt filij, qui parentum suorum præsidio denudantur. Vnum ergo vinculum venit, à x prosapia alienos adstringit officium. Respice, y vnde magister, tot pro isto supplices manus, & in spe paruuli maiores eius, menteque considera. genus est singulare laudis in doctoribus discipuli eruditio. z Achillis fuga Chiron innotuit; fecit sequacis meritũ opinione illius plus amari, cuius per se forte facundia in lucem non potuisset exire. Maro vester tantis institutores suos commendauit, quantis ipse notus est. Et certè illos per merita sua fama non prodidit. Hieronymus noster nisi præceptorem suum Gregorium diceret, illo melior censeretur. Sed illi applicanda sunt bona nominati, à quo sumpsisse videntur originem. In summa, vt dixi, cœlum pulsat magistri opinio perfectione discipuli. Apud scientem

r. Sponde
f. digna
t. Hæc auos
v. propinquũ
x. prosapiæ
y. Venerabilis magister. v. c.
f. venerande
z. Achillis lingua
Gregorius Nazianzenus B. Hieronymi præceptor, vt ait in Catal. Ecclesiast. script. *Magi-*

scientem rerum non objicio obliuionem, quia nota commemoro. auara sunt vota diligentium. Deum precor, vt studijs vestris gratiam suam comitem iungat. vt quos à me limandos accepisti, doctissimos reddas; & illorum eruditio vestra quidem gloria, sed meum efficiatur obsequium.

ster, inquit, meus, a quo Scripturas explicare didici.

GRATIARVM ACTIO GRAMMATICO, QVANDO PARthenius bene recitauit. V.

QVando debitas beneficijs reddimus gratias, credo quòd abiuramus iactantiam necessarijs obsequendo. Nullo enim arrogantiæ tumor honestatis velatur indumento, cum non [a] gloriæ milite, ac verbo, sed sanguine. Aliud est enim, vt lauderis dicere, aliud dicere, ne carparis. Ibi mẽs auara famæ est subiecta iactantiæ, hic seruata [b] oratione, iure in locũ glorię redigit, quod ex dictionis sudore contigerit. Iustis namque & superfluis Declamationibus, etsi pari fauor sermone, discretis tamen mentibus exhibetur. vno quidem Tyranni laudationes & bonorum principum ore celebrantur, nec est aliqua inter eius, quæ meretur, præconia diuersitas, & illius qui vsurpat. Quod nisi grauia iudicantum ingenia dicendi causas [animus] [c] expenderet, nullum daret, hæc, quæ etiam indignis contingit, acclamantum aura discrimen. Susceptarum

a fort. gloria militet, vel, inclytæ verbo

b. raũone

c expenderent

secreta dictionum ab audientibus non examinantur lingua, sed pectore. In summa, aliud est recitantem blandè & libenter audire, [&] aliud affectum, quo recites, approbare. Sed iam omissis thematis commendationibus,[d] rem petimus mediocritas vestra eloquatur. *Parthenium* quondam ad studia tua properantem, optime magister, sub oratiunculæ meæ insinuatione[e] perduxi, tunc cum liberalium disciplinarum limen intraret: [tunc] cum incertum esset, vtrum prosapiæ tutorem eruditione loqueretur. Nullo enim teste nobilitatis vtitur, cuius sanguinem non prodit instructio. Tunc ergo prædictum prosecuti sumus eloquio, quando fas non erat sermone nostro, [f] qualiter esset natus, ostendi. Quia bonorum semper meritorum labes est, [semper] habere lucem sanguinis, & nocte rusticitatis includi; prodi stemmatum vocibus, & imperitia fuscante delitescere. Aurum nihil est, nisi manu componatur artificis, & fuluo precium metallo lima fabricante iungatur. Cessante industria exigua est claritas quæ venerit à natura. Fabrilibus debet studijs quod in partu suo terra laudatur. Fornacis beneficio de latentium fœcibus venarum, quod insolidis[g] traxit speciem, ferro donatur: & effera hominum corda domitrice affectione captiuat: victum, nisi exercerentur terga mortalibus, non præberent. Artis est, quod liquidum maris elementum homo securus ingreditur, & paruo discri-

d. rem potius mediocritatis nostræ eloquatur infantia.

e. perduxit

f. qualis esset

g. transit speciem, ferro dominatur fort. domatur.

discrimine per ingenia iter mortis exuperat. Magistra agricolarum simplicitas telluris faciendum brachijs distinguit, [b] inuicta componit, & de prole arborum liquorem, quo salus nutriatur, extorquet. Multis manifestatur indicijs operantium diligentia, aut infundi quod origo non tribuit, aut quod bona tribuit, custodiri. Et, si talis est rerũ vniuersa cõditio, quanto, Doctor eruditissime, sollicitudo tua est eleuanda præconio, per cuius dexteram libertas iam iamque ruitura releuatur: per cuius peritiam aut instituuntur nouella, aut seruantur decora maiorum. Verè fateor, nisi esses, breui succumberet quidquid monstrat ingenium. Sed quid obligor maximis, qui sustinere parua non valeo? & generalem facio gratiarum relationem, qui vix pro persona sufficio? Vberes tibi coram multis, emendatissime hominum, grates refero, qui agnosci à me Parthenium institutione fecisti Tu de eius pectore scientiæ sarculo paliurum, & lolium submouisti: tu triticeam messem, qua propinquos pascat, eleuasti felici in eo euentu per familiarum dissonantiam; vnum quod sequeretur, & aliud quod fugeret demonstrando. O laudanda supra hominem tui virtus ingenij. In vna eademque [i] pera, qua arte quid vtrumq; descendebat à sanguine, quid disceret, & quid dediscceret, indicasti. Læto Deus gaudia nostra disponat euentu. Procul sit quodcunque [k] minatur aduersitas. Plus in te lau-

[b] vineta componit

[i] persona

[k] minabatur

dandum est; quia discipulus tuus scit prosapiam vitare, quam quod prosapiam certat imitari. Ecce Parthenium propinquitas sua ex vtroq; generis calle descendēs alia agnoscit feliciter, alia feliciter nō agnoscit. Quàm timui, ne præfata permistio dum ipsa diuersitate discordat, in deterioris iura melior victa cōcideret, & pro vilitate tēporum facilius l in populo pars indotata regnaret. Sed ostēdisti mihi ętatis tuę ornamētū: quia plus in consanguineo obtinui, quā poposci. m Cęlestis dotatus es vbertate beneficij, quando impensione multiplici commendantis vota vicisti. Ecce iam ex hiemali pectore & corde algido dictionum flosculi vernant, & ridentia verborum germina depingunt n calochos exhibentis: ecce post gentile murmur de ore eius quæ humanitatem significēt verba funduntur. His ergo muneribus tuis nisi reddam vicissitudinem, præstitisse te existimans non merenti. o Si quis enim ferrata lingua successus meliores susceperit, ostendit se, quod attulit prosperitas, non amare.

l. in ipso pars indocta

m. Cælestia imitatus es

n. calathos

o. Quisquis enim feriata lingua

DICTIO MISSA HONORATO EPISCOPO NOVARIENSI IN dedicatione Basilicæ Apostolorum vbi templum fuit idolorum. VI.

CRedo ego vos, fratres carissimi, tota mentis cura venerari, quod in loco hoc manentę

manente templi nomine [a] vetus perierit pro religione cultura. Quòd delubri reuerentia fugatis instituatur libaminibus, quòd sacrarium appellatur merito, postquam seniores hostias abiurauit, & in adolendi mutatione sacrificij diuinæ ædis nomen assumpserit: postremò quòd in alium statum inconcussis migrauerunt fundamenta culminibus, & cũ ad structuram parum humanus sudor adiecerit, quęcunque fuerunt innouata sunt, dum persistunt. In summa, [b] cuiuis existimandum est miraculi, vbi dum modum teneat machina adhuc non desistit ascendere, & in antiquis constituta vestigijs attollitur incremento? Requirendum sanè, quis huius operis, quis innouationis auctor extiterit: prædecessor nempe paruitatis meæ venerabilis Victor Antistes, cui futuræ annunciatrix innocentiæ diuinitas nomen imposuit. Nam quid de his, quæ suscipiuntur aduersus vitia mundana certaminibus prædicto euentus [c] accessit, cum vocabulum didiceris, gesta cognoscis. Iste per spiritalem dimicationem, vt victorem decuit, de criminibus triumphauit, & quidquid portio sinistra mortalibus [d] iungeret, de eo casum non requiras; cum nominatum intelligas fuisse, quod dictus est: cuius merita orationis campum postulant, si me ad latiora progredi aut ingenij macies pateretur aut meriti. Quædam enim actuum nobilitas est dignum inueniri laude magnorũ. Hunc mediocritas nostra in ædificationis

a. ætas

b. cuius

VICTOR Nouarien. Episc. ante HONORATVM.

c. accesserit

d. ingerit

cura,

cura, dum sequitur ad consummationem, Deo auspice, vota perduxit. Nemo existimet arrogantiæ esse, quod dixi. fas est cum eo
e. vota e nota coniungere, cui par esse nequeas actione: Quia assertio conscientiæ est meliorem in quacunque parte sectari. Nunquam tenebrosum callem sicut æstimamus incurrit,
f. si eum f qui eum, quem nouit, prætendere vitæ lumé, insequitur: luculentius tamen gestarum fidem rerum sermonis pandamus officio. Hic ante fallacibus dedicata præstigijs & turpi pecudum cruore perfusa veteres simulacra coluerunt. Hic in diuinitatis iniuria per altare infaustis cumulatum muneribus res cœlo debitas dæmonijs obtulerunt. Hic
g. Hic iunicũ Persius Sat. 2. *Tot tibi cum in flamma iunicũ omenta liquescant.* Plaut. Milite *Iunix recipiat se à pabulo.* Sic dicta à iuniore ætate vacca. g nuncium exta semiuiuis palpitantia motibus misero inquisitori futura cecinerunt; Hinc fumus sordidis aërem ipsum polluit sparsus per multa contagijs. Ad vltima, hinc mactata per lanistas hostiarum multitudo, quidquid Deus est, effugauit, dum farra, sanguis, tura, verbenæ, idolis exhibentur, dum simplicem ritum ætas CHRISTO inimica non recipit, & multifarijs censu laborante
h. mereantur oblationibus supernam h mereatur offensam. Libet ire per singula, & funestorum secreta
i. lingua claue factorum i linguæ claue referare, ni merito æstimemus oris iniuriam narrare sordentia, & quod illos actione perculit, nos loquela contaminet. Explicemus interim quibus sint ista mutata successibus, quanto prævenia nox splendore fugerit. Vbi sunt figilla numi-

num

num, vocis imaginata facientum? quorum facies in potestate pependit artificis; quibus precium aut sollicitudo peperit operantis, aut metallum. Vbi sunt Dij quibus potentiam dederunt homines fulgore gemmarum? En video omnia ista, vt credo, fugerunt: CHRISTVS ingressus est. respiciamus quibus fultus auxilijs. venerunt cum eo cælorum radij, Apostolorum diademata *Petrus & Paulus*: Qui enim in restauratione ædis essent necessarij, nisi architectus, & petra, nisi lapis & superædificans, nisi fundamentum & opifex? Quid trepidatis pericula mortalium, quid anxio fugam paratis excursu? Ille est cui nullam versutiam veltrā lapsus abscōdit: qui cū loco non moueatur, quocūque abieritis insequitur. Veni ergo pijssime Domine, & ad consecrationem operis tui plenus illabere, vice humani per baptisma pectoris purgentur hæc templa turpi hactenus dedicata patrocinio; institue Domine vertendo sacrificia, & dum puris cumulamus altaria sancta donarijs præsentiam tuæ maiestatis interesse, euocatus Sanctorum merito sacerdotum electi seorsim præsentis patris vestri Laurentij conscientia; qui tot plenus dotibus ad Ecclesiæ fastigium creuit: quod fecissent summum singula quæque pontificem, in quo vernat princeps boni operis, & mater honestatis, Verecundia, religionis sanctę nutrix Patientia, Deum semper placatura Pietas, quæ Ecclesiasticis membris non sermone

k. votis imaginata

l. cuius fultus

m. nullus

Laurentius Episc. Mediolan.

vitæ

vitæ instituta tribuet, sed exemplis; qui omnem callem, quo ad Deum itur, dum præuius incedit, ostendit, adiuuante se Domino nostro CHRISTO, cum Patre regnante in sæcula sæculorum, Amen.

DICTIO QVÆ DICTA EST QVANDO EVSEBII FILIVS traditus est ad studia. VII.

a. de adtritu

b. senectus infantiam

c. Olympicis certaminibus

d. ingenij

e. nec ventos

LIcet, sicut nouitas [atria] ita habeant intermissa formidinē, & hoc sic cùm [a] de atrio fauoris publici frons refugit, quod fuit antequam disceret, dum ad eluctatam reducitur vsu dicendi pereunte [b] secutus infantiam, exercitus [c] Olympiaci certaminis, de palma confidit eculeus, & si non ocio debilitetur, in suo iure credit esse victoriam: semper ei coronam blandimētis efficacibus spes promittit, nisi velocitati præmium desidiæ languor excutiat. Artifex iaculādi de triumphis securus optat incerta, & cui occurrit semper in acie gloria, longa pace superatur: Poëtarum hederas nobilioribus corymbis, & viridāti specie nutrix, [d] in genu comit assiduitas: cessante frequentia, probatione mutescunt ora causidici: educatus in puppibus æquor liquidū sine terrore nauta perlustrat: qui si ad terrena vitam ducat officia, nec itinera astris, [e] nec euentus deprehendit auspicijs. Agricola si aliquando vomerem illectus vrbanitate contemnat, in deuiū bobus, dum

f scribit

f scribit terga, rapietur: ergo sicut artium in suo g quoq; opere inuenitur mater instantia; ita nouerca eruditionis est negligentia. Talis est nostræ, quam post temporum interualla producimus, conditio dictionis; non notum schema deferens, non pompam, quam ætate mercari debuisset, ostendit, totam fiduciam de auditorum benignitate concipiens, sufficere credit veniam pro fauore satis esse, pia vota pro merito. Absiste procul debilis timor, insinuandum orbitatis miseratio oratione religiosum commendat officium: quid faciat sermo peritiæ splendore dotatus, vbi causa etiã sine insinuatricis linguę placet officio? * Rex impetrauit gratiam, sufficit vt [iam] verba mereantur affectum, vtraq; secundis ad audientiã veltrã ominibus conuenerunt. Dicã sanè quod restat, quia tantum h defraudo laudibus meis, quantũ remanserit in præsenti causa silentijs. Huic Eusebius nobilissimus genitor, par moribus quàm natura, dum extremis pressus, humanitatis sortẽ profuturo in longum i velit superare consilio, dum vitalis animæ vigore terreni carceris angusta calcaret, ac se spiritalibus habitaculis, cùm à Deo vocaretur, k refunditur, nihilq; in mentem eius esset de homine residuũ, nisi immaculata filij diligentia, nisi illud, quod nec inter cælestia vlla delet obliuio; hunc l nisi quasi bene conscius fouendũ, prout vires tribuunt, dereliquit. Cõfusa sunt supremis deponentis verba suspirijs: videro

f. sic in Panegyr. — *incurui dente ligonis Scribit agros* — g. quæque

* Res v. c.

h. defraudabo

i. vellet

k. refunderet

l. mihi

quid

quid alijs reliquerit, mihi sub Dei obtestatione dimisit hæredem, cui saporem vitæ labris primoribus contingenti gustum deprecor vbertatis infundi, vt prouocatus disciplinarum melle & fauis scientię, de domibus cereis ipse sibi liquentis elementi nectar assumat. Habet doctor venerabilis [vnde] laus tua per hunc ad cumulum perducta, quod capiat ex talium profectu, meritorum tuorum plenitudo non refutet augmenta; quia discipuli elegantia assertio est sine labe doctoris; eius maxime, cuius prosapiã splendidã tẽpus poltulat scientiæ tuę radijs adornare, vt decus originis in diem sereniſſimũ procedat, quando oris in ipso iubar effulserit.

DICTIO DATA STEPHANO VICARIO DICENDA MAXIMO EPISCOPO. VIII.

PRodit religiosæ votum conscientiæ, mens laudibus deuota Pontificum. Assertio ingenij est Deo obsequentibus mancipare quod loquimur: in quorum præconijs fortè angustus sermo fulget, imperitiam manifestat; tamen si abstineatur, infantiam. Quis mendicam narrationem existimet, quam vota locupletant sæpe in facundiæ dotibus pauper inuenitur vena prædicantis; & è diuerso thesaurus cordis irradiat in egestate verborum. Qui vice Dei iudicat, non desiderat picta colloquia, sed quæ infucatus commendat nitor ingenij. Quia in

his

his etiam sine amore blanditur eloquentia, in illis splendorem suum veritas nuda commendat. Sine phaleris est omne quod dictat affectio. Ad vnguem fabricantur illa, quæ volumus non tam speciem recti habere, quàm similitudinem. Ad te, venerande mihi Antistes, Maxime, sermo est, cui in meritorum testimonio virtus cœpit à vocabulo; in quo actus eloquitur, qui nomen appellat. prouida parentum tuorum diligentia prius te eligi voluit quàm probari. Te olim sæcularibus inhærentem titulis, castrensis sudor excoluit, & ad Ecclesiæ gubernacula pars aduersa solidauit: sicut Deus loquitur per Prophetam, *Qui in modico fidelis, & in magno fidelis est.* Te sacrarum iudex, & consilij comitem meruit, & laboris. Bene venerandis initiandus altaribus, & in laica conuersatione quod sacrum esset, elegisti. Tu pudicitiæ in illa ætate custos inuentus es, in qua & lex obsequitur desiderijs. Satis enim est pueritiæ ambitum, quem licentia fulcit, horreri. CHRISTVS milites suos, quos in personam ducis attollat, inter acies quærit hostiles. Ascitus Ecclesiæ Pōtificem actibus implesti, Ante tempora dignitatis non fuit aduena benignitas, quæ natura innixa radicibus de cano flore germen ostendit. Temporale est omne quod fingitur; perpetuum quod cum ætate matureſcit. Non tibi sacerdotium rem doni credimus euenisse, sed præmij. Alius vulgi aura, gratia lenocinante, commenda-

Luc. 16. 10. *Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est.*

tur; tibi rigida circa culpabiles districtio dedit affectum. Manet te singularis sapientia, quæ licet generaliter optanda est. tamen exiſtit in magiſtro neceſſaria. Fruſtra monitoris perſonam ſuſcipit, qui in pactis non prævalet æſtimare pondus officij. Viliſſimis comparandus eſt, niſi præcellat ſcientia, qui eſt honore præſtantior. Dedit tibi apicem res iudicij non fauoris. Dignus Pontifice amor eſt, quem cenſura conciliat: deuenuſtat
a. inſtitutoris a inſtitutionis genium, qui per ſolam gratiam vult placere. Tu his eruditus & formatus cœli beneficijs, plus agendo, b populum
b. plebem inſtitues, quàm loquendo. Illa monita diſcipulorum conſcientiam eruderant, quæ præbentur exemplo. Sine pudore inuitat ad innocentiam, qui illam non fuerat ipſe ſectatus. Te inter ſecreta penetralium quaſi teſtem metuunt, qui peccare diſponunt. naſcentibus culpis metus & reuerentia tua negat effectum. Qui inter exordium occurrit vitijs, & occaſionem lapſus adimit. & concupiſcentiæ purgat auctorem. Hæc Beatitudini tuæ quaſi ſtrictim pro linguæ meæ commendatione dedicaui. Si precibus tuis vitæ ſucceſſus arriſerit, geſtorum tuorum plena me relatione conſecrabo, vt quæ vniuerſis nota ſunt, manſuris in poſterum literis, quatenus gaudeat ætas ſecutura, ſeruentur.

DICTIO IN DEDICATIONE MISSA MAXIMO EPISCOPO. IX.

NVnquam pauper vena timeatur ingenij, vbi diues est causa dicendi? Transit hominem quoties cæleſtibus militat mẽs noſtra culturis, nec in anguſtum redigetur narrationis exilitas, ſi opifici ſuo obſequium referat narraturus. Poteſt enim linguam facundiæ dotibus ornare qui contulit, & dare verbis genium, quem fatemur dediſſe ſermonem. Nam prophetici dudum aciem iubet eloquij, dum ad perfectam magiſtri eloquentiam, & fortiſſimi monitoris tubam imbecilla morſi erigeretur infantia. Qui nullis gradibus dum peritiam meditatur efloruit, nec per ætates alicuius ſcientiæ ad meſſem perfectionis aſcendit. Qui diu militem infabricato portauit ingenio, officium ducis iuſſus arripere, quia verecundè renuit, conſtanter implebit. Sic nos dedicationis feſta celebrantes, inter ſpiritalis lætitiæ bona præſtolemur gratiam, dum paremus. Abſit formido debilis, remoueatur fiducia inaniter concepta per ſtudium. Nos de humanæ perfectionis ſchemate, nec præſumimus aliquid, nec timemus. Deinde quis in beati *Ioannis* Prophetæ, & Apoſtoli, cuius templum hoc ſanctificauit ingreſſus, vel muta dubitet ora laxari? Cuius ſenior gratia quam natura, dum ante lucis ingreſſum pij

Ioannes Baptiſta, & Euangeliſta

Vatis impleſſet officium, limen vitæ huius virtute ſignauit. Nam vno eodemque tempore, & matrem fœcunditate nobilem fecit, & inofficioſa genitoris labia in loquelam priſtinam vſu remeante commouit. Nemo *Ioannem* nominans poſt exempli præcedentis miracula, priſtinam linguæ habiturum ſe ſuſpicetur imperitiam, poſt ſacroſanctiſſimum Zachariam, cuius faucibus * elimata per iſtud vocabulum remeauit humanitas ab vniuerſis. Iure creditur *Ioannes Apoſtolus* clauis eſſe verborum. In huius comitatu Antoninus, vetuſti heros ſæculi, & beatiſſimi Caſſiani iuncta claritudo, faciunt de æde ſacramentum; de terrena habitatione cæleſte collegium; de manufactis, quod nulla poſſit ſenectute violari. *Occaſum* enim Deo oblata non ſentiunt, nec ad vetuſtatem tremulam pietate fulta mittuntur. ſtat ſoliditas machinæ, quam Chriſtus ingreditur, & originariæ oblita fragilitatis adipiſcitur de poſſeſſore virtutem. Tecta vilia de conſecrantis nobilitate decorantur, dum rei caducæ precium tribuitur habere de Domino. Tu autem, frater ſanctiſſime, huius oblator ædificij, de mercedis retributione gratulare. Neſcit ſpes titubare, cui bonæ fructus promittitur actionis. ab exercitio deſcendit retributionum fiducia: nec vllo nutat incerto, qui laudanda meditatur.

* eliminata

DICTIO

DICTIO DATA ARATORI QVANDO AD LAVDEM prouectus est. x.

OMnibus rebus, quæ æstimantur dignæ præconijs, exhibenda est pro dicendi facultate laudatio. ab eloquentiæ dote radiantibus reddenda sunt literis quæ debentur. Quia sicut gratuitum munus, & opes & animum indicat largitoris, ita accepta denegari auaritiam & impudentiam referat supprimentis. Tribuimus literarum numini, quod de ipsarum fluxit altaribus. quantisuis enim materia ista copijs prædicationis honoretur, qualibet effluat vbertate dictorum, de possessionis suæ frugibus pasta satiatur. quia dum inter directa, quæ disposuit propria oculos amœnitate captiuat, habet quidem ipsa iucunditatem de graminibus suis; sed maiora capiunt messes ingeniorum incrementa per dominam. Itaque qui fœnus literis soluerit, plus diteſcit, dum per secretiores meatus, quasi per magnos alueos, quæ ad illas directa sunt fluenta, reducuntur. Nec quod per guttas emiseris, non aliter quam si relabentis Ionij ius habeas, possidebis. Quis peritiæ depositum neget, nisi qui desiderat mendicus effici, dum reseruat? istius rei fructus (quod mirum dictu est) in abundantiam refusus exæstuat, dum ieiunus faciat incubãtes. Ergo post opem cælestem, post superni

Litterarũ laus.

fauoris auxilium, miniſtra quibus vtaris ars veneranda, præconijs, & inuentionis tuæ bono de his quæ à te fuerint directa gratulare; à te orta in vſu laudis ãplectere. Nos nihil manet in hac parte, quod dignũ ſit vltione vel præmio fideli oris noſtri famulatu. ſi parum in eleuatione meritorum tuorum ſuggerimus, hoc dediſtis. nos horum omniũ fiſtulæ ſumus, nec quidquam de copijs commiſſi liquoris ebibimus. Tu vt per nos meritis tuis ſatisfacias, quaſi Ægæum pelagus vt Pegaſeus gurges illabere. Ante oculos veſtros ſunt morum noſtrorum, ſi bene exempla retinetis; ſaluæ ſunt quaſcunque de cenſu veſtro ad vſuram gemmas admouemus. Ecce verticem meum coruſcans, luce veſtra diadema nobilitat, & pretioſorum lapidum fulgore variato creſcit ex genio, dum competenter oſtenditur. A vobis radicem ſumunt inſtituta ſapientiæ, per vos informata proferuntur. Nullus ſine vobis pectori ſapor eſt, nec libertas eloquio. vos ingenui teſtimonium ſanguinis: vos materia pudoris. Per vos quod bene cor dictauerit, lingua proloquitur, ad inueſtigandam iter iuſtitiam vos præbetis, dum oppreſſum dumetis callem, quo expetuntur ſuperna purgaſtis. vos triticeam de lolijs ſegetem, vos fœcundas de ſterilitate ingeniorum glebas efficitis, & grauidas ariſtas ad ſcientiæ horrea, ne fames infantiæ poſſit præualere, portatis. Mundæ nitorem familiæ ſeruando obſce-

nam

nam prosapiam, peregrina luce perfundetis. Deo proxima res est vestro infusa beneficio, dum percussus elucubrationis traditæ, ne optimi degenerent; & vt mali degenerent salua litterarum veritate præstatur. Per vos de innocentum actibus quæ ad institutionem sequentium pertinebant, gesta non pereunt; vestris in medium catenis transacta reducuntur, & sepulta reuiuiscunt. Vos instrumenta memoriæ, vos causa pietatis, vestris vomeribus humani pectoris tellus ad fœcunditatem præparata describitur. Vos religionis auctores, vos hostes criminum. vobis ducibus quæ per vsum subripiunt dediscuntur scelera, per quas bona discuntur. aut ad directum homines augetis propositum, aut mutatis obliquum. vestro exules ornantur indicio, & à mundi culminibus seiunctus. Vos cælo sociatis malas conscientias, aut intrare contemnitis, aut in sacrarium ingressæ dedicatis. Facessat à literis vel mutare quod dignum est, vel non mutare quod noxium vestris vulneribus nulla per chalybem vestitus subducit institutio. ad penetralia illorum, & quos ferrum texerit, peruenitis. vestris vmbonibus directa ab aduersarijs tela repelluntur, nec spiculis peritiæ vestræ vlla clypeorum crates opponitur. vos in adflictione constitutos erigitis: vos postos in corporum cruce mulcetis. sic gaudijs augmẽta tribuentes, vt modũ hilaritas, & producta custodiat. si à vobis

veniant blandimenta, dulcescunt. Non licet contra imperium vestrum vel defunctum flere quem diligas. vos nuptijs, vos aptæ funeribus. scientiæ istius studium diuersissima in concordiam tenet, & vtramque partem amplexa gratulatur. Vtinam vos longioribus coli liceret affatibus, & non vestris legibus deberetur breuitas, à quibus copia votiua superetur. per literarum species in longum itura vox tutò committitur, & sine imminutione sui relegente solidatur. Ante vos ignara ordinis vixit humanitas, & ructantia glandem pectora sine modis verba vomuerunt. vos inter vnius naturæ homines distantiam facitis, dum cælestibus notitia vestri, pecudibus similes reddidit ignoratio. In propatulo est qualis ante hanc frugem fuerit mortalium deserta prosapies. Cum illis enim, quibus nobiscum par aduentus in luce est, per discretionem vestram non est conditio vna sapiendi. Valete, ornamenta melioris sæculi, & mundum, quem eruderastis concessæ à Deo, in temporum remedio possidete.

DICTIO INCIPIENTIS EPISCOPI. XI.

PAr quidem discipulis incipiens magister est, & inter exordia doctor nulla est ab auditoribus forte sublimior; expertis honor debetur ingenijs. vix mediocrem cultum

exigunt

exigunt non probati. Illa sunt vera præconia quæ longus sudor elicuit. blandimentum est non iudicium, quoties laborem gloria ingesta præcesserit. inter maculas numerat quoscunque triumphos ante discussionem campi miles adquirit. Qui properatis subeunt Olympiaca bella vestigijs, nunquid eis ante consummationem certaminis suppetit spes coronæ? dicente Apostolo; *Non coronatur, nisi qui legitime certauerit*? Ecce nec illos decet ante meritum prædicatio, à quibus iustè poscitur post laborem. Nostra è diuerso prolixo distat calle conditio, quibus tantum decerpitur de fruge innocentiæ, quantum accesserit de labore. Nam sicut positi in tirocinijs æstimamus plenum necessitatis & periculi, interest in quo & sectãda est vita laudabilis, & sit probris vberrima, si desideret ab humanitate laudari. Actio nostra si de bonis suis fuerit elata, sordescit, protestantibus diuinis eloquijs: *Qui vos laudant, seducunt vos, & subuertunt semitas pedum vestrorum*. Splendorem Pontificis res non lingua testetur. plus ducit claritas huius officij veritatis indicio, quam loquelæ. Ecce cernitis quam tuta sit causa subiecti, & quantis discriminibus sociata præpositi. munia mea plus poteritis fulcire gemitibus, quàm clamore. Nemo quod auribus lenocinatur credat eximium. Sermo noster, nisi animæ medetur, abiectus est. Illum preferte, qui spiritali falce sentibus purgat interna. Tunc preciosum pastoris

2. Timoth. 2. 5

Esa. 3. 12. sed aliter, Vide Hieron. epist. ad Celantiam

veniant blandimenta, dulcescunt. Non licet contra imperium vestrum vel defunctum flere quem diligas. vos nuptijs, vos aptæ funeribus. scientiæ istius studium diuersissima in concordiam tenet, & vtramque partem amplexa gratulatur. Vtinam vos longioribus coli liceret affatibus, & non vestris legibus deberetur breuitas, à quibus copia votiua superetur. per literarum species in longum itura vox tutò committitur, & sine imminutione sui relegente solidatur. Ante vos ignara ordinis vixit humanitas, & ructantia glandem pectora sine modis verba vomuerunt. vos inter vnius naturæ homines distantiam facitis, dum cælestibus notitia vestri, pecudibus similes reddidit ignoratio. In propatulo est qualis ante hanc frugem fuerit mortalium deserta prosapies. Cum illis enim, quibus nobiscum par aduentus in luce est, per discretionem vestram non est conditio vna sapiendi. Valete, ornamenta melioris sæculi, & mundum, quem eruderastis concessæ à Deo, in temporum remedio possidete.

DICTIO INCIPIENTIS EPISCOPI. XI.

PAr quidem discipulis incipiens magister est, & inter exordia doctor nulla est ab auditoribus forte sublimior: expertis honor debetur ingenijs. vix mediocrem cultum

exigunt

exigunt non probati. Illa sunt vera præconia quæ longus sudor elicuit. blandimentum est non iudicium, quoties laborem gloria ingesta præcesserit. inter maculas numerat quoscunque triumphos ante discussionem campi miles adquirit. Qui properatis subeunt Olympiaca bella vestigijs, nunquid eis ante consummationem certaminis suppetit spes coronæ? dicente Apostolo; *Non coronatur, nisi qui legitime certauerit?* Ecce nec illos decet ante meritum prædicatio, à quibus iustè poscitur post laborem. Nostra è diuerso prolixo distat calle conditio, quibus tantum decerpitur de fruge innocentiæ, quantum accesserit de labore. Nam sicut positi in tirocinijs æstimamus plenum necessitatis & periculi, interest in quo & sectãda est vita laudabilis, & fit probris vberrima, si desideret ab humanitate laudari. Actio nostra si de bonis suis fuerit elata, sordescit, protestantibus diuinis eloquijs: *Qui vos laudant, seducunt vos, & subuertunt semitas pedum vestrorum.* Splendorem Pontificis res non lingua testetur. plus ducit claritas huius officij veritatis indicio, quam loquelæ. Ecce cernitis quam tuta sit causa subiecti, & quantis discriminibus sociata præpositi. munia mea plus poteritis fulcire gemitibus, quàm clamore. Nemo quod auribus lenocinatur credat eximium. Sermo noster, nisi animæ medetur, abiectus est. Illum preferte, qui spiritali falce sentibus purgat interna. Tunc precioſum pastoris

2. Timoth. 2. 5

Esa. 3. 12. sed aliter, Vide Hieron. epist. ad Celantiam

diadema est, quando suasioni eius grex Ecclesiasticus, dum ad probitatem graditur, non repugnat. Ille sine fuco monitorem & seriato ore diligit, qui eius instituta sectatur. Additur quod * in peritia nostra iustam sustinet de ipsa nouitate formidinem. qui nuper de ouilibus custodiam præparat. assuescimus de vniuersorum fieri necessitate suspecti, & cui vix fuit pro se fida auditio, suscipit officium cuncta metuentis. Scimus quantum erit humilior famulantibus, qui ad religiosum vocatur imperium. Necesse est vt etiam extremæ conditionis personis obtemperet, cui imminet sic iubere. Ait enim doctor Gentium; *omnibus omnia factus sum, vt omnes adquirerem*. Modo diuinitatis operatio adsit muneri suo, & quem dignum apice tanto non inuenit, efficiat.

* fort. impetuia

1. Cor. 9. 22.

PRECATIO MISSARVM XII.

DIgnum & iustum est, vere dignum est, vt inter exordia dignitatis tibi principiorum Domino supplicemus, qui mundi ipsius in nouam lucem prodeuntis infantiam, quanto bonorum tuorum secreto orditus es, tanta potentiæ virtute solidasti. Stabat in admiratione sui tenera orbis inchoatio, & pæne decoris proprij concussa stupore titubabat; ante agnitionem ordinis solam sortita de auctore substantiam requirens, quo esset rotanda lux attributa moderamine.

ramine. Quale finem diei tempus exciperet, si per assiduos semper renascereturoccasus, si nox mundum fuscis ambitura complexibus, quasi rem originariam perenniter non teneret. In hoc ambiguo, vt certis famularentur per longum confusa temporibus, Dei nostri extitit lex, voluntas. omnis dispensatio statutis præfixa limitibus tantum potuit, quantum præstitit qui creauit. Sic nox, pie opifex, inter sacerdotalis tituli auspicia sole conuersationis irradia per sudum: de meritis nostris fulgeat dies officij. Nulla subreptione, nullis diaboli blandimentis pereat, quod vocamur. Non liceat admisisse quod non decet recti studium: te imperante transeat in naturam. adsit munijs nostris æqualis operatio composita seruitute. Beatum crescat imperium: nec subiaceat moribus, qui præminet dignitate; per Dominum nostrum Iesum Christum.

ORATIO ANTE MISSAM.

COllator bonorum Deus, cui effectus in voto est, qui de medio populi Moysi in Prophetæ persona dedicasti. Nam dum queritur de imbecillitate, te auctore conualuit. Sumpsit meritum Pontificis, dum iustus sui arbiter se vociferatur nil mereri, cui apicem actione in sublimem conciliauit humilitas. da parem nostris exordijs gratiam, quia propensiorem deberi actibus Exod. 4.

decla-

declaramus offensam. Non sunt inusitata quæ poscimus. Benignitas tua testimonio tenetur exempli. Eo circa nobis eris bonorum largitione clementior, quo substantia nostra facta est de peccati fasce procliuior. Da, bone Imperator, dignam tua electione virtutem. Quia sub pio principe nulla militem decolorat abiectio: per Dominum nostrum Iesum Christum.

DICTIO DE SEVERO ET PATERIO. XIII.

SI nauta secundis flatibus feliciter humidi a. transit directum a traxit itineris; si bellatorem ducit successus melior ad triumphum, si per Rhetoricos campos literarum miles iudicis fit fauore sublimior: nostrum est hodierno die momentis paribus gaudere de themate. Quid b nostrum est cũ ingenij mei c publicata & degeneri paupertate. Ecce de susceptę dictionis messe diteſcimus iucũda sorte, quãdo relatorẽ meritũ relationis amplificat, & actorẽ causa commendat. Vbi est pauor, qui nos sibi propter imperitiæ conscientiã subiugabat? vbi frontis trepidatio, vsu & exercitatione fragilior? obliuiscimur meriti nostri, dum d claritate loquimur alieni: nũc discimus potẽtes & alios esse vos facere, quando tantum & fama nobilis dat præconi. nihil mihi cum dubijs; splendor laudantes illuminat, & immersos tenebris, si eius meminerunt, Sol recludit. sed rursus hilaritas iungitur cum pauore,

b. mihi est
c. pullicata
f. pullata
d. claritatem

uore, & fit ſocia exultationis trepidatio; quando impar[&]modicis ſufficit in ſupremis. Nam qui claritudinem non ſtyli luce commendat, obnubilat: & ſicut ingenio facundorum creſcunt modica, ita ſiccitate deuenuſtantur ampliſſima:& niſi æſtimatis viribus aggrediaris ſarcinam ſubiacebis, ecce Paterius & Seuerus ornamenta curulium, & parentiua vocabula purpurarum eruditionem originariam in ipſis vitæ præſtolantur exordijs,dedignantes[e] non ſtudijs eorum diligentiam cum ſapore haurire lucis, quos in diſcretis temporibus[f] Dei natura donauit,& litteris pro quibus quid parentum decora, quid inſignia vetuſta nouus mentibus relator inſinuem. leuabor hoc[g] onere ſi Faſtos pro me auditor interroges.mecum centuriæ, mecum campi ſolemnis illa vociferatio:mecum Seuerum & Paterium & aula veneratur & curia; quorum quamuis familia[h] meruit ſcipiones & trabeas, ſepoſita tamen ad tempus dote ſanguinis, quod occaſum per[i] digitos & poſt ſepulcra neſciunt, moribus exegerunt. mentior,niſi viuit Paterius in opinione doctorum, & perenni ere formatus illam eloquentiæ palmis nobilem inter peritos præſentat effigiem,morum proſapies adhuc quidem parua, iam maxima gemmata pubeſcentis floſculi ora prę ferens, vocis prę ſidium,quod exhibebit, implorat. hoc taciti poſcens allegatione colloquij:iuuate paruulos,quos habebitis patriæ mox parentes,impendite

e. non ſtudiorum dilig.
f. die natura
g. honore
h. meruerit
i. per dignitates

k. & pugnate pendite præsidia defensoribus, & impugnate pro teneris, ne maturiores æuo succumbamus pro vniuersitate bellantes. scitis quæ domus pro generali calamitate desudet, cui debeatur pro communi securitate litatio: à qua fluxerit, quod inter aduersa inter vos ciuilitas non vacillet. debet vobis origo nostra hanc tributariam functionem, vt semper nutriat patriæ suæ sine intermissione custodes. Ergo si nota vobis sunt bona germinis nostri, inserenda suggerite, vt quod nitet in semine cultura melioret. l habeat cespes radici obsecundans poma quę tribuat, m non sunt fugitiua quæ poscimus. Si Eleis & Olympiacis conflictibus nutritur eculeus, de parentibus æstimatus, nos adhuc profi- n. muniamur cientiũ creatorum. n numeramur exemplis. vobis tamen præbuerunt obsequij res secundæ, quando propugnatorum vestrorum & adolescit posteritas, & adhuc patris auiq́ue tutela non deficit. Ergo his studijs incitatum, Doctor venerabilis, suscipe vniuersorum voces afferentem, & genitalis soli allegationibus benignam præbe conscientiam. respice de te iudicia nostra, & eleuatus consideratione meriti, parente multorũ forma, o. parem te p. scientiæ laborata, q. munio n sententia elaborata, vt munitio nostra te instruente solidetur, & ne inimica arietum vincat impugnatio. Tu muris patriæ studiorum arma coniunge. Scimus quorum tibi soboles committatur; proinde vt quod natura validum [vt] peperit, conforter industria.

l. habeatis paratiſi

m. non sunt peregrina, nõ fugitiua.

dustria ducis erit non originis, si de viri fortis stirpe editus habeat inter bella formidinem. Sufficit te sic institutionis tuę studore crescere, vt præstantes pueros, forma [principum] veterum facias obtinere. Sed dicas, fortitan licet te professio sanctior vrgeat, me in istis non habet cura. postremum, ego sum cui paternum filium mater & virgo sacri fontis, saluus effudit. ego in animę eius secũda natiuitate aut recreatione sum genitor. Ergo peculiaris eruditionis [eius] me prouisio respicit, cuius pater & inter cælestia sum vocatus.

r. formam veterum facias

f. saluus

REGIS LAVDATIO. IN CHRISTI SIGNO. XIIII.

NATVRA rerum est, vt etiã idoneus ore vel pectore possit de præsumptione culpari, quia omnis verborum cõmoditas humilitatis terminos egressa calcatur; & sicut habenda sunt, quæ exiguntur in pretio, ita ingesta vilescunt, importunitas cum facundos opinionis nobilitate dispoliet; dedecore vestit indoctos. Sed hac me ratiocinatione sustento; quia est quidem audax, sed amabile præuium præstitisse sermonẽ, & sicut vicinũ temeritatis, ita proximum diligentiæ ad caritatem pertinens iter aperire. Inter Ecclesiarũ homines, nũquid reatus est, si pari amore contenderint dispares dignitate? aut excedũt modici honoris angustiã qui desiderãt suffragio gratię summatibus cõparari? nõ habet

superbi

ſuperbi conſcientiam, qui ſe tantum in affectionis munijs non metitur. præſumo dicere directus ſubditorum error eſt, qui in hac re præcedentes anteuenit. Ecce ſic partes meas quaſi voluntariæ allocutionis fuſcatas nube purgaui: ſed dico, quod ad defenſionem ſpectat vberrimam, filius veſter dominus Rhodamus exegit à me in vſum ſtyli præſentis erumpere: fateor tamen in ſtudio meo fuiſſe, quod iuſſit, quia qui * volentem coëgerit non laborat. Deo gratias, principe loco & tota epiſtolæ concinnatione referamus.

* voluntatem

Quia in ſocietatem capitis ſui aliquando Romana membra coierũt, iuſtum erat, vt & Beatus Petrus Apoſtolus ſedi ſuæ Eccleſias, & Senatui liberiori per Dominũ partes debitas reformaret dignus regnator; dignus in quorum ætate votorum ſumma contigerit. Nam etſi itura ad poſteros felicitas perſeueret, litandum illis eſt laudatione præcipua; à quibus ſumpſit exordium. Deo efficaciter ſupplicaſtis, vt illius vos virtus erueret, cuius poteſt ſeruare clementia: didiciſtis eius euentus proſperos, quem videtis, dum mandat ſecutam bella victoriam. parum ſupereſt, vt manſuetudinem mentis illius ita profundam a retineatis, quaſi ſit ignara procinctuũ. Deo tribuente nec pax eius turbari dubijs poteſt, nec fortitudo qualibet b obiectione confringi. nihil apud illum tutius ſupplicante. ſolus euaſit præliares acies: qui rogauit vicit armorum impetus; qui obtulit, deuotus obſe-

a. teneatis

b. obiectatione

obsequitur. Quod vix veteres Principes c sub sudore potiti sunt, hoc semper Regis nostri breuis procurauit epistola. per excursus dirigitur felix exercitus ad triumphum, qui credat militem eius in labore & perfectione habere quidem superantis gloriam, sed continentiâ subiugati consummatis congressionibus de iræ hæreditate nil remanet. Vno tempore quos pernicioſos aduersarij viderint, blandos sentiunt tributa pendentes. & hæc quidem cælesti præparantur pro hac repensione suffragio: Quia fides nostra apud eum. aliud ipse sectetur, in portu est mirabilis patientia, d quam tenax propositi sui claritatem non obumbrat alieni. Nam & Ecclesiarum nostrarum patrimonia relabi, nisi aucta fuerint ingemiscat. Sic factum est, vt & statum suum locupletis pauperum substantiæ teneant, & mediocris ad supremam opulentiam conualescant. in sacerdotibus virtutes & innatas colit, & non repertas inspirat. Sed cur beatitudinem vestram præiudicio diffusi sermonis anticipem? continuo experientia vestra & spiritalis illa perspectio ieiunum me fuisse in filij vestri laudibus accusabit: & cum soleant amplificari facta colloquijs, sterilem me relatorem de virtutum eius messe causabitur. iam sęculares apices curules & trabeas, Patricias etiam dignitates qualiter aut naturæ reddat, aut moribus domestici perlatoris adstipulatione vulgetur. Nam & veteres in antiqua ge-

c. præsentiæ suæ sudore

d. quando

neris luce durare facit, & nouos splendore inopinati fulgoris irradiat. facilius Respublica eius bono dispensationis effluens in priuatam migrat opulentiam, quam famulantium census in palatina lucra commutetur. Nunc quod superest meæ seruitijs salutationis acceptis, oratione e. prospicite, perspicite, vt CHRISTVS Redemptor noster, quæ in præfato clementissimo Rege seruientibus sibi contulit, longa ætate conseruet. det etiam Regni de eius germine successorem, ne bona tanti hominis in vna ætate veterescant, & antiquata temporibus pro sola aurei sæculi commemoratione nominentur.

CONCIO DE HÆRESIBVS CONSTANTINOPOLI TVM EXORTIS.

In Christi nomine. XV.

PRo ratione soluendum est, quod pro ratione tacuimus. Nam vt pateat, & linguæ nostræ officia & silentium ordinatis seruisse temporibus, fide hortante, in officium sermonis erumpimus. Idem enim est superuacuè loqui, quod necessarie non locutum. Dicente enim Apostolo: *Væ mihi est si non euangelizauero.* 1. Cor 9. 16. Et alibi: *Tempus tacēdi* Eccles. 3. 7. nos præcipue quòd Prælati sumus ceteris, hortatur, pondus obsequij decet aut bona facientes eleuare, aut mala comprimere. Equidem vos docere non aliud est quam stimulos admouisse calcaribus. Nam quod ex proposito facitis,

facitis, superbi sumus si nostris debendum credimus institutis; sed qui bona studia probat, amplificat. Stat apud conscientias vestras, quanta *Nestorius & Eutyches*, gemina diabolicæ informationis ostenta, diu castam Ecclesiarum Orientalium disciplinam perfidiæ fornicatione corruperint, qui iuxta sententiam Apostoli, *dilectionem veritatis non receperunt, vt salui fierent*, & ideo misit illis Deus operationem erroris, vt crederent mēdacio, dum per surripientem scandali occasionem CHRISTI milites ille contentionum campus examinat; sicut scriptum est: *Oportet esse * certamina, vt probati manifesti fiant.* Apud quem Chalcedonensis non viuit commemoratio veneranda Concilij? in quo Dioscorus cum sectatoribus suis stylo piæ directionis addictus est, & sanctę memorię Flauiani adoranda monumenta exultans Constantinopolitana ciuitas recepit; cuius iam pridē firmauerant cęlestia decreta sententiā. Vbi gentium *Timotheus* ignoratur? qui propter suscipiendæ recordationis Protheri cędem fieri plus quam patricida non horruit. Nam sacri persecutione Pontificis, & genera criminū vicit & nomina. Scitur *Petrus & Cyrus*, & *Timotheus*, qui dū iacenti manū Dioscoro porrigunt, corruerunt. hi de præcessore suo, & studiorum hæreditatem adepti sunt & ruinæ. Proinde, fratres. manentem in supernis Patrū, & adhęrentē Beato Petro tenente sententiā quia nos mūdę Ecclesię, &

Nestorius & Eutyches; hæretici.

2. Thess 2. 10.

* vulgata *hæreses* habet 1. Cor. 11. 19.

Timotheus.

Petrus & Cyrus.

non habentis maculam optamus vnitatem, patienter sufferre non possumus vana in CHRISTVM nostrum, & blasphema ructantes. Scimus quia qui in putribus membris non vtitur ferri medicina, serpentibus morbis præstat obsequia. Nam nisi secentur tabefacta contaminant: pacifica est cum his qui rectum nituntur impugnare congressio. Quis à bellis talibus timoris [non] reuocetur obstaculo? de quibus vitali posset morte gaudere, quibus mundi huius, a. potentatibus vel si minantur acquiescendum credimus; quando aliud imperat qui regna moderatur, dicente Apostolo: *Non sunt condignæ passiones huius mũdi ad superuenturam gloriã, quæ reuelabitur in nobis.* Fluxa Ecclesiasticorum corda, aut b. tribuant, quæ in præsenti vita sunt, aut delectant; quibus *Acacius*, qui diro diaboli à sententia sua motus imperio, erubuit diu propugnatorem se fuisse veritatis, & clari deferens ornamenta certaminis, triumphum suum, quem sub c. Basilico pio sudore meruerat, debellauit; qui solis præmijs suis pæne tempore adeptionis inuidet, spem bonorum fructuum perfidiæ falce succidens. Grauius enim est degustata bona quam intacta calcasse. Nihil defensionis superest homini, post dulcem iustitiæ saporem, ad mortifera schismatum venena redeunti. De his quæ præfati sumus natum est, quod in Constantinopolitana nuper Ecclesia fertur admissum; vnde patimur sine vocis vsura tristitiam.

a. potestatibus

Rom. 8. 18.

b. turbant

Acacius. Vide Baronij Card. Tomũ VI.

c. Basilisco

tiam. Qui enim oblatis remedijs non obediunt, merito nihil consolationis tempore, quo premuntur, habuerunt.

ENNODII DECLAMATIONES.

Verba Iunonis cum Antheum parem viribus Herculis videret. I.

Ennod. lib. 1. epist. x.

TANDEM aliquando, qui iudicio nostro responderet inuentus est; qui de inimico nostro, & dum vincitur, triumpharet. Herculeæ vires, [a] ni se læserint, non iacebunt. quem prouidimus, de casibus est superbus. Stat propius magnis viribus, [b] sederit maximus per ruinam. Nescio vtrū Hercules valeat par esse, vel si Antheum non liceat vlla ratione prosterni: at si hosti nostro blanditur aduersitas, nos ad laureas peruenimus. Scimus futura, sed conuenit Superos alloqui. Quasi humana mortalibus prouideat Hercules, quid eligat esse faciendum. Vincendus est congrediente inimico, vincēdus est & iacente, qui venena lusit, [c] in cuius qui [d] parauit Erimanthi nemoranicū: qui ceruam velocitate præcessit, optionem habeat quid sequatur. aut hostem periturus dejiciet, aut si certamen metuerit, cum suis, [e] antibus iam sepultus [f] horrendum periculum, nisi fallor, orietur. De consummatione certa-

a. ni se elisérint,

b. f. sed erit c. in cunis. v. c. *recte. de serpentibus est intelligendum.*

d. pacauit Erymanthi nemora: qui ceruam. Virg. 6. Æn. v. 803. de Hercule. *Fixerit æripedē ceruam licet, aut Erymanthi Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.*

e. caudibus v. c.

f. Lernæo. v. c.

Virg. 6. Æn. — *bellua Lernæ horrendum stridens.*

certaminis quis non credat, nihil superesse quod peragat, cum humi fusus hostis aspicitur? At nostræ partis intentio [vere] de oppressione suscitabitur, & augmentandi roboris causam feliciter pro inimico perfuncta res suggeret.

VERBA THETIDIS, CVM ACHILLEM VIDERET extinctum, 11.

INtercepta est pio quæsita fraus materna consilio. Inuenerunt Achillem nostrum fata, & ab alia natura subreptum: nec profuit, quòd sexum, quem ei origo dederat, astutia commutauit fœminam. Diuturnitate non didicit, & viri fortis animum mollis consuetudo seruauit. Quis credat inefficacem fuisse prouisionem, quam & Dea & mater inuenit? Non est præmium immortalitas quam nec genitrix trãsmittit ad sobolem, nec per eam, quod filium casibus furetur occurrerit. Vt nunquã doloribus subducamur, numina sumus? Quæ est ista cõditio, quando de penetralibus viscerum nostrorũ, quod letho seruiat, exhibemus? cœlicolum potentiam! aut liceret posteritati conferre quod possidet aut caris decidentibus, pro lamentationis termino daretur occumbere. Inferiores hominibus sumus, quibus similes paremus. In hoc deterius Parcarum ludibrio subiacentes, quia nescimus exitia pignoribus obligare, Superorum maximè aut

prosa-

prosapiē nostram [a] subtus fortuitis, aut nos pro beneficij collatione [b] submitti. Liceat pro caro, si non vincimus, interitū, vel [saltem] subire. Stat ante oculos meos orbitas, idcirco deterior, quia illam pro æternitatis meæ sublimitate præsciui. ô lugendā numinum felicitatē! cùm illud quod de aduersis ignorari nō licet, nō donatur auertere. Recordor præteriti sollicitudinē tēporis, & curas meas, quibus nequidquā inuigilaui, [deesse] reminiscor. Quid profuit Stygiæ paludis auxilio nati corpus [c] amatum, dum illud quod à nobis sumere debuit, quæreremus à gurgite? In mēbris prolis nostrę, quē Dea tenuit, locus est vulneris. Cur nō laxiorib. digitis lympha se miscuit, vt ex toto excluderet ictus Superis vnda sublimior? quid etiā [d] iubet Chironis elegisse magisterium, qui ætatis lubricū doctrina solidaret? Credo diuersis institutionū callibus, vt bellum filio placeret, inuenimus. apud monitorē fortissimū actum est, vt vires, quæ sequebantur, cōsilia non haberent. Quis miscendum fœminarū latebris virū, saporē vellet haurire certaminis, & inde prouideat pignori, vnde facit perire quod prouidet: iam duratas spiculis manus [e] ad collatos frangebamus; & illos humeros, quos spoliati leonis terga calefecerant, auro distincta vel murice palla claudebat [f] Nā facilis transitus fuit iuuenē nostrū, puellam post gustum laudis imitari: nec astutè componitur, quod nō in teneris ætatis

a. subduc. v. c.
b. submitte.
c. armatū v. c.
d. f. iuuet
e. ad calathos
f. Non facilis

primordijs impetraui. Sed quid transacta recolo, cùm animum meum futuræ calamitatis pulsat immanitas? Video Troiæ fumantis excidia, & g. for. fato stratu eam manente subuersam: video Hectoris prælia acerba Graiugenis; qui idcirco creuit opinionibus, vt soboli meæ dum occumberet, triumphi crescat ad precium. Raptatum quadrigis adhuc bellaturi corpus agnosco, & Achillis mei minui cõmodis, quod ex pondere decrescit extincti. video quod iræ proficit, perire compendio. Sed quid his laudibus pascor orbanda? reliqua silentio tegam, ne ante doloris tempus narratione conficiar. Habeat consolationem de taciturnitate æternitas nostra, quam non habet de natura.

VERBA MENELAI CVM TROIAM VIDERET EXVSTAM. III.

ET si grauibus dolorem meum raptor inflammauit incendijs, & si pertulimus faces iniuriæ, debitor tamen rogo immensi auctor sceleris, cum coniuncta sibi vniuersitate consenuit. Pæne felix contumelia est, quæ & talem meretur, etsi cum maximo sudore, vindictam. Quis respuat suscipere necessitatem triumphi termino concludendam. Sapor sequentium amaritudinem rei præcedentis excludit. dulce sit quod doluimus; quia doloris nostri pœnitet prouocantes. abductæ mulieris turpiter occasio nostri extitit mater augmenti. peperit à

rit à nobis sequestrata vxor imperij, & de adulterij complexibus nobis edidit patriam quam tenemus. Qui riserunt cælibes, videant superba hostium colla calcantem. habuimus coniugem honestis per longum moribus institutam, alieni in gratiam contubernij, quæ non optaret desiderare quod non licet. [Non] illam vsus præcipitauit in vitia, sed scelerati prædonis impulsu secuta est Paridem, voluntate captiua. Nunquam ad hoc illam erexit forma conscientiæ, vt se crederet adamari; quia, vt confidimus, turpissimis sunt moribus quę pulcras se esse meminerunt. Talis vltio decuit magna peccantem. Funditus procubuit, qui sibi venerãdæ sumpsit culmen vxoris. Talibus vtere adulter Hymenæis, his te a alecto pronubum sectatur insignibus. & placari nos sic conuenit, & Paridem sic perire. Dictauimus matrimoniorum iura non sermone, sed gladijs. Præsumptionum segetem vltrici b falce vastantes multis ad conseruationem proderit. Nos perdidisse coniugium, dicite: quæ vbicunque accepistis nomine vxoris. si non quoties vitia subripuerint, Menelai & nomen & c vterus occurret. Quibus non est in studio pudicitia, erit, ni fallimur, in necessitate. & pauper omnis disciplina seruabitur, nisi vnam formam & volentes custodiunt, & coactæ.

a. à lecto v.c. fort. Alecto

b. al. face

c. virtus v. c.

DIDONIS MORIENTIS AD ÆNEAM VERBA. IV.

Imitatio Virgiliana, & in Epist. Heroidū Naſonis. Infra in Poëmatis pag. 58. v. 1. Durus & indomitus Veneris ſe femine cretum. &c.

QVantum docet inclementia! perdidiſti teſtimonium generis, quod opinione mentiris. conſtat Veneris non eſſe filiū nil amantem. ordo rerū eſt, vt proſapiem mores adnuncient, & quo quis auctore in lucem
a. Diua Idaliæ venerit, eius facta ſectetur. a cliua Italiæ neſcientem reſpondere beneficijs nō agnoſcit. non fama filios, ſed conuerſationis monſtrat æqualitas. ſi diuerſa ſit conſcientia, vix cre-
1. denda eſt eſſe ſoboles quæ vocatur Potius Caucaſei rigoris prærupta [te] genuerunt, aut conceptum in receſſibus montium ſaxea aluus effudit, & ne dira nutrimentis natura molleſceret eripientis ſalutē Citheris, Hyrcanæ tigrides alimenta præbuerunt. nutriuit
b. Nam quid te illa feritas quæ trucidat. b nunquid niſi mihi diſſimulatione pollicetur. aut quid ſperādo meliora ſuſpendor? Non reddidit fletibus lacrymas, quas eius amore torta fundebam. non gemitus meos proprijs mens cruenta eſt conſolata ſuſpirijs. in doloribus meis, quod inimicum eſt remedium. non exhibuit pari
c. anxietate dolore collegā: quia pæne ſolus eſt in c ætate terminus, inueniſſe participem. Sed quæ eloquar neſcio; quæ relinquam, hæc nec dexter
d. Iunonis d viſionis oculus, nec ſummi Tonātis patietur aſpectus, vt pro tot impenſis ſequeſtrationē conſumar, nec aliud pietate promouerim,

rim, nisi vt merear non amari. Heu fides ab vniuersis perturbata mortalibus! & quod hactenus [e] muneribus homines [f] vigebāt expulsum suscepi miseranda naufragiū, & eius ditioni Reginam subdidi manēte felicitatis sorte captiuam. Feci vt ageret Dominū profugus imperantem. nunc furore succensa discrucior, & quare possessor me deserat ingemisco. Ergo Apollinis vocatus augurijs abscedis, & sortis Lyciæ casum certis, & apud te iam manētis præponis imperijs. Scilicet cælestibus crudelitas ista procuratur auctoribus! & interpres Superum ad hos hominem compellit excessus, vt diligentis littora quasi solū hostile diffugiat! vt per tempestates salutem prodat, qui solum fugit affectum: Vade, vlterius nō morabor habet Vindictam [me] via qua deferor. habebit pelagus in furore iudicium. raucos tumentium procellarum æstus exaudiam. vocabis inter pericula Didonis nomen, quæ & fuit portus & præbuit, aut certè, quod timeo, ne dum vindicor [g] me iuuante moriaris. Euentum expeditæ nauigationis post vsurā lucis agnoscā. inde sceleribus indebitā mercedem perire innocēs ante cupio, quam merentem.

e. numinibus
f. iungebat
2.
3.
4.
g. me viuente
5.

1. Virg. 4. Æn. v. 366. *Nec tibi dira parens — sed duris genuit te cautibus horrens*
Caucasus, Hircanæq; admorunt vbera tigres.
2. v. 377. *Nunc Lyciæ sortes, nūc & Ioue missus ab alto. &c.*
3. v. 379. *Scilicet is Superis labor est, ea cura quietos*
Sollicitat: neque te teneo, neque dicta refello.
4. v. 374. *Eiectum littore egentem Excepi, & regni demens in parte locaui.*
5. v. 388. *Supplicium hausurum scopulis, &c.*

ADLO-

ADLOCVTIO

DE ADVLTERA. V.

O Numina! si vobis non eueniunt cuncta disponẽtibus, diuisa potestas est, aut maiorũ estis auctores. Quòd si humanarum rerum quemquam ex numero vestro cura sollicitat, felicitatẽ mihi redeuntis tribuite, aut errorem quem finistis ingrati. si cœlum vocanda piorum possessio, si propter momenta lætitiæ mortalibus orata tribuuntur, nolite beneficijs vestris sociare vindictam. Cur taliter ad effectum vota tetendimus, vt pararetur cælitum suffragio de occasione prosperitatis aduersitas? Reddite, quæso, propitij incommoda quæ tulistis. restituatur pelagus, ne terreno pereat fama naufragio. Secundis rebus proximum est, quæcumque accesserunt mala nescire. Ignominia quæ me in facie perculit, non tetigisset
* prô nefas absentem; vxorem, per nefas, nisi ad eam rediissem, amisisse non crederer. Inflexit statum meum abiurata calamitas: stationi propriæ fuit liquentis error elementi. Portum in genitali solo perdidi, quem sæpe in vasti gurgitis sinubus acquisiui. Hæccine est domus optata, cuius desiderio periculorum promittebatur obliuio, cùm spe sequentis gaudij præsens malorum poterat forma nesciri? Cui vnquam de miseriarum terminis sunt nata principia? aut de perfunctis casibus euenit exordium? aliquando adoptata contigit non amari; aut accessit, vt

hominem

hominem læderet, fuga discriminis? Me nouis semper pessima ictibus fortuna perculit; cuius, si in deterius vergit mutatio, simplicem nocendi seruat speciem, ne successionibus insolescat. Vxorem malorum comitem habui, ad pudicitiam naturæ luce transmissam, cui splendor oriundi creuerat institutis, vt gemino defensa propugnaculo, nullatenus facinorum crederetur ictibus subiacere, nec dura castimoniæ, obscœnitatis euisceratione mollire. Illa nunquam fuluum metalli quæsiuit ornatum, nec precioſorum candore lapidũ niuem corporis imitata est; non vlla habuit decoris adiumẽta, dum placuit; sciuit coniugalis iura sacramenti fucatis studijs non iuuari, nec obligatum tenuisse coniugem, quando alium præter eum qui descendit, amoribus quæsiuit nupta fulgorem. Manſit illam educandorum pignorum seruitus libera, dum talem se præbuit, quæ & desiderari meruerat, & virum nunquam putaret absentem. Illa sexum mentis firmitate durauerat, dum in ea muliebris imbecilla consilij de virili ceperant auctoritate substantiam: iam lapsibus ordinis sui doctrina medicante repugnabat, & translata in vsus alteros, feminarum ridebat excessus. In summa, talis perijt, quales solent à maritis lacrymas impetrare: *Circeo*, vt aiunt, *poculo* à se translata est, & in votum migrauit adulteri. Sed quid agamus inter anxia & incerta deprehensi? recipiat nos pro remedijs

Vxor adultera.

b. & lassata & rudentibus manus

medijs exosa nauigatio, b & lassatas manus rudentibus stuppea rursus vincula meditentur. hæreat clauus dexter, vt frænatæ puppis per gubernaculum iura moderetur. depictus sideribus axis reddatur aspectui; dispositionis nostræ itinera noctium dirigantur indicijs; sit solatiũ luminibus meis si profanati non videatur terra coniugij. fugiamus patriam, in qua tale effectum est matrimonium nostrum, quod & amisisse pudeat, nec c audeant vota recipere.

c. habeant

IN LEGATVM QVI PATRIAM HOSTIBVS PRODIDIT. VI.

SI excellentius crimen est, quod digna veneratione persona commiserit, habetis, Iudices, in vno homine duo diuersissima, & proditoris meritum, & sacramentum Legati: sed vincitur in ipsis vox superata primordijs. facinus vix credo quod arguo. Quis existimet in vocabulo integritatis cõsummatam cecidisse perfidiam? cogimur dicere, quia nil mali aut proditor metuat, aut verus Legatus admittat: quid accusationi meæ pro innocentia nomen opponis? insequentem posses effugere, si esses meritus quod vocaris. NEMO cautius malus est, quam qui absconditur sub appellatione pietatis. Tutum est iniquitatis exercitium, quod honestatis tegitur indumento. Faceſſat propositum prælligijs potius quam

mente

mente constare. Eneruata defensio est, quæ nudi honoris nititur nihil valitura testimonio. Vt nocentior contra patriam existeres, viam tibi consilia nostra pepererunt. Nos egimus, vt fortior hostis, dum propugnatorem quærimus, appareres. non sentiremus, quæ irrogasti patriæ, inimicitiarum pondera, nisi sumpsissent ab amicitiarum religione principium. Externis aduersarijs sine labore congredimur. Inerme pectus inuenit, qui de gratiæ fruge in affectum prorumpit inimici. Egimus fœderis tempore, vt generalem aduersarium quid grauaret patriam, non lateret. Iste enim, cognitorum splendidissimi, si negligentius in suscepto functus officio, per animi tœdium sociorum commodis institisset, capitale mereretur exitium. Quale est enunciasse hostibus interna patriæ, pro quibus segnius certasse sacrilegium fuit? Quibus sunt expianda tortoribus, quando illud perdideris, quod nefas est non iuuisse? Quantis colorum varietatibus, & vrbanitate letali ad hoc perductus existimatur, vt Legati personâ putaretur implere? *Solet Virtus*, quæ innata non fuerit, cura & nutrimentis institui, & transire in affectum. Quod feceris studio falsitatis, vsu honestatis robur adipiscitur, qui bonum sub diuturnitate mentitur. Seruasses adhuc beneuolentiam captiosam, nisi inspexisses lædendi callem Legationis claue reseratum. Tale est, ac si ægris sub febrium

iacta-

iactatione languentibus, allaturus salutem curator aduenias, & animam in penetralibus suis sub medicinali specie excluſurus inquirat. Quis, rogo, huic non pandat secreta vitalium, & in quibus adhuc locis vigor subsistat, adnunciet? facilis extinguendi ministrator occasio illi, à quo sanitas postulatur. Sic te, impuriſſime hominum, aduersus nos in timorum reseratione muniuimus. Ex vestro nunc, cognitores, pendet arbitrio, si, qui peccatis vicit vniuersos, non debet omnes reos superare supplicijs. Nascituras in posterũ culpas incidite: eueniet ex vnius cruciatu generalitatis emendatio. Genus pietatis est, circa hostem patriæ esse districtum, ne dum personæ parcitis, ad incrementum vitia prouocetis.

IN NOVERCAM, QVÆ CVM MARITO PRIVIGNI ODIA SVAdere non posset, vtrisque venena porrexit. VII.

ADest, Iudices, nouerca, quæ vt satisfaciat odijs, nõ parcit affectibus; quam ne priuignus euaderet, elegit miscere eius casibus quem dilexit; quæ sæuiſſimarum more belluarum, de confusis mortibus tesseram fecit; dignos leti sorte existimans, quicunque cum inimico illius potuêre trucidari. Ruptis repagulis, accepit furor eius exercitium, quasi neci deputatũ perimens quidquid [a] occurrit, generalitati pernitiosa esse desiderans,

a. occurret, v. c. fort. occurreret

desiderans, nisi defeciſſent toxica: adhuc ira creſcebat; hauſta ſunt à duobus venena, quæ reperit; quod in aliorum ſeruaretur exitio, non remanſit. Heu quemadmodum genuit defectum populi, cùm cadauera pauca conſpiceret, indignata ſibi, quod de funeſto liquore plus defunctis, quàm quod occideret, dedit. Quæſiuit de extinctorum viſceribus precium mortis alienæ, ſi licuiſſet abſtrahere, vt plurimi per guttas fata diſpergeret, vt animarũ penetralia virus nobile poſſideret. Ante experimentum perniciosus effundebatur humor in poculum: fecit eam, quid perdidiſſet, agnoſcere, poſtquam de ſuccis abundantibus paucos extinxit. Vbinam gentium fuit animus coniugalis diligentiæ? vbi maritalis ſacramentum copulæ? plus egit priuigni, quàm thori recordatio. dum immanitati obſequitur, effugatus eſt viri præſentis affectus: credidit in quocunque viuente priuigni remanere poſſe ſubſtãtiam. Lucem voluit profana confundere, & humani generis meſſem mundo labente ſuccidi, quidquid in occaſum potuit ire præcipitans: veternis Erebi legibus diem noſtrum cupiens ſcelerata ſubmittere, [b] ne illam vel poſt inferna odioſus inſpiceret. Quantis gradibus & profectu ſcelerum ad venena deſcendit? diu exitium diſtulit, quod aliquando in tormentis cõſtituto ingeſſit, vice beneficij. Ante flagris, fame, frigore, inimicum corpus afflixit: poſtrema eſt in nouer-

b. ne illum

cali indignatione necis executio. Vellem in
d. immorari accusatione, iudices, diutius ᵈ commorari, nisi facinorosæ pœnam prolixior lingua differret. Nolumus, quas peroranti concedi-tis, vt ad dicenda in luce mereatur inducias. Quoties, scelestissima fœminarum, sub dolis
d. mentita cō-plexibus? priuignum fouisti ᵈ cōplexibus, [matrem] mentita? Quoties innoxijs potionibus egi-sti, vt de manu tua mortem securus accipe-ret? Captata sitis, tempus & bibendi neces-sitatem fortè, vt citius letum porrigeres, exo-rabas. habuisti misericordis opinionem pri-uigni desiderijs obsequendo, quoties ma-trum loca tenuisti, vt nouercam tutius exhi-
e. fort. Solet, beres. ᵉ Solent, libertatis præsules, in coniu-gali consortio, vnius sobolis vt commune pignus attendi, dum affectio, quam pater
f. decedētibus obtinuit, transit ad filium ᶠ decentibus matronis virorum prouidentia, dum ad edu-candam posteritatem curarum participes quærunt, sic nouercas inueniunt. Sæpe ta-men sub hoc vocabulo mater accedit, eò cautior circa germen alienum, quo solici-
g. vult vitare tius nomen Tragicum ᵍ vult vincere. Geni-tricem munit sinceritas, & sacramentum nominis sui, quæ etiam misericorditer cre-
h. infausta duntur irasci. Vestras ʰ infaustè blanditias iure respuimus, quibus per fucum malitiæ interna vestitis. Erubesco, cognitores san-ctissimi, damnatam meritis suis diuturna impugnatione sustentare. Non est anceps sententia, quam labore suspendo. Vtinam

exquisitis

exquisitis effugetur de luce ; necessitatibus, & lentis secta vulneribus existat superstes corpori suo. Non vno tempore de proprijs sedibus nocens anima pellatur. In affectum reducitur puritas, quoties generalitatis oculos expiaueris cruce noxiorum.

i. cruciatibus

IN EVM, QVI PRÆMII NOMINE VESTALIS VIRGINIS NVPTIAS postulauit. VIII.

CReditis, Iudices, per hunc victorijs lamenta misceri, & triumphorum saporem displicere de præmio. æstimatis offendi Deum in effectu rerum, & deduci ad pœnitentiam nomina, quæ vota vouerunt. Adest hominum nequissimus, qui gemere nos imperat, quòd patriæ nostræ vicit inimicos. qui cõsummatis prælijs, dum laboris preciũ flagitat, & hostes & bella commendat. qui exhausta putat laboris esse suffragia, nisi quę iratis cœlicolis conferuntur, vt possit ciuitas eius perdere, quod per ipsum creditur acquisisse. Confidit genium bellatoris pictis tabellis & imaginibus non teneri: nec requirit vt seruetur sæculis ære formatus. sola opinatur esse gaudia, quibus euenit munus adulterij. Si ad hoc te casibus obtulisti, vt pro sudore tuo nominare pudeat quod requiris; nos non possumus scortis debere, quod vicimus. Non [a] pro amore bella gessisti, qui post aduersarios in ciuitatis medio

a. pio amore

cum pudore congrederis. Sine causa hostes depulisti, qui eorum vicibus fungeris in triumpho. Habuimus statum honestatis liberum, dum catibus subiacemus. Fugienda est virorum fortium felicitas, per quam iungimur miserijs subditorum. Etenim, curiæ lumina, per minutias scelerum hunc opinamur ad immania vota perductum. Quantis gradibus exercitatum facinus peruenit ad hoc, vt vitia laudibus mercaretur: credebamus eum, dum vitam in tentorijs ageret, & ad insignia roboris duris corpus successibus inuitaret, ciuico amore cõstringi, vt per militiã eius, nec incẽdiũ vrbis, nec sacras corruptela virgines possideret. Iste enim emit tot vulnerib⁹, ne alter facinorũ fruge potiretur. Quid tibi debeã, crudelissime hominũ, datur intelligi, per cuius beneficia superati, b. exitium v.c. [b]exitiũ victor ingemisco. Dicite, prẽsules libertatis, cuẽ potius habuimus, qui animos nostros possedit, in tubarũ clangore terrorẽ, dum ferri leges equorum fremitu minaretur exitium? Credo ne libera patrum colla cathenarum rigor astringeret; ne inuiolabilis matribus pudor in ciuitatis excidio deperiret; ne votiua virginitas sacris mancipata culturis prædonis igne raperetur; ne famula castitas hosti precium fieret insultanti; ne corporibus ex humana conditione liberatis, vis inimica subriperet, & aduersariæ pudicitia libidini ad vltimum deducta, seruiret. Quæro à te, [c] heroa magna, quid de patria c. Heros magnanime.v.c.

tua

tua mali depuleris? Si hæc, quę timui, victor optatti, dum mortis hostium ictibus tuis numinum fauor adijceret: percunctor, vtrũ popoſcerit Superos in illa neceſſitate fautores? Si feciſti, perfunctus periculis, ſacerdotibus eorum pro debita oblatione minitaris; Si non adhibuiſti pia vota certamini, quid tibi debeo; quem ſine precibus ſuis generalis proſperitas comitata liberauit? Si intelligis, multum eſt quod debes numinibus, ſi ituduerunt ſupplici; maius ſi dederint victoriam non petenti. Credo digreſſus à prælio, loco principe delubra veneratus es, & ibi gratiam retuliſti, vnde prædam feriatis manibus certas abripere. Vereor, ne templis nulla face conſumptis, ducat Veſtalem virginem ſors ſecunda captiuam.

IN EVM QVI SENI PATRI CIBOS SVBTRAXIT. DATA Aratori. IX.

NEſcio, iudices, vtrum inueniatur pœna, quæ criminibus ſatisfaciat impetiti: interim deeſt linguæ copia, quando facinoris nouitas ſuperat arguentem. Iſte eſt filius, qui grandæuo patri, cùm poſſet præbere alimenta, denegauit: id genij ſceleribus ſuis aſſocians, vt eſſet patre incolumi patricida Putas euaſiſſe te debitum, de non illata genitori morte, ſupplicium? vt eſſes nocentior pepercisti: potuiſſet cruciatus, quos in-

tuleras, vltimo patris fine concludere, si manu medica iugulum præstitisses: prima est malorum tuorum adinuentio, creatoris proprij exitium: nec remouere vt pium filium, nec vt credulum decet inferre. Quid est quod inter vtramque viam, exquisiti inuentor periculi, neutram sectatus pasceris promulgata tabe genitoris? vixit te procurante eò infelicior pater, quòd mori te procurante non meruit. Nemo, sanctissimi, dubitat mundi istius mala aduocata nece sepeliri, & communem sortem votum esse inter aduersa constitutis: necesse est optari quod modum ponit amaritudinis. Rogo, quibus est belluis comparandus, qui procuratione sua infert dura sine termino? Cuius doli, dum manus abstinet ab auctore lucis, leto commutanda pepererunt? Iam erat genitor istius annorum fasce contritus: iam pertremenda senis membra, a cui depopulatio vestigia olim robusta subuerterat: iam diuturnitatis morsibus in rugas, quæ declarabat hominem, forma vrgebat: non tamen sine spe subsidij ad maturitatem peruenerat: cui iam maior soboles arridebat, potiori fiducia, b deuictum congregata dispersit, quem semper scimus horrea sua in pignoris alacritate posuisse: omen putauit cogitare de substantia, cui existebat natus incolumis, ad gelidam caniciem hoc putans posse sufficere, quod reparatus in prosapiæ annis viridioribus non merebat,

a cui depopulatio

b ad victum

cùm

cùm repentè egregius iuuenis tali patrem ſecuritate nudauit. Vellem [c] pauliſper, venerandi cognitores, [d] adhuc verba conuertere: ſed * reor perire monita, quæ profligatis moribus exhibentur. Putamus, venerandi hominum, ad occiſos prolem cuiuſpiam magiſterio peruenire: ſufficit [e] gemini inſtituti naturæ, quando, quod ſolent facere doctores, infundit eorum pectoribus lex humana, non eſt ex accidenti bonum debita complere, nec deeſſe poteſt ratione præditis, quod auibus probamus, inſertum. Verſa vice, aquilas legimus fœtuum miniſterio paſci, & beneficia parentum, quod implumes nati, quando ouorum tunicis exuuntur, * intecti ſunt, quadam diſtricti æquitate reſtituunt. Non putant volucres eſſe liberum, accepta denegare. Quale eſt ingenium, quod circa diligentiam ſuorum aliter neſcit imitari? Tranſeo multiplicibus exemplis luporum rapacitates: ieiuno eſcas parentibus ore deferunt, & impaſta viſceribus fera ad creatores ſuos currit ore locupleti. Vos perpendite conſcientiam rei, quali pœna digna ſit, quæ inuſitata commiſit, quia propagantur impunitate vitia: & niſi iudicantum cenſura ſuccurreret, peccandi vis per generale corpus exiret.

c. facilis peruenerandi
d. ad hunc
* male in v. c. *ſeditio*
e. germini
Aquilæ.
* indepti v. c.
Lupi.

IN ALEATOREM, QVI AGRVM, IN QVO PARENTES eius erant positi, pro ludi pretio dedit. X.

POstquam, iudices, deforme aleatoris studium deductus ad exilitatem census euaserat, & crescentem certandi curam facultatum defectus addixit. cœperunt a turpi præmio nec parentum sepulcra subducti: cœperunt exspectari dubia casuum de fauillis, & ridenda proponi contentionum momenta de lacrymis. Vbi sunt qui dicunt, perfunctas luce animas, nihil cum huius mundi cultoribus habere commune, & post sæculi a segregationē a congregationem diem suum habere translatos? ecce iam maiores illius propè, qui b. de ipſa obtinuerant sepulcra, senuerunt, & b de ipsis per diuturnitatem requirunt busta iam tumuli: & tamen apud commessatorem improbissimum adhuc creduntur in illis intentionis pretia non perijsse, post longa vitæ curricula fortuitò nil debentes. Euentum manes iubentur exspectare de tesseris, post profligatas, quas parentes tui per longam parsimoniam, opes collegerant, post multa argenti auriq́ue pondera, quæ victura hæredum parcitas sub dimensione seruauit. Vrnas veterum, vt essent in præmio, tabulæ sterilitate deterior proles honorasti. Si mausolęa præcedentium minor posteri cultus

ornaret,

ornaret, esset plectenda negligentia, & spectaret de illis pœnam iudicibus, qui filiorum suorum mores in alienis cupiunt emendare commissis. Pro festiuitate, certa temporum lege redeunte, pro festis, & quibus animæ parcuntur muneribus, credidisti nefas, si genitorum tuorum sepulcra Dominos non mutarent: non tibi licuisset domos vltimas pro abducta ab hostibus pignoris tui redemptione c subtrahere. Quæro quæ sit necessitas, quod alienum video in parentum tuorum cineribus possessorem? & nihil mihi aliud nisi lud⁹ opponitur. O misera mortalium conditio, & cùm denegantur desideria, & cùm infelicius conceduntur! Quoties creatores tui sollicitis Deum mouere suspirijs, ne de huius vsura lucis, quod infaustissimum creditur, sine legitimo hærede transirent? quoties futuri mens nescia proximitate mortis incurreret de pallore progeniti, editus, institutus, eruditus, ad hanc messem iudicis ieiuna pudoris mente peruenit, ne in iure suo patiatur esse, postquam vniuersa perdidit patrimonij largitores; damnamus in scelerato voluntatem impiissimam. Nam contingit forsitan vt ad probos dominos priorum tuorum ossa beneficio leuitatis emiseris. communis est vniuersis defunctorum reuerentia, & circa religionem sorte vltima conditorum dignam poscit humanitas vniuersa culturam: excellentius tamen maioribus nostris debita suprema

c. distrahere

redduntur, quos ita si veneratio proponit
d. exhibitum, ante oculos, vt Dijs credamus d excubitum, in quibus defunctorū mandata peraguntur. Seruamus vniuersa quæ iusserant, non credentes impune contingere, quod de eorum fuerit præceptione violatum. Non inuenio qua nouum facinoris genus explicem nouitate sermonum, quibus fuit sacrilegium non parere, quale est eorum suprema domicilia pro ludicris vendidisse. Credite, cognitores, stare ante oculos vestros tot istius atauos vindictæ tempora præstolantes, quorum placatione mansura in posterum circa parentes diligentia, poterit sine labe sanciri.

IN TYRANNVM, QVI PRÆMII NOMINE PARRICIDAE STATVAM inter viros fortes dedit. XI.

QVamuis, iudices, virorum fortium effigies mansuro perenniter ære seruentur, & per hæc simulacra nesciant obitum vel sepulti: quamuis in æternitatem migret per has artes imago mortalium, & angustam humanæ naturæ legem vincat industria: tamen virtutis precium, nec parricida aliquando meruit, nec tyrannus excoluit, quando munus innocentum aut sceleratus elicuit, aut oppressor libertatis ingessit. *Statua*, Venerandi præsules, sudoris fructus est
* vt in vtr. cō. iudicio reddēda purissimi * in vtroque con-
ul. or, nec gruus tutor, ne suscipientem deuenustet, si

indigna

indigno auctore prouenerit: nec si conferatur immerito, maculet largientem, si libera aduersus tyrannum vox est, vitia detestantis. *sed licet sub tutore criminum culpas vrgeri. dicam quod sentio: inter duos nefarios res honesta volitauit, & neutro munita præsidio, nec à quo procederet, nec ad quem defluueret, cognoscebat. Res dudum decreta fortibus, & sanguinis comparanda suffragijs, ad quorum peruenerit iura respicite, vt eam tribuat vsurpator imperij, & accipiat patris extinctor. Quò me *vestram nescio: inter virtutũ tuarũ, Venerande princeps, deprehensus abrupta, nescio vtrum accusem, quòd tyrannus es, an quòd honoras præmio parricidas. Vtrique digni crucibus, & de præsenti vita culleis effugãdi. non creditis sufficere vos debitũ vitasse supplicium, nisi & tu quod non licet tribuas, & ille quod nõ meretur, acceperit. Iam dudum à te ista per audaciam præsumpta sunt, cum arcẽ iustitiæ profligator intrasti: his ad dominatum euectus suffragijs, quibus in altero statuam cõtulisti, necesse est, amplissimi hominum, vniuersos fouere: quod fuerint. nec vtiliter, nisi ab emẽdatis, corriguntur excessus. *Prodigus* frontis est, qui punitorem mali credit facinorũ sectatorem: iudicis cõscientia constringitur necessitate secreti, & non putat liberum cõdemnare in subiectis, quod ipsa non dubitauit amittere. Quantis successibus, aut quàm varijs incrementis ad hæc,

*scilicet

*vertam v. c.

sentina

sentina criminum peruenisti, vt tibi liceret ad sublimia peruenienti in tantum peccare, cum velles, vt probrolos ad potiora statuis inuitares. Tu libertatis saporem felle seruitij commutasti. ille obsequia patri debita vertit ad gladios. Quantum laudanda sint quæ læsistis, aduertite: & seriato ore accu-

† pater & v.c. santis, quid mereatur † patrum ingenuitas æstimate. tu absoluta colla iugo miserrimæ conditionis astringis: apud illum nihil præualuit lex naturæ. hoc tu circa patriam geris, quod intulit hic parenti: in eo fortasse crudelior tu credendus, quòd dura imperia sub vitali quadam morte dispensas, nec illis quibus est desiderabilis obitus, quasi medica manu præstas exitium: ille non passus genitorem in mundo subsistere, pernici ictu eripuit vitam lucis auctori. Nescio qua sint criminum diuersitate discreti: interim si liceat, pœna iungendi sunt. Si te circa ciues alicuius supercilij tumor eleuasset, reum te

* abiuratorem designaret læsa communio, & priuatæ *adiutorem dulcedinis immoderata nunciaret erectio. Si ille creatorem toruo lustrasset aspectu, genitore incolumi, habuisset meritum parricidæ. videte quid dignum his sit, qui ad delictorum fastigia peruenerunt, nihil est quod residuum aut afflicta credat patria, aut pater extinctus. faceſſat à nobis principis viri argumentis acerbare commissum: sufficiunt nuda reorum vocabula, nullo defensionis munienda priuilegio. Addam

sanè

fanè delicto quodam, quæ sunt præcelsa reatuum: ne vlla res videatur de actione subtracta, quam sagacibus, vt existimo, vestigijs inuenistis. Ambitur parricidæ statua, fortium vallata lateribus: & simulacrum, quod aut litteraria cura peperit, aut Martius campus refudit, huius imagine posthabetur. duriter si credentes ferunt, tot euecti titulis, nulla ab * effusione se paterni sanguinis retributione dissare: & si qui animabus reliquus vigor est, deflent præmia sua, quæ annisu roboris exegerunt. Vbi honestas, vbi studij liberalis efficacia, vbi munus pro patria dimicantis, si æreas formas arcis, & possessor exhibet, & qui genitoris funus procurat, obtineat? vos † tamen digna meritis exhibete tormenta: ne si impar pœna impetitos addixerit, nec vobis * videatur laudatio directa censendi. vno † munere vita pellantur, quibus pænè par extitit sors delicti.

* effusore vet.

† tantum

* debeatur

† itinere

IN EVM QVI IN LVPANARI STATVAM MINERVAE LOCAVIT. XII.

SEmper venerandorum iudicum ancipitem credimus fuisse sententiam de confusione peccati. Ibi cognitoris quo potissimum vergeret hæsit deliberatio, vbi dubia extitit sors delicti. Nam definitionem æquitati congruam sicut vitia manifesta exigunt, ita obscura suspendunt. Quando in luce est facinus, quid spei remanet ad dicendum? percipite, quæso, animis, & interna æstimatione

tione tractate, qualis sit qui & virginitatis oculos & lupanaris secreta violauit, & in vtroque sacrilegus, nec flagitia veneratur, quibus inimicam testem adhibuit, & castitatis profligat ruborem, quam indignis adsociat. Expostulo à te humani generis ostentum, qui leuitatem tuam ad erigendum Mineruæ simulacrũ religionis cultus adduxerit, dũ integritatis hostem illata de loci fœditate monstret iniuria, nec reuerentiã te exhibere Venereę pollutioni, clamat publicata corruptio. Nescium peccandi terminos, qui ad trãsgressionem sceleris excessuum amore prouocantur, modum in erroribus ignorãt, qui crimina excelsa moliti sunt. Dum [a] Didonem & Palladem, diuersissima numina, peregrinantibus mancipata sententijs, in vnum fabricata deridens arte coniugis. Fecisti religione tua acerbius quod delinquis, res summo digna piaculo, miscere discordantia, & in vnum colligere, quibus nisi secretum præstiteris, contumelias irrogasti. Creditis inueniri hominem de hac mundi gemina [b] conuersatione neutrum tenentem, & nec amicum virtutibus existere, nec fidum vitijs inueniri. Solent aliquos erigere. [c] Addis peccatum boni operis patrocinia culparum: & qui de sapore laudis alieni sunt, de licentiæ fruge gratulari. adde quæ istarum rerum inueniet sectatorem. Meliori ordini manus contrarias adtulisti, ne improbis sinceriter obsecutus colla submitte-

a. Dionem v. c. pro Venere. *rectè.* Stat. lib. 1. Sil. *Cedat equus Latia qui contra templa Dionæ.*

b. f. conuersione

c. f. ad bis peccandum, vel (audis peccatum?)

res,

res. Odi, Principes viri, morum suorum remissos iudices. Condemno, qui per negligentiam serenorum actuum in dubium trahuntur: Execrabiliùs tamen detestor, qui in vtroque deprehensi nulli exhibent stabilem conscientiam. Pollicentur enim pœnitentiæ tempore honestati affectum, quos fidem videtis exhibere peccatis. Si te, scelestissime hominum, ante Veneris delubra positũ stimulasset Mineruæ recordatio, vtramque potestatem male diligens, ingenij tui memoria læsisset: fugisses illius domicilium, cuius aduersariam mente retinebas. Quis honor est, ibi eius statuam collocasse, vbi Dea pudicitiæ potuisset commemoratione violari? nescio, infaustissime, gradibus ad fastigia [d] exigrandi erroris accidere pene [e] post limen iobellum inter cælicolas excitasti. Vident illi oculi semper turpia, detestati iunctos quadam obscœnitatis lege cõplexus. Dum procurante te interest lupanaribus captiuum [f] nomen; solus es qui ostendisti seruire humanæ libidini Superorum potentiam. Et illis eos cõstringi locis, quibus fuerint à mortalibus deputati, quam dissona erit in adolendis impensa sacrificijs. Vnius oblatio numinis alteri dabit iniuriã. Nam dum per prouidentiam tuam simplex puluinar gemina superorum potestas obtinuit, & in vna æde pudor, & luxuria conuenit, neuter deuotionem nostram fauore aspiciet, quas tu habitatione miscuisti.

d. f. execrandi
e. postluminio
f. numen

Nos

Nos proprijs habebimus offensas sacrificijs, qualia erunt munera quæ gregatim portanda sunt per incestas, & virgines, vna offendenda est hilaritate, & lasciuia placanda altera. g Inter verbena sectura hostiarum erit causa certamen, & inde efficienda sunt irata numina, vnde mulcentur. Submouco sacrilegis prolixam narrationem. Moras quas in luce reus accipiet, inter supplicia consumat. quia deuenuliat referentem, & alienorum actuum turpitudo.

g. Inter verbenæ, sectuas

ABDICATVS MATREM NECANS. XIII.

POstquam, Iudices, abdicatus filius iniuſti executionem doloris, patris factum, matris consensum, gladio vindicauit; * turbare se existimat innocentia cognitorum, & aliquid de manifesti facinoris absolutione surripere. nescimus quæ in defensione sui verba commendatitia sceleratus inueniat, ad cuius nos confutationem vulnus ostendimus malo perseuerantiæ. Perditus filius postea quam necauit a patrem, opinionem matris contendit extinguere, dolens quod euasimus pugionem b cœlo fama insequitur, c cui pertœsus verecundia plus timemus nos. d ruptum patriæ nos scelerati iter ostendimus. Ille contra verba e non pœniter ne quod nobis fidum videatur extitisse subsidium, ad sententiam suam traxit paruulum nostrum,

* f. purgare

a. matrem

b. telo

c. cum pro sexus verecũdia

d. ruptum patri aerem, nos

e. componit, & ne

noſtrum; quem fuci nelcium fabricata verborum arte ſubuertit, faciens & illum perire, qui putabatur eſſe reſiduus. Quid prætigijs nudam deſiderat velare iuſtitiam? Nec odioſus parcere potuit, nec quem mentires amaſſe percutere. Nunquid argumentis opus eſt, vbi factum ſuum propria voce veritas teſtatur? perdidiſti ſpem defenſionis cum genitricis ferro membra deſcriberes, ſed licet *f* procurrit formoſus & nitidus. nos adhæc inſpicienda oculos non habemus. f. procurator

IN PATREM QVENDAM, QVI CVM FILIVM A PIRATIS captum redimere non dignatus eſſet, ab eo tamen ali petebat.

Ad Iudices. XIIII.

GAuderem, cognitores ampliſſimi, euaſiſſe me pedorem carceris, vincli piratarum, niſi regreſſo mihi myoparonum loco pater exiſteret, quærit à me alimenta, quem nec auro ab hoſtibus, nec lacrymis liberauit. Putat quod illi debeat regreſſus eius proficere, quem cum potuit, non redemit. fruſtra paſtum beneficio legis imploras, qui factis tuis naturæ iura ſoluiſti. exhibere victum patribus ius decernit. Non eſt tantummodo ſacramentum iſtud in nomine. Dicat vel pirata, * ſi pater es meliorem me fuiſſe mortuo, ſæpe cũ loqueris nunquam oſtendis eſſe cum iudicas. Viam culparum germani * f. ſi pateris

decidentis attendite. Ipſe magis genitoris moribus paruit qui prælatus eſt. ego quo homine vitam meam per extraneos ab iſtis actos exegerim, declaratum eſt, cum me pater prædonibus ſponte dereliquit, valida ſibi videtur aduerſus ſobolem argumenta proponere, cum propenſiorem gratiam meruiſſe iactet, culpabilem filium, & proximum ſepulturę. Queſo, iudices, pronunciate quid debeam. interim clarum eſt, me & ci-
* f. vitio, ſi poteſt fuiſſe poſitum
neribus* vitioſi fuiſſe poteſt poſitū. Nō erubeſcit quidquam ab eo auctoritate parentis exigere, in quo eſſe noluit quod vocatur. Vtinam mihi ad hos vſus valetudinem piratarum catena reſeruaſſet; facerem præbitione indebiti alimenta patrem meum pudore captiuum, vt iniuſtus arbiter de propriæ gemeret iniquitate ſententiæ. Cibus enim qui ab illo præſtatur, cui nihil boni mereris exhaurit: ieiuna ſunt ſaturitate ſua viſcera, quæ non habent conſcientiam beneficij ante collati. Neſcio quid de duobus filijs homo ille ſpei ſuæ reſiduum putet. qui vnum terræ reddidit, alterum paſſus eſt in perpetua raptorum dominatione ſeruari. accipiat, niſi confunditur, quidquid exhauſta ſupplicijs membra gemerent. Non noui quid ſenex à debilitato flagitet. interim quod aduerto, ſumus ambo paſcendi. Quid mihi rationem modicæ facultatis adducis in medium? qui vnum redimere voluit, ſic ſubſtantiam ſuam vendidit, ne pre-

cīū pro vtroque ſufficeret. Quis infelicitatem meam; quis miſerias poſſit exponere? cui poſt * ciligas & ipſa quam reſumpſit eſſe fertur libertas obnoxia. dicite, quæſumus, iudices, ſi & in patria mea debitores pronunciabimur, quid euaſi? addidit creator ſanctiſſimus dolere me quod emiſiſſent vincla germanum. quaſi verò tantum à nobis exigat natura ſeruitium, vt compenſet erepti fratris hilaritas, quod remanſi. amorem debemus carnis ſocijs abſoluti. Credite dicenti, manifeſta neſciunt intrare de altero gaudia, hominem pro ſe timentem. illud enim improbati more clamat examinis, ditiorem eſſe quodammodo à quo aliquid poſcitur. talem technam in ſupplicationibus fugata ſeruat vrbanitas, vt vtatur compoſita humilitate pro iaculis, quatenus commento ſuperbæ abiectionis, nihil ei relinquat liberum, qui rogatur. licitatum pro ambobus cenſum teſtatur, quem pro vno conſtat expenſum, & exſpectat geminam gratiam de beneficio ſingulari. neſcio vtrum quærendum ſit, quid cogitauerit, cum apud vniuerſos liqueat quid feciſſet. exhauſit partium tuarum defenſiones pirata, qui de nobis præſtitit optionem. teneat quæ ſola deſiderauit ſepulcra de filio pater, qui tantum morituram redimet. Nam qui ſano languentem præpoſuit, denunciauit ſe horruiſſe victurum. Quid de ſuperſtite poſcas neſcio, habes in conſolatione lacrymas quas emiſti.

* Cilicas

NARRATIO.

PErpetuo, iudices, honestatis culturam & in ætate peccatis amica seruaui, subtrahens impensas desiderijs puerilibus, vnde posset æui gaudere maturitas. huius rei frugalitate fecimus, vt remaneret patri, quod pro luxurioso filio posset offerre: quid de patrimonij exilitate causaris, si par moribus extitissem. vsque eo perducta res fuerat, vt neuter potuisset absolui. inæqualis est arbiter, qui proficere voluit alteri, quod nostro pudore condidimus: quantum adserit paterna districtio, causa nobis diuturnæ captiuitatis probitas fuit, sanus diligens patri fratríque sedulus. talis reduci non meretur in patriam? & nisi extitissemus vna sorte captiui, sorduisset suspicione nostra regressio; æquales calamitate fuimus. sed patris amore distantes. felix luxuriæ suffragio iuuenis, & ante magnam partem communis exhausit substantiæ, & ipsi profuit quod remansit. Me miserum & semper paterna iudicatione captiuum, prolusi in pace ante quod pertuli; & dum recti iter teneo, indicio parsimoniæ, qualiter inter hostes viueretur, agnoui: hinc est quod cibo quem ministrauit feritas illa, contentus, vixi inter vltima solatio consuetudinis, nō humanitate raptoris. Quæro cui me seruauit vsus ille frugalior, si æqui obseruātia patrum meretur offensas obiectio?

Quid

Quid? quod Barbarus dixisse se perhibet: vnius pretium pertulisti debitum, semper accipiũt obiecta responsum. de nulla pependisti auctione sollicitus, aurum quod exhibueras ante preces, inimicorum oculis obtulisti. dum sic tibi vniuersa procederent, à nullo potuit ambigi, quod sufficeret desiderijs tuis vnius liberatio. Mox tamen vt illa antra repleta squalore mortis intrasti, quemnam esses electurus, antequam optionem tribueret, pirata cognouit. non descendit ista de amore trepidatio, nihil ostendit ambiguum qui de duobus filijs per omnia signa diligentiæ, quasi ad vnum venisset, annunciat. post egressum tuum fortiores arctauere custodiæ. diuinitati gratias, si libertatem meam, & hic tutata fuerit, quod euasi: tua interim ad inimicos vocem videtur emisisse sententia, nisi studiosè quem relinquo seruetur elapsus est, Dîs ducibus; fuga nostra ante oculos hostium locata, efficax fuit.

EXCESSVS.

PRæterea vt est fandi locuples pater, & viuendi diuturnitate didicit præsentare quod loquitur, callens imponere necessitatem mentibus per auditum, dicit omnibus in humanitate degentibus cibum esse communem, & ab vno flagitat quod non licet quenquam negare: generaliter allegans, deberi vniuersis quidquid terra produxerit.

ſed quando in communem vſum ſeges tritl-ceam ſobolē,& liquorem vineta fundebant, nec viritim tellus diſtributa cultoribus nullus inter hoſtes filium ſic reliquit, vt crederetur gemitus prætuliſſe ſerui. ignoro, iudices, poſtquam eligeret lacrymas de ſuperſtite,quid requirat, ſed metum nobis legis obiectat,& quod inter parentes & liberos ſcriptum eſt,ſibi deberi vult,qui nihil exhibuit: de parēte voluntatem noſtrā, dum cogimur, quærit & deſiderat, hoc nos exhibere pietati, quod ipſe profeſſus eſt, excuſantem non poſſe negare formidini,nunquid miſericordię locus eſt?vbi inſtat imperium,quod non licet ſubtrahi, nō poſſumus dicere liberalitate cōferri. clemētia niſi ingenua nō vocatur,quidquid nō dare præuales inuter † munos computa ſi dediſti, ad frequēs nobis naturæ iteratio & ſanctum creatoris nomen obſiſtit, quaſi vſura lucis dono parta cęleſtiū inter illa quę ab hominibus tribuuntur poſſit adſcribi. ſacrilegium eſt Superorū indulgentiam ſemen dixiſſe mortalium. de ſola habet libidine teſtimoniū pater crudelis. iungit etiā honoribus dum repoſcit ſolatia deſtituti: dicens,ſibi ciuitatem potuiſſe ſuccurrere,ne rediſſem. quid aliud voluntas iſta manifeſtat, niſi vt rurſus me pirata ſuſcipiat?ſi grauis eſt inepta viſio prolis tuæ,certe vel quod ſoles magno compararem eum, buſtum ſine precio poſsidebis. ætas quidem pollicetur vitam, ſed tormentorum magnitudo,

tudo, quam acerbiorem te digreſſo pertuli, promittit exitium.

EXEMPLA.

DEinde protuliſti Exempla paterno digna propoſito, ſed interpretatione viluerunt: quaſi ętas cana deſiderijs tuis formam, & non imitationem ſanctis præſtiterit inſtitutis. Quid magni Aneæ humeri pōderis de *creatoris faſce ſenſerunt? aut pera †eſſet filium corpore, cuius ipſe fuit ſæpe baiulus actione? vis ſcire, quia eripi de hoſtibus meruit. ante oculos locatum eſt, quod noluit ne grauaret; credens ſibi ſepulturam procumbentis illi ruina præſtari, & ne procidentem natum vita digniorem ſenilia membra retinerent, occaſum ciuitatis dixit ſatis eſſe pro tumulo. ille prædonibus euadente filio remanere voluit; remeaſti ad patriam tu, relicto. quid nobilia Scipionis pro genitore ſuo facta commemorem? ille pro auctore ſedulo dum ſe obtulit, totum dedit. ſed non conſumpſit vniuerſa quæ debuit. ſemper votorum bonorum eſt cauſa conſimilis, nec diſcreta ſunt ſtudia benignitatis. pronū erat quid de filio mereatur, qui eum ad officia naturæ niſi coactum æſtimat non venire, vincla niſi per eam lex minatur; quod refert ad hanc me conſuetudinem ſuppliciorum à te procurata formauit diuturnitas. quamuis longa pœnarum tolerantia non faciat contumacem: miror tamen ſi

* Anchiſæ
† patris

quod effugi de Barbaris, pater intulerit, nihil est vnde declinentur prædones, si fors ipsa sequatur, in patriam: vna est quantum video, generalis soli & peregrinationis aduersitas, nec dispar amaritudo redeuntibus & captiuis. Nequaquam tamen quid interfit inuenio, nec quæ potissimum ceruices meas catena nectat inquiro. Rigentis ferri nexus incurram, aut gulæ vectigal exhibeam. vna conditio est, ieiunus epulas portabo satiato, & quod est deterius, non amanti. Quantis oblata a me proijciet alimenta fastidijs, qui deuotionem meam *ancore calcabit homo, quem misericordem habere, & dum essem inter extrema, non potui? ex æquo me & germanum meum redemptionem literis popolcisse denunciat, paribus absolutionem imploraſſe lacrymis, in simile epistolas constitutus sorte dictasse. Non renuo, non refuto: habeat de hac obiectione victoriam: illud tamen flagito, quæ causa fecerit, vt quod duo popolcerunt, duobus est debitum, vnus acceperit? pro vtrisque maria intrasti, & liquentis elementi mœnas, quantum adseris, pietate duce, transisti. quis de gemina caritate credat homini, cum vno redeunti? Nunquam misericordia nisi periclitata laudatur: quo pudore cessante, effectu prædicatur affectio. nunquid semper secretum pectoris innotescet veraciter claue sermonis? pietas quæ non etiam muta rebus tenetur, ostentum est,

* rancore

inter

inter omnes homines inconuulsa amor radice subsistet, si valet ista iactatio. Lex dicit, aut alat, aut vinciatur: clamet pater, pastus iste parēti vel si non redimat, iam debetur. ad has te equidem partes, cum ab officio * cureras per naturā obnoxius cessaris armasti. proficit ventoso munimini, quod genuinæ negatum est turpiter puritati. crede mihi, lex cum parentem locuta est, non tacuit redemptorem, hortata est, iussit, extorsit vniuersa sufficienter impleri. religiosi operis sacramenta per nomina calamitas mea, sensus tuus, ad huius rei intellectus obnubet: redemptio filij quæ est in diligentia, necessitudinis esse non potuit, & in præceptis impietatem meam, & in liberatione fratris inuidiam, dum Ledæa pignora laudat, accusas. nescis quia si inter illos tuæ distributionis processisset æquatio, generasset errorem? nam vnum in perpetuo decore lucis, alterum in iugi noctis possessione damnasses. Mentior, si alia iudicia tua extitere de filijs. Quidnam esse censuisti, cum vnum nunquam habiturus pirata demitteret, alium nunquam relicturus, quasi patre tradente, retineret? quidquid post oculos tuos in illa ferali terra sustinui, à te processisse non dubito. spes mihi vniuersa consumpta est, postquam sine me de solo Barbarico redemptor abscessit. quas naues ad littora inhumana tendentes, non primus inspexi? & quidquid vanescente visione non sequebantur oculi, mente compre-

hendi. quia sagacius inspiciunt aliquid, qui promptius præstolantur. quoties ante aduẽtum tuum, si quando nos lustrare aërem pirata permisit, in extraneis mihi personis pater occurrit; & vidi has, quas sibi amor sine mentiendi dedecore pingit effigies. his imaginibus diu sollicitata corda feruntur. heu quoties renuenti mihi cibis, quos pirata præstabat, hac Barbarus consolatione subuenit? nil metuas, nil de hac afflictione suspires. si creator tuus supereſt, patrum à libertatis statione seiungeris. ecce aliquando adfuit sors capitis, alacer mihi aduentum istius & prædo nunciauit. Non longè fuit ab integrę amore clementiæ, qui redemptorem lætus excepit. Non habuimus, iudices, dominos inhumanos: fuerunt qui potuissent & prece molliri, si auri inopiam compensassent lacrymæ. vno tempore vtrosque reduxerat. testatus est noluisse fieri, quod non est magno precatus impẽdio. Expẽdite, quęso, quid à me iure postulet, qui mihi in vltimis nec supplicatione subuenit. adiecisti quod priuilegijs naturæ munitus sis, & quod in me deliquisti, non liceat vindicari. Sed non habet innocentiæ prærogatiuam, qui defensionem suam locat in apice. insons actionis luce niteat, citra dissimulationem crimina confitetur, qui in hoc titulum suum æstimat quod præcedit. reos nulla defendit auctoritas: in facinorosis sacramenta nominis euanescunt.

EPI-

EPILOGVS.

ET hoc, sanctissimi cognitores, ita post custodias latronum alia labore pectoris allegaui; quasi etsi essem debitor, valerem exhibere quod poscitur. Non considerat spoliata carnibus ossa dominorum in humanitate sordentia, & patefacta per carnifices naturæ secreta non respicit. in corpore meo in lucem quidquid homo est tormenta protulerunt, & penetralia viscerum instante crucibus Barbaro, cum pater mihi dedignaretur adesse, vulgata sunt. modum transit atrocitas, quæ vel in debitis exigendis non principe loco vires interrogat. Tu cum videas ætatis in me valetudinem miseriarum fasce mollitam, cum æui robur multipliciũ calamitatum varietate contritum, cum & necessitates senectæ habeam: & inuidiam iuuentutis, non à me desistis poscere, quod & hostis remisisset exhausto. Tu accipies tributariã functionẽ, & adhuc me magnitudine nominis & genio parentis incessis, cum miserationem, quam debes cuicunque homini, despicias exhibere, vel pignori. superna dispensatio hac intentionem tuam mercede locupletet, vt rursus prolis tuæ funera votiua respicias: & qui grauaris de viuaci præsentia desideriorum, summam capias de sepulcris.

B. ENNODII APOLOGETICVS PRO SYNODO ROMANA IIII. SVB SYMMACHO PAPA SEV ADVERSVS EOS QVI CONTRA SYNODVM ROM. SCRIBERE PRAESVMPSERVNT.

ARGVMENTVM.

Occasio scripti, & Schismaticorum calumniæ X.

CVM *Schismatici Concilio IIII. Romæ sub Symmacho Papa habito condemnati, aduersus illud scripsissent libellum hoc titulo prænotatum:* Aduersus Synodi absolutionem: *eoq; prædictam Synodum acerbissime carpsissent, iussu eiusdem Synodi scripsit hunc* APOLOGETICVM *libellum* B. ENNODIVS: *qui dum Patribus oblatus fuisset, in confessu eorundem iussus est legi; & postea omnium suffragio non tantum inter acta Synodalia, verum etiam inter Pontificia Decreta adnumerari meruit. Huius libelli auctoritate, monituq; Regis Theodorici, Schismatici ad concordiam, communicationemq; Ecclesiæ redierunt, Romanoq; Pontifici Symmacho se rursum subiecerunt.*

runt. Scriptis igitur hac de re litteris, Theodoricum Regem de Ecclesia optime meritum, quantumuis impius & Arianus esset, summopere commendat. Refutat autem hoc libello X. fere capita obiecta ab aduersarijs. Quorum primum est.

I. *Non omnes Sacerdotes ad Synodum Regia auctoritate vocatos esse.*

II. *Non omnes, qui interfuerant, consensisse.*

III. *Impugnatores summi Pontificis nō esse auditos, eorumq; accusationes nō esse refutatas.*

IIII. *Quod Episcopi refragati fuerint Regiæ iussioni, cum in Synodo dixerunt: non esse Regis Synodum conuocare, sed ipsius tantum Romani Pontificis.*

V. *calumnia erat, qua exprobrantes addebant, quod per defensionem iurium sedis Apostolicæ nihil aliud ab ijs prætensum esse videretur, quam asserere Petrum, & successores eius, cum priuilegijs Sedis etiam peccandi licentiam à Domino accepisse.*

VI. *Ex eo quod Symmachus se iudicio Episcoporum præsentem statuerit, falsum videri quod prætendebatur, sedis Apostolicæ Præsulem minorum sententiæ esse subijciendum.*

VII. *Productos testes non fuisse examinatos: quorum testimonia, etiamsi domestica forent, refugisse nō debuisset: cum* CHRISTVS *non detrectauerit seruorum se iudicio subijcere.*

VIII. *Nullum reperiri exemplum, quod Papa ad suorum criminum defensionem vllum Concilium conuocarit.*

IX. *Falsum*

IX. *Falsum esse quod dicebatur, à Rege Synodum postulatam esse.*

X. *Non debuisse etiam quintam suæ causæ cognitionem spreuisse, qui conuentionem præueniens cum populorum cœtibus examen intrauit.*

Has omnes Obiectiones quibus rationibus B. ENNODIVS confutet, Lector si attente leget, intelliget.

Plura Baronius Card. Tomo VI. Annal. Eccleſiaſt. ad annum Christi. DIII.

PRÆFATIO.

a. Ad vet. codicem & Colon. editionem Conciliorum collatus.

b. aut per

c. habendi cupidine

d. exercitium

e abiurat. al. perdat

f. peniculo

Solet dicendi affectum multarum rerum ardor exigere, ſi aut auarus laudis eſt animus, & fauorem deſiderat ſudore mercari, [b] & per blandimenta gloriæ crucem narrantis ignorat; aut lucri aſtrictus compedibus linguæ vendit obſequium: vt dum animus [c] huiuſmodi cupidine ſubiugatus præſumptum æſtimat iam tenere compendium: Sic ingruentia per ſtyli [d] exercitia neſcit timere diſcrimina, aut neceſſitate concluſus, profert eloquium ſine quacunque lima captiuum, & neſciam pudoris frontem monſtrat in medium, vt dum intētioni famulatur diligentiam decoris [e] abiuret. Quia dicēdi ornamenta non ſunt negotij, ſed quietis; nec militiæ ſunt picta verba, ſed otij. Campus fortem poſtulat: pax profunda redimitum ornat. Qui profutura aſſerit, loquelam quæ [f] penniculo artis eſt colorata contemnit. His ergo ita ſe habentibus cauſam

sam narrationis insinuo, & coactam vocem prauorum latratu religiosis mentibus commendo: scriptum esse reminiscens, *Tempus tacendi, tempus loquendi*: vel post fidem Prophetici oraculi, cuiusdam oratoris exemplũ, qui refert, nisi cum necessaria est, dicendi nimis ineptam esse conditionem. Oris ergo ministerium pro ingenij valitudine sacerdotibus, dedi, aduersus quos sibilantium effusa sunt venena linguarum, licet scuto munita Fidei, spiculorum imbrem patientia religiosa non timeat: & ad auctorem redeant tela, quæ sine bellandi arte diriguntur. Quibus enim pro lorica CHRISTVS est, vim non metuunt, & inimicos longa [h] expectatione prosternunt. [i] Quod nec tamen in hac acie prælium putet esse formidini, in qua Deo & Pontificibus infertur sine virium æstimatione certamen? [k] Quisquis ne fluxum, & [l] lacessentem hostem videat, [m] & pro Deorũ causis aduersarium debilem expauescat. Inuidet sibi ipse victoriam, qui conscientia vulneratum aggredi cessat inimicum. Ad lucrum hostis sui procedit, qui in conflictibus non prius causas, quam aliud expendit. dat vires iaculis innocentia, & mucronem acuunt ex æquo venientia vota bellandi. Percutiendi impetum plus iustum dolorem scimus dedisse, quam brachia. Inde paucorum telis multitudo non [n] substitit. Dicente ergo me cũ Propheta, *plures nobiscũ sunt quã cũ illis*: placiturũ bonis, quantũ æstimo, opus incipiam. Suf-

Eccles. 3. 8.

g. dedo,

h. al. exercitatione

i. Quisquámne tamen

k Quisquámne

l. lacissientem v. c. forte lasciuientem

m. & præliorũ causis

n. subsistit

4. Reg. 6. 16.

SVfficeret quidem Schismaticam imperitiã propositione cecidisse, maxime cum secum habeant obiecta responsum,& mereatur titulus sine lectionis discussione cum auctore damnari, cum in prænotatione ipsa significantia operis innotescat immundi
a. dicens Col. a dicentium *aduersus synodum absolutionis*, in-
b. incongruæ. congrue. Ego tamen nunc sic agam, quasi opus sit alieno ense perire mala proponentem. Istud præloquium potest dementissimi
c. hominum tantum insciti æ c hominis tantum insciti æ. Estne aliquis præter vos sic inter oues vlcerosas deputandus,& erraticas, qui magnum gregem potuisset lacessere pastorum? dicente Propheta : *Filios nutriui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me*. Et Dominus de Apostolis : *Qui vos spernit, me spernit*. Quos Episcopos fuisse testatur Propheta, de Iuda dicendo: *Et Episcopatum eius accipiat alter*. Apostolo æque Paulo proclamante: *Obedite præpositis vestris, quoniam ipsi* * *exorabunt pro vobis*.† Sed redeamus ad grauem, & venerabilem non solum
Esaiæ 1. 2.
Luc. 10. 16.
Psal. 108. 8.
Hebr. 13. 17.
* f. *excubant*, Vulg *pernigilant*.
† Nec hic immoremur, sed red. Col.
d. ex alia Col. d ex alcima productam, sed mysticam propositionem. *Non omnes*, inquiunt, *Sacerdotes Regis ad Concilium asciuit auctoritas*, nec
e. iudicationem consenserunt. omnes in e iudicatione senserunt. Mancipia Tartari, & liquidò Satanæ ministri, quoscunque non euocauit scriptum Principis,
f. inuolutionibus serpentibus spiris cauda pert. Col. nouis nexibus & actuum vestrorum f spiris causa pertraxit. Nolo dicere in quo fuerunt voto, in qua deliberatione g descendentes, quibus tædium illa peperit expectatio. Cum
g. discedentes V. c. & Col.

viderent venerabilem *h* pompam longas in vita contra *i* vas ſuum inducias accepiſſe. *k* Videbatur æther tãtum directis à ſe iaculis verberari. His ne liceret infelicibus in malorum actuum conſolatione [&] ſecreto deliteſcere? Libris veſtris *l* denudantur *a*bſcõditi, & per vos in turpi facto habere *m* ſolicitudinem non ſinuntur, dicente Domino in Euãgelio: *Omnis malus odit lucem.* Poſthæc *n* aſſeritis *aduerſarios Papæ Romani dici non debuiſſe, quia prædictum prolatis petitionibus accuſabant* *o* [doloſe, videlicet hoc agentes, eo quod aduerſarios, ſuſpectoſque Canonica Synodalibus clamante in decretis auctoritate in ſuam recipi accuſationem Epiſcopos minime oportuiſſe, vos nõ latuiſſet] Ad aſſertionis fidem iungentes, quod eos iſto nomine præcepta regia non vocaſſent. O homines omnis artis lima compoſitos, & caminis fabrilibus excoctos: qui ad ſtipulationem doctorum deſudata inuenere teſtimonia. Amamus, reuerendi viri, ſententiam *p* veſtram, &, vt aiunt, in ipſam pedibus imus. cognoſcimus errata, quæ dicitis: inimicum vocet aliquis accuſãtem, & Tragico nomine *q* repellit contumeliam non merentem. dehinc, ſubtractam quæſtionem Rhetorica fibula, *r* momordiſtis, allegando. Teſtis eſt Romana ciuitas. ſi omnes Epiſcopi ſenes, & debiles conuenerunt. Ecce orationem veris neruis nitentem, & ipſi *s* cepaſio præferendam, nitore

h. Papam
i. fas ſuum
k. videbant
l. nudantur abſconditi
m. ſolitudinẽ
Ioan. 3. v. 20.
Qui male agit, odit lucem.
n. abſentes
o. Hæc acceſſio ex Colon. Concil. editione.
p. al. veram
q. appellat
r. ſubiunctã ſ. id eſt argumentatione momordiſtis, addendo, allegando.
s. ſ. Seplaſiæ, cepario Col.
v. nitori ſermonem. Col.

x. qui
y. corpore
z. vestrorum
a. Pontificum
b. eruidiendæ loqu. Col.
c. bonorum
d. fatigatione
e. incognitam
f. summa
g. bonarum rerum
*a l. scabroso
h. auia & lolia

sermonum. Ergo [x] quia se ætate valentes, & [y] corde imbecilles esse dixerunt, ipsi se ineptos iudicio esse testantur. quoniam membrorum se dixerunt iam sustinere dispendia, maximè si hoc ingerere clementissimi Domini auribus præsumpserunt. Vos putatis ab vniuersis Dei conspectibus pulsi illo [z] nostrorum more congressuum vbique narranda confundi, & apud Principem de collectione [a] Pontificem alios protulisse sermonem. Nisi quos ętatis maturitas, [b] ordiendæ loquelę fecit auctores, quib⁹ anni veteres reuerentiam contulerunt, qui putabantur [c] honorum meritorum suffragio in longum fuisse seruati. Ipsos ergo de grauidæ ætatis [d] fatigationibus quæri decuit, quos ætas iusserat allegare: viri optimi, subdidistis ex præceptis regijs euocationis causã fuisse iam [e] cognitam, & Italiæ [f] summam moderãtem non fuisse quasi de nouo negotio consulendum plus chartæ & scriptioni religionis debitum, quam præsentiæ principali. Nullus ergo in prædicto negotio titulus remanserat, ad cuius inquisitionem per gentes illud iure præloquerentur exordium. Et hinc digressi [g] bonorum recti in Rege laudatis affectum, & colitis verbis innocentiam, quam actibus ignoratis. Si tamen cultus est in loquela vestra, quam *scabro vomere, velut agentes per deuium aratra proscinditis, marcenti solo [h] lolia commendantes, recepturi pro tali impendio paleas, quibus gehennę in perni-

perniciem i noſtram ignis animetur. Sed nũc (vt quidã fertur dixiſſe) *Quæ quibus antè feram*, contra Apoſtolum dicitis *impugnatores ſummi Pontificis non auditos*, qui cæleſtis mandati memores, partem ſuam à cõſortio adulteri ſubduxerunt. Hic non inceſſo ignorantiam, & rimoſam memoriam non accuſo. Nolo dicere, quod Prophetæ verba Apoſtolo contuliſtis, quia noui & ipſos Apoſtolos recte vocitari, quos miſſos eſſe k non neſcio. Dauid enim dicit: *Furem videbas & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Deinde qui ſe de illa veſtra enodem faciat quæſtione, qua dicitis, in criminibus obiectis, quod non excluditur, approbatur, l & vocem Romanæ Eccleſiæ militibus congruentem; in qua neſcias vtrum prius nitorem prædices, an ſaporem. Putas ne audiſtis legi: *Quod iuſtum eſt, iuſte exequeris.* Audiſtis de malefactis hominum, (ſi tamen aliquando conuerſatio humana vos tenuit) quidquid non ſuis ordinibus approbatur, excludi? Vbi eſt illud Prophetæ? *Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui:* & de m nobis dictum; *Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt.* Væ animabus eorum: ſed quid facto opus eſt? quoties nulla deſperatis medela ſuccurrit, niſi quod implorandus eſt Dominus, qui promiſit per Prophetam futurum ſe *ſuper omne ſuperbum & excelſum, & ſuper omnem arrogantem, vt humilietur.* Sed fœtidum opus veſtigijs inſequar, & n ferrata, ſi

i. veſtram III.

Virg. Æneid. 4. v. 371.

* limoſam Col. pro, tenacem f. imo ſane

k. non nego

Pſal. 49. 18.

l. En vocem

Deuter. 16. 20. Vulg. *Iuſte perſequeris*

Eſaiæ 3. 14.

m. vobis v.c.

Eſaiæ 3. 9.

Eſaiæ 2. 12.

n. ferrato, ſi poſſum, calce

valeo, calce contundam. Vt vere dicam, res cum re, causa cum causa, ratio cum ea, quam putant, ratione pugnabit. o *Oblocutos sacerdotes præceptionibus regijs allegatis, & quoddam sacrilegium creditis, mali aliquid* (cum cœlestem nesciatis) *de terreni Domini iussione sentiri:* Opponendo quis Regi, debuit dicere, Papam oportuisse Synodum conuocare. Certe, quod in hac parte p constat exemplum, illum præcipue, qui criminosis multorum propositionibus iam tacebat; quem hoc fuerat, damnare, quod arguere: cui prærogatiuam cælitus asscriptam hostium suorum q oblocutionem iam tulisset. Ad hanc vos dementiam malorum actuum per gradus suos incrementa traxerunt, vt hoc credatis esse lacessere, quod conuincere. Nec apud vos habeant à veritate differentiam odia, quæ plerumque contra meritum r imperiti, studijs, non rationi obsequentia vota s confugiant. Vbi est illud: *Priusquam agnoscas, ne adiudices quenquam*. Olim vos accepit grex positus in sinistra collegas. apud quos ex præiudicio excepisse sententiam creditur, qui meruit ad examen adduci: Et hoc est reum * existere, quod libram disceptationis intrare. t Prolocutioni tamen optime diuinum subdidistis exemplum. Quod ita quadratis constat alloquijs, vt ipsum in eo v Archisippum tenere lineam putes. *Peccatori dicit Deus: Quare tu enarras iustitias meas?* Huic dicto conserentes, quasi ad sacerdotes apostrophen, quia

IIII

o. obluctatos

p. cõsistat v. c.

q. iam obluctatio tulisset.

r. impensis studijs

s. concinnant. Eccles. xi. 8. iuxta LXX.

* adsistere

t. Prælocutioni

v. Archesippũ for. Archetypũ, vel Chrysippum Psalm. 49. 16.

Beati

Beati Petri Apostoli vicarius æstimatur. * Prohibetis archiatrum eius corpori afferre medicinam: Quomodo vos animæ eius curationem exhibere renuitis. Magnum per diuina ridiculum. an maxima * lanimenta sint nescio. vos alienæ febri curam quæritis, vos fatiscenti animæ medelam adhibere cupitis, & in y luci proximitate positi vestri immemores, de alterius salute tractatis. Quid si illud vere vobis à Propheta dictum? *Nunquid parum vobis est, quod molesti estis hominibus, quia molesti estis & Deo meo?* Et iterum: *Medice cura teipsum*. Sed hinc aliâs nouimus, quia sanari non potest conclamatus, & *improbus in profundum deueniens, mira temeritate contemnit*. Sed credo nunc in istis, & in male * conuersionis suæ morte consilium. Et potest optare quis alteri, quod * ipse non perdidit. Nunc recte vobis cum Propheta dicam: *Omnia quæ loquitur populus iste* b *cõmutatio est, & timorem eius ne timeatis, nec formidetis*. Facessat à nobis, qui in vobis est, pruritus iste linguarum, quos verè idem Propheta arguit: *Scribentes, iniustitiam* c *scripsistis*. *Non nos* d *B. Petrum* (sicut dicitis) *à Domino, cum sedis priuilegijs, vel successores eius, peccandi iudicamus licentiam suscepisse*. Ille perennem meritorum dotem, cum hæreditate innocentiæ misit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuũ luce ad illos pertinet, quos par conuersationis splendor illuminat. Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit?

S. Petri vicarius est sacerdos.

* f. Probetis

x. lamenta

y. lethi v. c. lecti Col.

Esaiæ 7. 14.

Lucæ 4. 23.

Prou. 18. 3.

z. al. conuersationis

a. ipse iam perdidit

Ezech. 2.

b. coniuratio est

V. Esaiæ 8. 12. Esaiæ 10. 1.

c. scripserunt

d. Gratianus Dist. 40. Romanæ & Apostolicæ sedis dignitas.

tollit? in quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt, quæ à loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit; aut qui eriguntur, illustrat. Prænoscit enim quid Ecclesiarum fundamento sit habile, e super quem ipsa moles immittitur. Sed hinc actibus * nostris cælestem potentiam putatis esse suffragio, quod ad præsidium f Beati Apostoli adiutricem (vt dicitis) dexteram g commendatis. Nescitis, stolidi, Solem facibus non iuuari, nec ad præsidium diurnæ lucis lychnos accendi? Scriptũ enim est: *Scrutatur corda & renes Deus.* Sed in illa parte, quis audeat argumentis vestris respondere, nisi quia sine arte dicitur verum: & fides mendacio sermonum h technis assumitur. *Cur*, inquiunt, *ad Principem cõueniſtis, si audiri non licebat impetitum?* Sic vos in stuporem pecualem peccati nebula, aut diuinus horror oblimat, vt verecundam excusationem, aut i fraudem mens vestra transeat, aut belluarum pressa k habitudine non agnoscat. An forte aliud putatis fuisse, quod dictum est, ipsum debuisse Synodum conuocare, cuius opus erat officio, vt vos videlicet per Pontificale examen sententia diuina percelleret, quos à capitis sui compage in salutis detrimento insanus l feruor abscinderat. Post Esau mentionem operi * nostro, nescio verbis an latratibus indidistis, comparantes ei Antistitem vestrum, qui senioris naturæ beneficium m nimis cibi commutatione

e. super quod ipsa moles immittitur
* vestris
f. beati Petri Apostoli
g. cõmodatis
Psalm. 7. 10. Hiere. 17. 10.
h. technis assuitur v.c. pro fraudibus cõciliatur.
V I.
i. fraude mensuram tr.
k. hebetudine
l. furor absc. postes. Argumentationem operi
* vestro Colon.
m. vnius cibi

tione perdiderit, & primogeniti n canam dignitatem amiserit, faucibus obsequendo. n. caram dign Gen. 25. d.

. Ad ista quid referam, qui ex omni obiecto- o. At ista
rum parte concludor? Quis, rogo, vestrum Symmacho benedictionem, dum patri plus deseruit, eripuit? Cui tantorum munerum p Iacob voce est collata nobilitas? Quis ex p. Iacob vice Col.
vobis cæci parentis desiderijs pariturus occurrit? Quis vestrum deuotione sua genitorem venerabilem, captum oculis, nulla fecit lucis damna sentire? Nonne collatione tenebrarum vestrarum nox putatur per sudum rutilans iubar ostendere, & omnis obscuritas actibus vestris collata decorem q lucis assumit. Præterea tum Iacob, quamuis q. Solis Genes. 48. 15.
congruentem moribus filij benedictionem, tamen contulit iam promissam. Nunc quid r. Nam quid, Nunquid
his longius immoramur, cum docendi non sint, qui calces stimulis intulerunt? Credite mihi, pacis inimica sunt, impugnationi non sunt idonea quæ profertis, sed sequitur vinculum cum ænigmate, quod nescio, qua replicationis arte soluamus. Tullianæ enim profunditatis pelagus ingressi s copulam ves- s. Combulam Col. male. cymbulā nostram v. cod.
tram quæstionum flatibus per litorum incerta transmittunt: in qua tamen CHRISTO clauum tenente portum ingrediar, & sigillatim de turbinibus vestris vniuersa discutiam, habiturus in ductu illorum facultatem, nō meam. Aiunt enim (t si varia est Epi- t. si vera est Epis. v. c.
scoporum assertio) sedis Apostolicę Præsulē minorum nunquam subiacuisse sententiæ;

cur ad iudicium districta conuentione
v. perductus x. in vobis
v productus est? Multum quidem annosa hic
x in nobis laborat infantia. Cui ille aduo-
candus est, qui ineluctatæ nobiscum semper
pondus propositionis exuperat. Cum mani-
feste pro sacerdotibus cum Propheta clami-
Esaiæ 10. 15. tem: *Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea: aut exaltabitur serra contra eum, qui trahit eam?* vt sit mihi illud suffragio diui-
Ibid. Vulg. *Quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui vtique lignum est.* num oraculum: * *Quomodo si cessauit exactor tributum quiescit; ita, contriuit Dominus baculum impiorum.* Tribue, Domine, quod prædixisti in illis, vt *sicut errat ebrius, & vomens*; ita pereat incredulus, qui infideliter agit. Propter hoc Propheta vobis y insultans vociferatur: *Audite verbum Domini viri illusores.* Quisquamne cau-
Esaiæ 28. 14. z. sancit sarum ex præcognitione z sentit euentum, &
a. pernix rabidis terminum positurus conflictibus, sic
b. *inquisitioni*: in inquisitione seniori innotescit, anticipet fauorē, cēsentis famam accusęt. Col. metitur, vt a pernox decisio, dum b inquisi-
tione esse senior innotescit, fauorem censen-
tis accusęt. Nunc paulisper ore, actibus,
annis c indignus, Pontificali voce vos ar-
guam. Nos qui statuta nostra non vna apud
vos d volumus lance constare, quibus de
impugnatorum qualitate lati sunt Cano-
nes: apud quos nefas est cana Patrū defini-
ta transcendere. Quibus scriptum est in Car-
thaginensi Concilio, quod Apostolicæ sedis
per Faustinum Episcopum (qui tunc ab ea
missus interfuit) probauit auctoritas, *Accusa-*
toribus de inimici domo prodeuntibus non creden-
dum. In quibus odio succensa vicinitatis per

VII.
c. indignos
d. voluimus
Carthag. Cōc. VII. cap. 4. Et Afric. Conc. cap. 98.
Vide I. C. de Domestico teste.

nutri-

nutrimenta arida flammam [e] persecutionis exsuscitat, & vniuersam doli fabricam sumptu, & machinis cohærentibus secreta dispositione componit. Istos quæ domus euomeret, qui scire potuisset nostra collectio, nisi præsentes? Et impugnationis qualitatem, vnde nisi ex scripta propositione didicisset? In quibus sentinam criminum, dum simulatò ferunt, persecutionem se debere criminibus, agnouisset? post-illa, quæ de accusatoribus prolata sunt, addidistis. cur [f] præiussæ sint præsentari, quas sæpe imperialis flagitasset auctoritas, ad defraudationem [g] ingenij pertinere eius, qui nunc in sede Apostolica, quasi in quadam [h] arte, consistit. Vere vobis dicit Sapientia: *Homo infirmus, & exigui temporis, ad intellectum non peruenier, sed laboret vt sciat, quid acceptum sit apud Dominum:* Et iterum dicunt Prouerbia: *qui odit sequi, negligit studia. imperitis enim obuiat mors.* Quid illam, quæ ex viperina scientia descendit ignorantiam fingitis? quid adhibetis mira latrocinandi arte præstigia, simplicitatem fronte monstrando? De vobis vere dictum est: *Qui loquitur mendacium, ex proprijs loquitur.* Istam lætitiæ faciem ex iudiciorum censura venientem, vafra prouisione sacerdotis vestri oculis abstuliistis, vt [i] cum talibus aduersus acies vestras instructum [k] munitionibus, & innocentiæ in testimonio orbis tela deferentem, ab ipsis iudiciorum adytis [l] pelleret: Prouidentes, vt

e. persecutionum
f. personæ iussæ
g. al. genij
h. arce
Sap 9. 5.
Prou. 8. 36.
Ioan. 8. 44.
i. eum talibus
k. monitionibus
l. pelleretis; prouidentes

nec sine impugnatione insons viueret, nec haberet solatium de incorrupta iudicum inquisitione pulsatus. Vos præfato & dediſtis & inuidiſtis [m] examine, cum vno eodemque itinere à vobis disceptationum dubia subire, & prohibetur & cogitur, & per singularem callem, ad causam [n] ardendus euocatur, ne manifestam salutem, aut non lacessitus obtineret, aut subriperet absolutus. Adolescentiæ meæ memini me [o] legisse temporibus, de quodam dictum, *Exuli exilium imperas, nec das*. Vos impetit Prophetæ sententia: *Isti sunt viri, qui conturbauerunt terram, & qui concusserunt regna*. Et iterum; *Excidentur ramusculi eorum falcibus, & quæ delicta fuerint, abscindentur*. Et rursus: *Dum [o] non speratis, veniet contritio vestra, et comminuetur multitudo vestra, sicut lagena figuli*. Nec non Propheta ad hanc causam specialiter locutus intonuit: *Dominus inclinabit manum suam; et corruet, qui fert malis auxilium, et cadet cui præstatur auxilium, simulq; omnes consumentur*. Redeo tamen [p] post vetusta exemplorum [q] suffragia ad nouellas Canonum definitiones. Clamat in alio loco Carthaginēse Concilium: *Quascunque ad accusationem personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum, & nos [r] læticiam submouemus*. Et nullæ accusationes à Iudicibus audiantur Ecclesiasticis, quæ legibus sæculi prohibentur. Quæro à vobis, viri, quibus indita est ad vnguem polita perfectio, cuius conditionis fuerint ista manci-

m. examen

n. arcendus

o. In Seneca Tragico, Act. 3. sce. 2.

Esaiæ 14. 16.

Esaiæ 18. 5.

Esaiæ 30. 14.

o. non prosperatis

Esa. 31. 3.

p. post multa

q. suffugia,

Carthag. Conc. VII. cap. 2. & Afric cap. 96.

r. licentiā submouemus

mancipia, quæ poſtulata ſcriptis principalibus intimaſtis? Si ea *f* ſeruiliter adhuc in poteſtate alterius catena retinebat, & nulla ab obſcœnæ obligationis compedibus veſtigia in libertatem miſſa laxabant, vel vobis diſceptantibus fidem aliquam prædictorum verba portaſſent. Sed credo, replicabitis veritatem, quam ſponte prolata in illis vox habere non poterat, hanc diuerſis, crucibus è latebris ſuis *v* religioſus tortor exegerat; vt dum pœnis corpora ſoluerentur, quæ geſta fuiſſe nouerat *x* omnia, non celaret. Sed, quæſo, primum ad leges publicas, deinde ad iudices ora conuertite, qui poſſunt in defenſione *a* ſic eloqui. Nos, quos Dei ſeruitium poſt iſtarum rerum *b* obiectionem fecit ingenuos, qui ſeruulorum inſultantium contumelias aut deſpicimus, aut ridemus: quibus ſcriptum eſt de famulis per Apoſtolum: *Mementote, quia* *c* *pater & illorum Dominus in cælis eſt*. Ad hæc ſęculi mala reuocabimur? faciendum à nobis eſt, quod *d* facientem alterum profanum eſſe contendimus? quod per miniſterium iuſſionis, & manus alienæ *e* incitarint aſpectum, noſtro peragetur imperio. Nolite hanc *f* ad vniuerſas Eccleſias vmentem, rapacium luporum more & natura, * ſeruare. Quia poſtquam nos maculaſſet forte pro deſiderijs veſtris cruenta diſcuſſio, effectum in his quo tenditis, non habe-

f. ſeruilis

t. al. cruciatibus.
v. al. rigoroſus

x. anima non celaret

a. ſua ſic
b. abiectionē

Epheſ. 6. 9.
c. quia veſter & illorū v. c.
Epheſ. 6. 9.
d. faciente altero
e inceſtarint
f. aduerſus vniuerſas
* al. ſeparare.

haberet. Sed dicente vobis Propheta: *Ponamus circulum in naribus vestris, & frænum in labijs & reducamus vos ad viam qua venistis*. Qui eodem Propheta asserente impugnamini, qui dicit: *Erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt vobis*. Hoc etiam [in] nouo aduersus nos subdidistis inuento *ipsum Dominum, & Redemptorem nostrum seruorum subisse iudicia*, & cæli *f* peritorem particulæ cuidam sponte subiacuisse terrenæ, dum testatur & loquitur: *O Iuda, & qui habitas Ierusalem; iudicate inter me, & vineam meam*. Hoc etiam Beatum Petrum, hoc Paulum Apostolum non horruisse narratis, & *g* illam nostram elegantiam ad ius pertrahitis exemplorum nexibus præcedentem, quasi vobis in hac parte remanserit *h* cum pœnitente contentio, & validis facundiæ vestræ digitis exigantur oblata. Samuëlem etiam Prophetam, *i* membrum de conscientiæ suæ serenitate vulgi dicitis imploraſſe testimonium. Quid enim Samuël dixit? Scire Deum quod nullius vnquam substantiam, nullius pecus * elegisset, aduersatum se muneribus, & quod est supra hominem, sponte venientia dona vitasse; prouidens scilicet, *k* ne per suspicionem prouidentia opinionis damna pateretur. Postremum sub diuina attestatione patefecit innocentiam, ne humanum subiret examẽ Redemptor noster, iudicium quod inter se & vineam suam optat euenire; dum vestra in præsenti negocio mala respicit,

Isaiæ 37 29. 4. Reg. 19. 28.

Esaiæ 41. 11.

f. operatorem

Esaiæ 5. 3.

g. illa vestra elegantia ad ius pertrahetur v. c. Col. illam vestram eleg.

h. cum renitente

i. mirificum de consc.

* abegisset 1. Reg. 12. 3.

k. ne suspicionum præiudicia v. c. ne pro suspicionum præiudicio, opinionis Col.

ſpicit, magis implorat. Sanctus ATHANASIVS Alexãdrinæ vrbis Epiſcopus, dum participũ vestrorum argueretur inuidia, agnoſcens ſibi per contumeliarum multitudinem exercituum contingere, non timorem * verè ad coronæ preciũ iunxit, quod de dignitate ſubmiſit: Et ante cæleſtem de abſolutione ſententiam perſonam rei innocentiæ bonus æſtimator impleuit. Sic enim CHRISTI milites ſudore ſuo honorum ſibi incrementa parturiunt, dum conceſſa faſtigia celſiore humilitate caſtigant; inde laudum cumulos mercaturi, vnde indepta culmina ſublimi m perdicitate moderantur. Sed quamuis Beatum Athanaſium Romano Antiſtiti (quantum noſſe datur) imparem locus oſtendat, n ſanctis tamen in negocijs comparantur. Ille præſto fuit iudicibus, iſte, quantum & vos dicitis, aduocauit. Ille intentatam diſcuſſionem, vt Dei famulus, non refugit; iſte triũphi o ſui indiſcuſſorum collectione conſtituit. Sed quid his longius collationibus immoremur? Iudicia & iſte voluit, amauit, attraxit, ingreſſus eſt, & quod poſſet, fidelium corda doloris iuſti aculeis excitare, venerando concilio auctoritatem etiam contra ſe, ſi mereretur, indulſit. Quis in hac allegationis ipſius fronte neſciret fultum ad coëpiſcopos puritatis teſtimonijs conueniſſe, qui hoc quod p diſtrictionem eorum minus licebat exhorruit, æſtimans illud magis quolibet modo labe-

B. Athanaſius.

l. exercitium. v. c.

* ad veræ coronæ

m. parcitate v. c.

n. facto tamen

o. ſui ſpem

p. diſtrictioni vel per diſtrictionem

labefactandum, quod statuisset censor inualidus. Quid præfatum incessitis canina loquacitate? quid læditis non merentem? Votum eius est, quod vestrum putatis esse terrorem, sed * astutior in vobis quã in Athanasij aduersarijs nouelli virus serpentis insibilat. Illi nescierunt, quod vos optime calletis, [q] qualis triumphus tolleretur impetito. Illi prouocatum, ne audiendus non occurreret, formidabant: [r] vos moram quam habebant examina non ferentes venientem iaculis repulistis, & tædium vobis de sententia præparatũ armorum vltricium assumptione commutastis. O malorum commemoratio, quæ vocem & præstat & subruit, dum illos, quos in clamorem coëgerit, eorum etiã grauitate facti verba confundit. Quis patiatur vos æquo animo garrientes? Ergo nos secũdum assertionem vestram nouellę [a] docilitatis commoda non amamus, dum definitis senioribus præstamus obsequium. Hic tota ingenij vela suspenditis, hic resupinæ ceruicis [b] excessu pectoris quidquid [c] habuit flaminis ructus euomuit. [d] Amant enim Mosi à vobis ieiunia, & Helisæi miracula, quæ egit, dum mortuum suscitauit: si annosa tantum sectamini, [e] condemnantur. Quid hic rationis inuenit scrutator idoneus? Non si auri [f] pallidus inquisitor occurrat, in sensibus vestris latentium venarum motos inueniat, & insuetis lucem latebris sermonũ fossor admittit. Idcirco ergo cana miracula non

* astutius

q. qualiter tri. tolletur v. c.

r. vos morem, quẽ habebant examinari nõ ferentes, venientes iaculis repulsis.

a. vtilitatis

b. ex secessu Col. v.c.

c. habuit spiritus flaminis

d. Aiunt enim Mosin

e. confunduntur, Col. & *tamen*, pro *tantum*

f. callidus C.

non probamus, ii[g] iuuenilibus consensum non præbemus excessibus, si seruũ domino, discipulum magistro, Euangelij memores, subiungamus; quidquid potuit prodesse negligimus? Alia sunt, improbissimi hominũ, quæ ad vsum recentẽ sine iniuria vetustatis adhibemus. Nouã[h] demum culpã, & quã inuestigatio nostra transierat recluſistis: *Quare Papa sine exempli instituto præcedentis Synodũ conuocauit, vt de criminum eius obiectione cognoſceret.* Posthæc nos falsitatis arguitis, cur à Principe, quæ in præfato negocio scripta sunt, dicimus postulata. Præsta, Domine, vt Labyrinthi huius[i] siue erroris sinuosos superemus anfractus. dirige semitam, quam[k] flexilis coluber iuxta fabricã proprij corporis aut mentis operatur; vt verè dicamus: *Dominus virtutum nobiscum: adiutor noster Deus Iacob.* Et cum Salomone exultemus dicente: *Equus paratus[l] in die belli; apud Dominum autem est omne præsidium:*[m] Super foraneum quidem est absurdis respondere propositionibus, dicẽte Propheta: *Ne respondeas imprudenti ad imprudentiam eius.* Sed si quid[n] conceptus transierat, vereor ne quasi validum putetur: non tetigisse, formido. Melius nobis est cũ B. Paulo insultationis causas incidere, & plena voce testari, *factus sum insipiẽs: vos me coegistis.* Hoc cine ergo[o] vllo constabat exemplo, vt sacerdotum Papa Concilium conuocaret, cuius arbitrium est collectio Synodalis? aut parua erant, quæ de[p] nostris cum hac multitudine facino-

g. iuuenibus

Matth. 10. 24. Luc. 6. 40. Ioan. 13. 16. & 15. 20.

VIII.

h. deinde

i. sine errore

k. flexibilis

Psal. 45. 8.

Prou. 21. 3.

l. ad diem belli

m. Superuacaneum Prou. 26. 4.

n. contemptus transierit

2. Cor. 12. 11.

o. nullo

p. vestris

facinoribus damnarentur. Nonne directa verba sunt Canonum? *Quicunque clericorum ab Episcopo suo ante sententiæ tempus pro dubia suspicione discesserit, manifestam [in] eum remanere censuram.* Ad huius rei ministerium deuotum Deo oportuit agmen occurrere, vt perditi & profligati gregis vlceribus Medicorum exercitus subueniret. Quia quoties morborum violentia celeri gressu ad animæ secreta festinat, [z] obuiat manus afferre non potest salutare consilium, nisi ex collatione multorũ. Nam & hoc, *A Rege vestra popposcit allegatio, vt abscissis clericorum præiudicijs de accusatorum Papa merito [a] per humanum os supernum iudicaret imperium.* Videamus tamen, si placet, & illas [b] didascali libelli vestri relegamus argutias, habentibus etiam nobis ante oculos Patrum sanctiones [quibus] excessuum [x] nostrorum sententia ponderetur. Lex Ecclesiastica Pontificem ab alijs accusatum, priusquam sub luce obiecta constiterint, exigit non relinqui. Vos vero diuini, vt puto, iuris memores, qui leuia errata despicitis, qui peccati nobilitate gaudetis, ne vna vos ex desertione sacerdotis culpa respiceret, [y] accusastis cum incrementis delictorum. Ad hanc vos valetudinem ille, qui est præuius vester, adduxit, vt post desolatum, post impetitum Pontificem sine [z] illius vigore sententiæ, totius pæne Italiæ improbandam Antistitum crederetis esse censuram. Quomodo quidam dixit de cohorte vestra.

Dist. 8. q. 4. Nonne directa. q. eum manere censuram,

z. obuias manus consolatione IX.

a. per manum Col.

b. didascalici v. c. disputatoris didascalici Col.

x. vestrorum

y. accusatis,

z. illius rigore

Festi-

Festinantem animam morti non credidit vni.

Potestne mens [a] docilis, criminū iam ditata successibus à detestabili proposito [b] velut effecta feriari? Ille vos his locupletes malis effecit, cui elationum copiæ opes angelicas sustulerunt. & diuinum censum nocendi, quo exuberat thesaurus, inuidit. Sed [c] promissi memores, vniuersa, quæ operi ipsorum recolimus inserta, tangamus. Arguitur stylo splendidissimo *Papa Symmachus, quare conuentionem præueniens cum populorum cætibus examen intrauit, [d] & posita iudicia, cum euocatus quater fuisset, [e] spreuit.* Sic à vobis veri discessit affectio, vt [f] mandatorum nebulis, Vrbis testimonium putetis inuolui, & fallaciæ [g] peniculo depicta verba plus virium credatis habere, quam veritatem Roma quam retinet. Ergo ne ille [h] disceptionem, vel importunus adijt, vel exspectatus aufugit. [i] & ne illam multitudinem [k] deuote Deo plebis, non pro fidei diligentia Christiana magis expectatio, quā furor euocauit. Quisquamne [l] miserandam violentiam currens lacrymas comites habet, & qui studet esse formidini, vultum timentis ostendit? Multitudo illa iuncta sacerdotis officijs attulit ad nos lamenta, non iacula, nec venit telis minax sed fletibus miserabilis. Vna tantum intentionem vestram ostentatione grauatura, quia vberibus oculorum [m] flaminibus demonstrabat, [n] quod esset per acerbitatem vestram conditio dolenda pulsati, & in so-

X.

a. indocilis
b. velut effœta
Esaiæ 14. 12.
c. promissionis
d. & postea
e. spreuerit.
f. mendaciorū nebulis
g. periculo
h. disceptationem
i. Ergo ne
k. fort. deuotæ
l. ad inferendā
m. fluminibus
n. quam esset

o. examinis afflictione

brietate venerandi o ex annuis afflictione propria commendabat, quem voce non poterat. Sed habetis manifestum ex hac re quibilem furor accendat, quia pænè absolutus ad iudicia venit, pro quo orbis illacrymat, & dum rebus extraneam in prædictum inuidiam sermone colligitis, paulisper reuerentiæ nostræ p diuturnæ superbia submittitur. Sacram enim congregationem tunc vocatis, quando extinctorem q vestrum Symmachum vultis asserere, & r creduli pietate honori nostro putatis accrescere, quod residens in Ecclesiarũ arce perdiderit. s Nos ista nõ solũ non sensimus, sed diuersa sentimus. Ad alios magis tutelæ t nostræ venena conuertite. Non habet testimonium defensoris, qui u repugnandi impendit oris obsequium. Perdit, quã esse putat, beneficij gratiam, qui aliquid * parat inuito. Quia non est munus nisi y quid velit accipere. Nunc longa non opus est admonitione, z iam perdidistis. odium debemus operi, de cuius iam non supereſt, quod damnetur auctoribus. Mulierum turbas asseritis vrbanis coloribus cum præfato ad iudicia conueniſſe, & illa vestra subtilitate * ostenditur sexus, qui maiorem Antistiti debuisset affectum. Profanissimi hominum, scriptum retineo: *Aliud est male dicere, aliud accusare.* Et Prophetam a dixisse: *Reprobantes verbum, speraſtis in calumnia, & in tumultu, & * estis in eo. propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio.* Quia pro nobis

p. diu cerux superba

q. nostrum

r. crudeli

s. Nos ita

t. vestræ

u. repugnanti

*. præstat

y. quod velis

z. iam perditis odium

* obtenditur Col.

a. Esaiæ 30. 12.

* Vulg. *innixi estis super eo.*

bis dicit Dominus: *b Eos verò, qui iudicãt vos ego iudicabo.* Et iterum ad seruos suos dicit: *c Nolite timere opprobrium hominum, & d blasphemias eorum ne metuatis.* Rursus etiã vobis clamat. *e Accedite huc semen adulteri, & fornicarij. Super quem lusistis, super quem dilatastis os, f & eiecistis linguam? nunquid non vos filij sceleſti estis, semen mendax?* Quæ quibus copulatis aduertite dicẽtes, indicta causa, derelictis defensoribus. Papa decessit fori nobis in negocio præsenti, & platearum, quarũ estis hypocritę exempla proponentes. Nobis scriptũ est per Paulum Apost. *quibus crucifixus est mundus,* quid illis cum foro. Sed ista nescitis, aut, quod est grauius, nota contemnitis. Peregrinũ credo aliquid, & à ratione separatum postulans Papa discessit. *g* Non hoc separat pro statu labentis Ecclesiæ pastorali cura constrictus, quod & religiosa prouidẽtia, & causæ ipsius ordo flagitabat? Quæ enim iudiciorũ forma præcesserat, vt vobis hostiliter disruptis, etiã per suggestionem vestram, sublatis Ecclesiæ opibus, qui diu fuerat cibus esurientium, famis mancipium videretur effectus, dum alimentis distributor egebat, vt fieret in dominatu seruitus, & seruitute dominatus? Quæ hoc qualitas *h* præcedentis eius per memoriam in medium transacta reddebat? Qualis habuit effici ex censura conuictus, in quo causam adiudicatio præcedebat. Non fuit priuilegium, quo spoliari potuit iam nudatus. Vnum vobis *i* putatis residere in

b. Esaię 49. 25.
c. Esaię 51. 7.
d. *blasphemiã*
e. Esaiæ 57. 3.
f. *& egistis linguam*
Galat. 6. 14.
g. Nonne hoc separauit
h. præced. æ. ui per mem.
i. putastis

k. subsidium

sacra collectione k præsidium, vt ad tuendorum immanitatem criminum sacerdotes vobis comites iungeretis, & fieret impunitum facinus pollutione multorum. Nunquam conuenienti tempore censor adscisci-

l. pœnæ Col.

tur, qui ad decisum l pene negocium conuocatur, criminosi, etsi est meritum, tollit accusator, qui in eo plus furori suo vult licere, quam iudici. Dicit enim vos impetens Pro-

Esaiæ 17.14. Esaiæ 18.

pheta: *Hæc est pars eorum qui vastauerunt nos, & sors diripientium nos.* Ite angeli veloces ad gre-

m. ad populū terribilem

gem conuulsum & dilaceratum, m & Prophetam terribilem. Ad vos angelus missus est scilicet per sacerdotes, quorum voce atque merito perferenda Christo dona suscipiunt, & placato dominante impetrata mortalibus vota concedunt, per quos vobis oblata sunt munera repudiata concordiæ, qui pœnam merentibus dilectionis præmia detulerunt, qui dum se considerant, in nullo

n. merebamini

quod n merebantur, respexerunt. Quis eum, inquiunt, vidit cum accusatoribus suis aperta, vt aiunt, pugna confligere? Impu-

o. omnium

dentissimi o hominum, p quemcunque vultis

p. quem, cum quibus vultis

decertare, respicite, & vtriusque partis, si quid salutis in vobis resedit, loca, tempora,

v.c. qui, cum quibus vultis. Col.

personas attendite, & si vos q nefariè comesta cordis adhuc praui non subegit opulentia, oculos r ad Deum paulisper attollite, &

q. nefaria congesta

r. ad Dominū

vel breui tempore sinistri monitoris iussa cōtemnite. Agnoscitis summi Regis præceptionibus vos in his, quæ merito plectenda

sunt,

sunt, non muniri, quia quamuis responsi qualitatem * dictent dogmata ſ postulari, & petitio dum exiſtit præuia, quæ sint secutura, describat. Nunquam tamen cassibus vestris libera t regnantibus verba cœpistis, nunquam [desiderijs] per aucupia callidi-tatis imperialia vobis scripta militarunt. Quoties vanis hiatibus nocendi inefficax morsus increpuit, v quoties de accusato quidquid spe tenuistis, x effugit, & vacuos imago præsumptione occupata, deseruit. Deo gratias, qui hanc y prouidentiam indidit ei, cui rerum humanarum summa commisit. Spes certa quietis est, & salutis perfecta in z gubernatione sapientia Puppis, cuius magister ad claui regimen intellectus dote præparatur. vbique stationem, vbique portum habet in fluctibus. Certa est generalitatis securitas, quando a rem puram nobilibus regit artibus institutus. Scit imperatoris nostri cœlo infusa dispensatio obuiam manum famosis b infallentem ingenijs exhibere. Labore apud eum non opus est, quem sortita est olim nuda veritas defensorem. Cessent c impij commentitia apud illum simplicitatem fraude mentiri, quidquid d se aduersus iustitiam mouerit mox tenetur. Nihil apud e prædictam tutius innocentiam est. Legatione valida vtitur, qui æquitati res congruentes insinuat. Quæ grauis est plerumque Principibus impugnatio, minus fidelium blanditijs non ligatur. Sed hæc

ſ. postulati
* dicēt dogmā postulata Col.
t. regnantis
v. toties
x. aufugit
y. prouinciam
z. gubernatore
a. Rempublicā
b. in fallendo
c. impia
d. sit, dum iustitiā nouerit
e. prædictum totius innocētia est.

Deo melius narrantur, à quo frugis huius [modi] planta descendit. Ad vos me reducit propositi operis non amica conditio, *f* qui melioribus hactenus operam volui nauare sermonibus, dum captiuam orationem exigit imperiosa necessitas. Dixistis enim, quomodo de causa vel qualitate eius primitus tractabatis, cum *g* nondum haberet Synodus firmitatem. O frontem dictionis immundæ & faciem libelli, quam non sola maculauit imperitia. *h* Tractus nostri prouinciam & narratis & quæritis. Hinc eramus nempe dubij, quia, quemadmodum loquimini, non habebat Synodus firmitatem. *i* Transibit negocij qualitas audituros, & plus adhuc remanserat in reuerentia pulsati, quam esset in nostri integritate collegij. Deinde *k* pro quæstionum tormentis Venerabilem *Laurentium* & *Petrum* Episcopos à communione Papæ se suspendisse replicatis, & quidquid prouidit *l* cautio conuocatorum ducitis ad crimen impetiti. Vllone ergo tempore, dum celebrarentur ab his sacra Missarum, à nominis eius commemoratione cessatum esse? *m* vnicuique pro desiderijs vestris sine ritu Catholico, & cano more *n* semiplenus nominati Antistites hostias *o* sustulerunt? Aliquādo *p* quid capiti nostro adscribatur facta est apud Deum offensa per gratiā, & *q* exultat nutrix nomine, peccati mater oblatio. Fuerunt quidem corporis tantum conuentione separati, quos loqueris, animarum tamen

f. quoniam
g. necdum
h. Tractatus
i. Transibat
k. al. post quæstionum torrentes
l. cautio
m. vnicuique pro
n. semiplenas
o obtulerunt
p. quod capiti vestro
q. extitit nutrix peccati veniæ mater oblatio?

men præsentiam non vitarunt. Si eos putas à consortio mutuo dissociatos, quos fibula religionis pio mordens dente coniungit, procul te ab æstimatione Catholica culparum duxit affectus. Mandati cælestis [r] habitatio, nos aut miscet aut separat. Non interest quæ interualla nos segregent, si vno in superna mansione [s] cum claui retinentur. Vere hinc [t] conijcimus vos esse seruos ventris & corporis, & * per hanc finem vestræ vtilitatem declaratis mancipia vos esse terrena. Scriptum est enim: *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus.* Posthæc versis in fugam ordinibus, lymphatici more sermonis addidistis; [v] *generalia concilia sacerdotum Ecclesiasticis legibus, quotannis decreta per prouincias, quia præsentiam Papæ non habent, valetudinem perdiderunt.* Legite, insanissimi, aliquando in illis, præter Apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum, & non de maioribus negocijs, ad [x] collationem (si quid, [y] occurrit) præfatæ sedis arbitrio fuisse seruatum: sic enim habes: *Si quis Episcoporum iudicio prouinciali depositus fuerit, Romanum Papam, si placet, rursus appellet, & ipse, si videtur, reparet iudicia in opitulatione damnati.* Ecce enode est, quod ad laqueum præparastis, [z] in forte arctissimis in illa parte nexibus adstringamur, & replicationum nobis itinera non patescant, dum callis ante peruius, dumetis nouella intercluſione vestitur. His enim nos eloquij

r. obauditio.

s. conclaui retinemur

t. cõuincimus esse vos Col.

* per hãc sententiæ vestræ vilitatem declaratis

1. Cor. 2. 14.

v. *Ergo concilia*

x. consolationem

y. occurrerit) Sardicẽ. Cõc. c. 3. *De appellationibus Episc. ad Rom. Papam.*

z. nisi forte

f. ni forte

vepribus, dum gradimur per plana, retinē-
* ipsum tis, cum dicitis, *læsum principem. Quare
a visitatorem attributum a visitatione contra Ecclesiasti-
cas regulas prima voluimus frōte discedere,
& nihil amplius liceret hunc vitijs, ne du-
resceret lolium, ne profana messis nulla di-
sciplinæ ante maturitatem succisa falce de-
cumberet, & putaretur licere, quod iudices
non vetabant. Vnde ex aperto constat, nulla
vos extra præstantiam pijssimi Regis, quam
frustra desideratis noxæ copulari, exemplo-
rum auctoritate fulciri. Superest vt & ipsū
doceam in his excessibus, quod bono vni-
uersitatis contigit non teneri, quia directum
non occasionem litis, nec fomentum iurgij,
sed causam voluit esse concordiæ; præui-
dens scilicet, quod nisi simplicem iussionum
suarum tutela vallaret, cito in escam dissidij
toxica vestra subreperent. Scriptum est
Prouer. 14. 15. enim: *Vir simplex credit omni verbo*. Idcirco
mandati limitem fixit, quem nulla liceret
b. Præfatum transgressione violari. b Præfatam ad Beati
Petri basilicam mox Romam perductus
fuisset, mandauit occurrere, faciens de sacer-
dotis voto Regis imperium. Quis enim non
putaret Pontificem sponte pariturum in ea
parte, quam licere sibi Princeps non credi-
dit, etiamsi vetaret? Ibique Papam ab eo sa-
lutatum suo ore iussit affari, vt traderet coē-
piscopo mancipia nullis subdenda tormen-
tis, seruāda profectò ad disceptationem Sy-
nodalis examinis. O castitatem præcepti,

quæ

quæ dum facem præsentibus præfert temporibus, in vmbram cogit antiquam, quæ rapit lumen veteribus, inauspicato splendore nouitatis. Quis hoc lingua diues cuiquam merito pauperi, vel opinionis fabricator adiunxit? Quis taliter [c] commentitijs laudibus locupletauit fama Dominum, actuum suorum veritate mendicum? Non derogo vobis de scriptoribus, quorum beneficio contigit ornata ad nos maiorum gesta perduci; sed Dei beneficia non tacebo, quia Princeps noster rebus superat decora sermonum, si obnoxiam linguis gloriam non requiret. Ad laudem suam iniuriam credit esse quod iungitur. Respicite quasi libra, qua dispensatione [d] venerabilis causarum trutinator inspexerit, vt cum petitioni vestræ effectus artifex [e] præpararetur, in omnibus tamen iura Ecclesiastica custodiret. Quæ ad hanc æstimationem, (quamuis [f] acutiora ceteris) corda sufficiunt vno tempore, vna scriptione, sine æquitatis detrimento, desideria vestra supplentur. Et eadem charta ad ministerium religionis, & vestrum destinatur ad gaudium. Boni enim Principis [g] præuidit inquisitio, seruilem assertionem innocenti examine non probandam. In electione enim venerandorum iudicum ipse accusantes extra ordinem repulit, ipse ad spem retulit accusatum. Videamus tamen, ista si facta sunt, si Dei inimici, & iam terreni Domini nō fuistis, dum CHRISTVM & Regem parili

c. commendatitijs

d. munerabilis Col 1. edit. *vnde hæc accessit periodus.*

e. præstaretur

f. accusatiora

g. prouidit, vel peruidit

temeritate deſpicitis, & vnus vobis ad vtramque contumeliam ductus eſt criminum deſtinatus Antiſtes, ab ipſo complendę iuſſionis confinio oris veſtri [h] ſpiris abripitur, & ad [i] innocentiam confuſionis aptatur, qui paci militaturus aduenerat, inuiſis Beati Apoſtoli liminibus ad vſum furoris veſtri iam neſcius ſui aduocatur, & illud, quod ex omnibus orbis cardinibus deuotos attrahit, poſitum in vicinitate [k] traxiturum, Eccleſiarum fundamentum adire non permittitur, ſtructura mediocris. Tunc ſpem bonorum fructuum perdidit à radice ſeparatus. Dicatis forſitan, Apoſtoli genio decerpi, ſi putatur cœli ciuis terrarum locis includi. Tamen, quamuis benedictio poſcentibus vbique pręſtetur, & exigat pręſentiam Martyris fides, & deuotio ſupplicantis, negare non poteſt, diligentiæ natali ſolo plus tribui, & maiorem affectum loca impetrare, de quibus ad ſuperna tranſitur. Quam fidem allegationi curationum multitudo iam prę-
ſtitit, & [l] vtimur poſt obſidionem diabolicam teſtibus iam ſanatis. Hæc licet per redemptionem noſtram in toto orbe celebrentur, eſt tamen non modica monumenti illius per frequentiam comparata nobilitas. Quia per eum, qui hominem mutauit in Angelum, illuſtrari potuit natura telluris. Hanc viſitatori veſtro inuidiſtis gratiam, æſtimantes, quia errorum veſtrorum ſectator eſſe deſiſteret, ſi reuerendæ paſſionis penetralia

h. ſpiritus
i. incentiuam
al. incētiuum
k. tranſitur,
l. vtitur

netralia contigisset. Ecce non habetis in Regia auctoritate subsidium. Ecce post cælestem commotionem iuste vos; & principales, quam sperni fecistis, censura percellit. Videamus, si supereſt aliqua de regulari propositione defensio. [m] *Visitationis*, inquiunt, *& alijs Episcopis ipse dedit (& iustum est) vt facti sui lege teneatur.* Non vos in hoc titulo falsitatis incesso, [n] dum mendacijs adhærentia verba non arguo. dico tamen latorem iuris definitionis suæ, nisi velit, terminis non includi, & nisi Princeps fastigij summa moderetur, frustra ad illud, quod dederit ius, vocatur. Lex probitatis & mentis est, quæ hominem viuentem sine lege castigat. Propriè moribus impendit, [o] qui necessitati non debet disciplinam. [p] Aliorum forte hominum causas Deus voluit per homines terminare: sed sedis istius Præsulem suo sine quęstione reseruauit arbitrio. Voluit Beati Petri Apostoli successores cœlo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuiolatam [q] exhibere conscientiam. Nolite existimare eas animas, de inquisitoribus non habere formidinem, quas Deus præ ceteris suo reseruauit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipso factorum vtitur teste, quo iudice. Dicas forsitan, omnium animarum talis erit in illa disceptatione conditio. Replicabo [r] vnũ dictum: *Tu es Petrus, & super hãc petram ædificabo Ecclesiam meã:* Et: *Quæcunq; solueris*

m. *Visitatorei*

n. diu mendacijs

o. al. quia

p. 9. q. 3. Aliorum hominũ *Iudicium Papæ Deus suo reseruauit arbitrio.*

q. al. habere

r. vni dictum: Matth. 16. 18.

solueris super terram, erunt soluta & in cœlo. Et rursus sanctorum [s] voce Pontificum dignitatem sedis eius factam toto orbe venerabilem, dum illi, quidquid fidelium est, vbique submittitur, dum totius corporis caput esse designatur; de qua mihi dictum videtur per Prophetam: *Si hæc humiliatur, ad cuius confugietis auxilium? & vbi relinquetis gloriam vestram?* [t] Quid si immundo veri labia habenti, & nullis [v] succensi carbonis (vt Isaiæ concessum est) [x] vndis abluta ipsum ad possessionis suæ tuenda priuilegia Petrum Apostolum liceret euocare, & quod [y] agit precibus humana voce loqueretur? Quem si audiretis, hæc diceret: *Filij hominum vsquequo graues corde; vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? scitote, quoniam mirificauit Dominus sanctum suum.* Quid stabilita Christi manibus cupitis fundamenta [x] subuertere? Quid canum possessionis genium illius, qui per culpas iuuenescit ariete pulsatis [y] & diuulsione Ecclesiastici gregis nouissime, & postea carnem passionibus subiugatis? Inauditum sacrilegij genus est, quod mentitæ religionis honore coloratis. Dehonestat venerandi reuerentiam nominis, qui adiutorem se in his, quæ in [z] Dominum iactat, commissa pollicetur. Contumeliæ genus est, quasi in solatio adesse sublimi, iuxta Apostolum: *Tu, quis es, qui iudices alienum seruum?* Quid auribus imperitis illuditis, & grauiorem vindictæ speciem facitis esse, quam culpæ? Si odium debetis excessibus,

s. voce patet Pon.
Pont. Rom. est caput Ecclesiæ.
Esa. 10. 3.
t. quid si immunda mihi labia habenti
v. succēsa carbonibus
Esaiæ 6. 7.
x. vt his ablutis
y. ait
Psal. 4. 3.
x. subruere?
y. vt
z. Deum
Rom. 14. 4.

excessibus, vos mundate cur liberius condemnatis scelera, quam [a] vitatis? Sui impugnator est, qui fornicationis officijs vrget adulteria, & per animarum stupra carnis accusat. Scriptum nempe retinetis: *Maledicti omnes, qui fornicantur abs te.* Fœda ergo [b] amatore domini sui obligatione dissoluitur, qui statutis cælestibus minus mera fide dependit officia. Possessionis nostræ vobis (vt video) claritas *monit* inuidiam, quam simulata, [c] in malis possessoris indignatione transfertis, dum desudatis impendijs. Arcem, qua fuistis conspicui crebris labefactatam ictibus, nisi obsistere, proposuistis [d] obruere, [e] etiam cœlo stabilitam machinam quanta sit ostendere per ruinam. Nolite præstolari [f] de cæde vestra victoriam: nolite triumphum superando perdere meis laboribus, meo sudore quæsitum. Quidquid [g] ad trophæum ducit, obtinuit; quidquid vos illustres faceret in sede congessi. Vobis tribuit claritatem fax ista, quam viperino liquore putatis extingui. In perniciem propriam accenditur; qui sic sæuit, [h] vt gratiæ suæ germina, aut plantas abscidat. Liberior iusto iracundia plusquam alios lacessit auctorem. [i] Symiaci, quos vocatis excessus, si sunt, illa, qua & vos expectatione sustineo, nefas est peccantem patientiam iudicis non amare. Quid nisi vltionem flagitat, qui dum reus & ipse sit, vindictæ in altero moras accusat? Hæc illis à me vox debetur studijs, quia Deum dixisse teneo:

a. vitetis

Psal. 72. 17.

b. à nitore v.c.

c. in mali

d. subruere

e. & cælo

f. de clade vestra

g. ad triumphum

h. in gr. f. g. vt plantas

i. Symmachi

Gen.6.5. & 8. 21. teneo: *Pronum esse hominem in malitiam, & omnem carnem amicam esse peccatis.* Nolo occ-

k. innumeris casione personæ [k] in munus datura dignitatem, fiat in abiectione possessio, ne dum homo incessitur, lex diuina frangatur. Mihi credite, si sunt ista, quæ dicitis, respicio, quia & in illis de quibus nihil tale dicebatur, quid fuisset, inspexi. Errat qui falli [a] Deo proximum credit: *Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus,* Vos potius olim filij, de quibus spiritalis ventrem partus onerabat, ad abiuratã redite concordiam. Pio vos sinu, sicut habuit hactenus Ecclesia mater, accipiat. Nunquam est sera correctio. scit diu expectare in modico labore quæstus,

Deuter.32.35. Eccl. 28. 1. Rom. 12. 19. Heb. 10. 30.

l. pro viribus nescit [l] pro vilibus despicere magno precio comparatos. multis gradibus recursus est ad salutem. Præter desperantem nullus excluditur. fructus veniæ proximus est coronæ. Nolite *Symmachum papam* pressuris vestris iuuare. Si reus est, mihi credite, cum cessauerit humanæ impugnationis ministerium, diuinum mox succedit arbitrium. Nónne [in] splendidissimi cognitoris lance prædicto aut pœna debetur, aut præmium? Syllogismos à me sermonum, & schemata non quæratis. Antiquo adhuc vtor reti [post hominem] & irrisam à sapientibus sæculi [m] cum bullam non reliqui: illa me [n] per immunda freta sustentat. [o] Ducat probatum in [p] captione huiusmodi rete quod cernitis. Redite ergo, quia fuga vos, nec dum essetis agrestes,

m. cymbulam f. cymbam n. per mundi o. Ditat p. in captionē hominum retia.

agreſtes, eripuit. currite ad ouile, nec luporum vos exponatis inſidijs, ne per moram amittatis gratiam ſponte venientium, quia contemptam [q] immutationem gehenna ſubſequitur. Ego ſi quid dulcedinis, vt pater debui: ſi quid diſtrictionis, vt attributus à Deo magiſter impleui. prouidete ne diutius qualemcumque crucis meæ angulum [r] raræ leuitatis corona circuncidet, ne, dolenda etiã extraneis, in longum ſolitudo dominetur, ne labor vteri mei ſterilitatis [ſ] vice hoſtilem pareat familiam, & numeroſa proles per ſiniſtros actus infecunditatẽ, parentis oſtendat. Pauca ſunt quæ aſſerui, ſed quanta ex his pendeant, æſtimate: *Venite filij, audite me, timorem Domini docui vos.* ROMAM reſpicite, quam ab Idolorum ſeruitute ſine auri, ſine argenti precio liberam ſanguinis CHRISTI fecit effuſio, cui etiam meã ſeruuli ſui mortem iuſſit impendi. Quæ per multa tempora famoſis cultum delubris exhibuit, quæ diu venerata eſt in imaginibus dæmonum, [v] quem laborãte cenſu indiderat manus magiſtra [x] errorum, [y] quæ ſuperis poteſtatem minimum emptum precio metallorũ. Cui ſublimiores Deos peperit exercitatior manus artificis, & diuinitatem, quã homo per fabricam contulit apud homines, Dei habuit formam maiorem. Ecce iam CHRISTO propitio ad nouas fornaces ſimulacra redierunt. Ecce iam de obſoleta ſuperſtitione vſus veſter [z] accipit quod lætetur, dum de veteri

q. inuitationẽ
r. rara Leuitarum corona circumdet
ſ. in te hoſtilẽ peperiſſet fam.
t. patientis
Pſal. 33. 12.
ROMA.
v. quæ
x. terrorem
y. quæ ſuſpexit poteſtatẽ numinum emptã pretio
z. accipiat

a. tonante
b. adnitemini
c. quid lædere
d. tendat,
e. discordat, al. dissicit
f. defensionē
Anno Christi 419.
g. solatia
h. factorum
i. obsequens
k. nitentē profugum. Proiectum
l. mini strauit

veteri [a] tornante noua merito vascula præparantur. Quid hanc [b] ad inimum interrumpere quietem? [c] quid ludere vanis intentionibus felicitatem? Excusationem non habet furor iste, si creditis. non interest quibus itineribus ad mundi principem [d] currat, qui à sancta vnitate [e] discessit. PINGVES *hostias litat diabolo, qui contristat Ecclesiam.* Vanas ergo repudiate tendiculas. simplicem habet [f] defensorem pacis affectus. nimis armatus est, qui illa, quæ aduersarius concordiæ ministrat, tela contemnit. Sufficit contra omnia iacula iurgiorum Fidei nuda oppositio. Quid Eulalij & Bonifacij tempora, dum malorum [g] solatium quæritis, reuocatis in medium? quid incrementis excessuum præsentatis vetusta contagia, & per iniquam voluntatem senectuti in operiendis delictis facitis nil licere? Alia tunc fuit causa discordiæ, & nisi narrando cogerer sustinere transacta, ostenderem vobis nullum euenire solatium de comparatione [h] sanctorum. Quia illos, quos ad Pontificale fastigium intentioni [i] obsequentis feruor euexerat, vtrosque repuli, hunc elegi. Quia de illis, teste exitu, nemo mihi placuit; de istis contra regulas nitētem [k] profugium feci. Præfectum legittime mundo impugnante seruaui. scitis, ista non noua sunt, quia dum ille truditur, iste firmatur, vester mihi [l] militauit assensus. Deinde cur in perniciem vestram læditis sacerdotale Concilium? cur laceratis sententiam,

tiam, in qua inspirante CHRISTO oracula superna patuerunt, & inter Deum atque homines interpres exstitit lingua Pontificum? Quid generalis Ecclesiæ dolorem facitis, quamuis in principali tamen vna commissum? Illa enim cœli cura variarum dotibus aucta „ curuliũ, & multo Redemptoris nostri auro ostroque decorata, nihil in illa dissicilione auctore se protulit; sed per humanæ linguæ ministerium diuino militauit imperio. Intellexit non esse suum, quidquid impulsa constituit. Nihil habet in illa sententia, nisi vnde „ [de] sola deuotione gratuletur. Peregrinum stylus sensit eloquium; inde sumens solam gloriam, quod infusa sibi & seruauit & coluit. Quid his de exemplis Euangelicis præparatis calumniam? Sicut de vobis scriptum est: *Errauerunt o in ebrietatem, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium*. Nam dum profanis memoratos verbis p cæditis, & insciti am proditis & liuorem. Isti ergo resurrectionem corporis, quam prædicant, non credentes, hæreticis se miscuere contagijs. Isti q quod abiurant linguis, corde sectantur. Ergo quia dixerunt eum *timendum esse, qui potest corpus occidere, & animam mittere in gehennam*, ideo à fide aliena texuerunt? Ecce profundam imperitiam. En Beatum Lucam, cuius potestis assertione conuinci, quæ clamat; *Timete eum qui postquam occiderit corpus, habet potestatem animam mittere in gehennam*. Quis hic locus

m. curaliuma

n. vnde solata Col.

Esaiæ 28 7.

o. præ ebrietate

p. creditis

q. quidquid

Matth. 10. 28.

Luc. 12 5.

erroris, vbi congruentia pari ductu exempli & historiæ verba concurrunt, nec diuersum est ab intellectu Catholico, & lectionibus, quod profertur? Nunquam bene nodus in scirpo, conuertitur, *f.* non inuoluit nebula prædicatæ lucis auctores. Resurrectionem ergo carnis non credunt, quia posse corpus consitentur occidi, quia peccatricem animam gehennæ mancipari. densis cor vestrum vepribus suffocatur, & interna vitia alijs certat adscribere. Ioānis etiam Apostoli iactatis scripta violari, quia ex verbis eius dictum est: *Si dicamus, quia peccatum non habemus, t mendaces sumus, & veritas in nobis non est.* * De codicum diuersitate nil conqueror, ideo ergo corrupta sunt Apostoli monita, quia non v vixerunt, *nos ipsos decipimus?* & quia iunxerunt, *mendaces sumus*, non solum x diem, sed etiam humanæ rationis ignari? Qui veritatem non habet, mendax rectè censetur, nec alia re nisi falsitate plenus est, qui integritate vacuus innotescit. Sed hæc in vobis non curanda sunt linguæ oratione, sed gemituum: nec magis sunt vobis exhibenda verba, quam lacrymæ; quia liquido nocens est, qui insontibus, aut y mitum culpabilis, aut nomen opponit. Reliqua obiectionum vestrarum capita non reuoluam. præstat silentio damnanda sepeliri. Nobilitatem dat facinoribus, qui ventilationem ipsorum multiplici ad aures posteras relatione transmittit. B. Pauli est sequenda sententia,

f. quæritur *f.* non inuoluunt nebulæ prædicantes lucis auctorē

1. Io. 1. 8.

t. Vulg *nos ipsos seducimus*

* De qua dicti diuersitate

v. vixerunt *f.* dixerunt

x. diuinæ, sed etiam

y. meritum

sententia, qui monet per discipulum cunctos, & clamat: *Inanes quæstiones euita.* Multa enim sunt in propositionibus vestris, quæ ita [z] fetulentis vlnis peccandi [a] amore amplectitur, vt fiant indigna memoratu. Plura leuitas dehonestat, dum subductis euiscerantur verba vestra ponderibus, & de religionis causis elocutio ventosa componitur. Auris congruam sortita grauitatem, quæ in palearum abundantia nihil est horreis illatura de tritico, dum infœcundam frugibus culmorum parturit vbertatem, & spem de herba luxuria mentitur agricolis, de quibus nihil lucri ventilabra reperiunt, igni debita, incendioque peritura. De his scriptum est: *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt.* Nihil est, carissimi, pace dulcius, si tamen saporem eius plenum amaritudine pectus non excludat. Breuiorem quidem admonitionem debueram, quam prolixam non parua vestri consideratio, & diu in vobis iurgijs [b] exercitata frons protulit. vsus est multa peccantium stricta allocutione non corrigi, & effusione plurimi quam in delictis habuerunt in monitoris sermonibus hanc requirunt. Me satis est & diligentiæ vestræ & iussis cœlestibus obsecutum. In his quæ secutura sunt, locum sermonibus non relinquam. Quia hæc [c] refero mundi caput ROMAM per vestras intentiones esse prostratã, & nutricem [d] Põtificij cathedram quasi vltimum videre sedile despectam. Cuius

2. Timoth. 2. 23.
z. fetulentis
a. amor
Psal. 75. e.
b. excitata
c. refero
d. Pontificium, pro auctoritate Pontificis.

ius vocem Beatus Paulus excepit, & illa qua semper vsus est eloquij intonuit libertate, Apostolorum principem leuitatis incessens, quod fluxis, & profligatis mentibus parentis adhuc seruaret affectum, ne in profundum ductis vlceribus ferro e mediãte succurreret. Rescindenda docens laminis secreta morborum, & manifestæ desperationi salutiferum esse vulnus adhibendum: ne dum manus medici per impietatem à sectione carnis corruptæ suspenditur, de abstinentia teli f mutetur exitium. Quia dum parcit g egregie dextera curandos interficit. nec grandis est differentia, vtrum lethum inferas, an admittas. Mortem languentibus, qui cum possit non excludit, inflixit. His ergo aduersus eos oris ianuam patefecit alloquijs: *Omnis qui iudicas, in quo alium iudicas, teipsum cõdemnas. Eadem enim agis, quæ iudicas. Scimus autem, quia iudicium Dei est, secundum veritatem in eos, qui talia agunt.* & iterum, *Beatus qui non iudicat, in quo probat* [*seipsum*] Quæ (malum) ratio est, vt prædicet non furandum, qui furatur, & prodigam verecundiæ frontem nube vestiat impugnationis alienæ? Nemo recte monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat, & amorem innocentiæ conuersatione demonstrat. Nam h adijcit etiam publicanis amica moribus vitia damnare sermone, & scelerationibus linguæ officijs punire, quod diligunt. Quasi non quoddam genus sit maiorum

Galat. 2. 12.

e. medicante

f. inuitetur

g. ægris

Rom. 2. 1.

Rom. 14. 22.

Rom. 2. 21.

Dist. 81. *Nemo recte.*

h. fort adigit, vel adiacet

rum excessuum dare [i] rei effectum labijs quam mente despicias, & ingenui virus colloquij melle velitire. Hæc ne ego, quasi si vobis esset pudor, pudicitia, [k] venustas affectui, liceret accusare doctorem, & aduersus electum oris liuidi morsus aptare, cum ante futuri præscius per Epistolam ad vos datam plena voce monuissem: *Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus, qui iustificat: quis est, qui condemnet?* Et iterum: *O homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis illa, putas, quoniam effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?* Accusatis malitiam *repleti iniquitate, fornicatione, auaritia, nequitia, inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate:* superbi, elati, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositi, sine affectione, sine misericordia. docetis fornicantibus neminem esse miscendum, adulteri Laurentij, aut sequaces, aut præuij. Per quos ille, aut [l] exeruit quę habebat [m] aut quę effundens monstrauit, decepit. Post illam illecebrosæ communionis maculam, & pestem toto orbe execrabilem sacerdotes Dei, quasi [n] obsolita operatos communione culpatis. Reos putatis esse, qui [o] subire consortium nullo teste conuicti sunt. Et [p] sequamini hominem toto Ecclesiasticæ inscriptionis non dicam stylo, sed ense perfossum. Quod licet, non licet; & quod non licet, licet: quemadmodum [q] Manues & Mambres restiterunt veritati, sic & vos mente reprobi

i. rei affectum

k. venustis aspectu hic.

Rom. 8. 33.

Rom. 2. 3.

Rom. 1. 29.

l. exercuit

m. aut effundens mōstrauit quæ accepit

n. obsoleta cōparatos

o. subiere, & deest *sunt.*

p. sectamini

q. Iamnes &. Genes. 7. 11. 2. Timot. 3. 8.

r. circa fidem

r contra fidem, proditores, proterui, inflati, amantes voluptatem magis quam Deum, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ipsius abnegantes. O vim doloris interni, qui nequit expedire quod concepit, qui profundis ingestum visceribus loquendi affectum, s quem imperauit, irrumpit. Nihil vobis vltra plus eloquar. quod de oratione remanet, lamenta supplebunt. Posthæc si inter manus Medicorum curatione t ægri sitis, nec aliqua à cœpto salutis consideratio vos reducit, saltem orbis parentem vrbem vestram respicite. Ipsa vos post defensores suos Apostolos, mœrens aggreditur, ipsa compellat: & si quid est pietatis in reliquum orditur v imperatura sermonem: Me x quando Dei summi templa repudiatis, y vanorum cultibus, & nouæ lucis z nitorem gaudentem fecerunt esse conspicuam; quam post sacella sordentia, & multo pecudum tabo polluta, ab hostiarum cruore Dominici & Apostolici sanguinis effusione purgauit: quam reducta post longum sanitas Febrium fecit delubra contemnere; quam à vi- a. qua pa. Chr. post. idol. ctimis liberauit oblatio, a quæ pacem Christi per idolorum inimicitias acquisiui; cui non fuerunt pæne numerosiora dona quam numina; quàm Religio sua reddebat varia b. mendicam deuotione b immodicam: quam egestas oppresserat, frequentia à Dijs suis beneficia postulantem; quæ Curios, Torquatos, Camillos (quos Ecclesia non regenerauit) & reliquos

s. quem imperat, vi irrũpit.

t. ægrescitis

v. impetratura Prosopopoeia, vrbis Romæ.

x. quamdiu

y. fanorum

z. nitore

quos [c] nisi plurimæ prolis infœcunda mater ad Tartarum, dum exhaustis [d] emerui malefacta visceribus. Quia Fabios seruata patria non redemit: Decijs multo sudore gloria parta nil prælitit. profligata est operum fine fide innocentia. criminosus [e] vinctus est æqui obseruantissimus, quia Christum ignorauit, Scipio. Per totam vellem stylum ducere, si [f] orbare pectus pateretur infantiam. Sed quisquis lamentationis transacta relegit, lacrymarum tempora videtur optare. Nemo creditur [non] odisse quorum [g] relatione non læditur. Qui siccam faciem de filiorum funeribus referens seruat, certo teste crudelitatis arguitur. Illa posteritas plus mœroris attulit perdita, quam iocunditatis acquisita. Relegamus tamen quibus mutata sint ista successibus. Ecce iam in illo sacrario libertatis nihil seruile de Idolorum cultibus inuenitur. Ecce * honorum corona, orbis [h] genus, flos Romanus, [i] quæ diu venerata est, plena sanctitate calcat altaria. Ecce iam curia mea ad cœlum vocatur, laudatur, accipitur. Nec possum dicere perdidisse me sobolem post gratiam baptismi, quam vel repentina mors abstulit. Multos trabearum vel curuliũ possessores supremus regnator sine dispendio cultus, aut dignitatis amplectitur. pene iam terreni munificentia triumphi diuinum mereatur affectum, & hoc ad CHRISTI [k] gratiam proficit, quod mundo studetis esse venerabiles. Mentior, nisi egena

c. misi
d. emarcui male facta visc.
e. iunctas
f. orbatæ
g. ratione
* bonorum
h. genius
i. quam diu
k. gloriam

agmina Consulatus veltri in subsidio miserarum prælstolantur aduentum. Etenim purpura veltra [l] (qua vni vocabulum nobilitatis) [m] subripient miseris vestimentorum largitate [n] pellit algorem. Prope iam iterum necessitatibus ferũt auxilium decora Fastorum, & veteri infidelitate deposita, in tali præparatione census dispendia efficiuntur lucra animarum. Ecce nũnc ad gestatoriam sellam Apostolicæ [o] confessionis vda mittunt lumina candidatos, & vberibus gaudio exactore fletibus, collata Dei beneficio dona geminantur. Quis tempore quo precios is siccamus vbera partubus, quo prolem, vestram æterna genitrix, rursus paritura, [q] non suscipit, cuius post primam natiuitatem [r] gratia denis fletibus altius impletur: Quæ mihi prolem regenerando dulcem facit esse, quam peperi; quæ ad se venientes senium facit exuere, & ad vitæ principia redire confractos. Quis hanc felicitatem, rogo, interpellatione commutat? Quis per discordiam viperina mente compositam, aurei mihi sæculi iubet perire beneficia? Quis in renouatione mea occasum clandestinus inspirat, & [s] per blandam frontis speciem inimicitijs vires acquirit. Generosã in tali negotio prosapiẽ non agnosco. Si qui sunt tamen sũmorum, quos vilibus tempestatis huius procella sociauit, [t] alijs auctoribus facinorũ participatione maculantur. Splendor sanguinis, etsi communionem criminum incurrit,

l. qua anni vocab.
m. subripientem
n. depellit
o. cõfessionis, vt amittunt lumina v. c. Col. vela mittunt
p. nostram
q. nũc suscipit
r. grandæuis fœtibus aluus impletur
s. per blandæ
t. alijs auctoribus

nescit

neſcit tamen ducem ſe prębere peccantibus. Habeat forſitan reatum de neglecta cautione; non habet dignum ſuppliciũ de ſcelerum principatu. Sub quadam verecundia iungitur delinquentibus, qui ad adulta iurgia conuocatur. Non meretur deſperationem perditi, in quo facilis tantum credulitas improbatur. Vos potius video triuiorum germina; vos agnoſco, in quibus naturæ vilitas conuenientes ſibi mores peperit, quos degeneraſſe claritas fuerat. Qui per mentitæ titulum religionis gaudetis impunitate vitiorum; quorum labia nunquam aut *honorum ſapor tetigit, aut quietis. qui *vas omne origini parendo violatis: Quos de latebris & ſpecubus productos præſens cauſa monſtrauit. Quis ante concinnationem mali huius, qui eſſetis, agnouit? Diu fouiſtis ſecreta, quibus vos nox generationis abdiderat. Redite potius ad amicam cæcitatem, nobis ſerenam & ʏ diuinam lucem relinquite. Concordiam Eccleſiæ aut abſentia, aut correctione præſtate: ſi tamen vultis vos numerari inter ſplẽdidas proſapies, actuum emendatione cognoſcam.

v. bonorum

x. fas omne

y. diurnam

QVOD *serius hæc* ENNODII *Declamatio in manus inciderit meas, id circo ad calcem adijcere, quam omittere malui. Fruere Lector.*

DECLAMATIO.

LEX.

a. De captiuitate hostium

[a] DE CAPTA CIVITATE HOSTIVM Sacerdotes, & Vestales virgines liberi dimittantur.

POst secundos bellici certaminis euentus, inter triumphos & laureas vires habere non potest Lex ad resistendum recitata victoribus. Quid gladijs per affectionem mortis egimus, si erit quod [post] prælia formidemus? Iacet ante oculos meos quidquid hactenus minabatur examinum, & postquam fusa est inimica congressio, nescio quid nobis afferunt defunctorum Principum decreta terroris. Nescit probatæ qualitatem virtutis expendere, qui de cartarum

* al. his

fræno superbit armatus. acquiescant * istis inertia corda repagulis. Ego quidquid mihi licentiam tollebat, ense dispersi. Illud tantum potest nobis quicumque negare quod

b. nolumus

[b] voluimus. Illum contentus sum habere terminum, ad cuius me transgressionem desideria non vocarunt. Mihi quidquid prætuluero habere Lex tribuit. otium & toga denegantes aliquid ferant mihi. Totum natura peperit, quidquid in

c. procinctu

[c] protuitu constitutus extorsero, sola nobis scripta iura sunt nil timere.

timere. Et hæc quidem auribus vestris, quasi bona esset formula, quæ obiectabantur, asserui. nutrix [d] tamen virorum fortium Lex: vindex libertatis patria, [e] munimentum iubet post certamen heroas suos recidiuam intentionem habere de præmio: & gestis non contenta felicibus, dum tollit sudoris precium, frangit studia dimicandi. Ergone bona sunt præcepta, quæ, ne boni efficiamur, occurrunt? Quæcunque fructum adimunt laborum, censores prudentissimi, de alienis nos facultate castigant. nunquid æquum est habere valetudinem sanctiones de externo iure conscriptas? aut videtur rationi vicinum spem de futura possessione præcidere? quid nobis religionis in sacerdotum personis nomen opponitis? Deo duce, quem in illis veneraris [f] optima, cuius intuitu desideras eos de iugo nostræ seruitutis euadere, ipsos noueris teneri illo imperante captiuos. Contra Superos nititur, qui quoscunq; illorum sententia prosternit, extulerit & Quos festinans eripe nequaquam fuerant effecti hominum, si meruissent ministri esse cælestium. Ecce tecum de sapore Legis, quasi non habeam quæ responsi loco obijciam, tela [h] concedo. Quam iustitiam putas in illa iussione, quę vt hostem fulciat, socios imperia propagantes addidit. Tolle spem prædæ, tulisti vota certaminis, & si defraudatur genius laureati, ad pœnitentiam [i] rediret quidquid contemptu lucis [k] expetijt. Facessat à

d. vitã en. v.c.
e. emunimentum.
f. obtinui:
g. Quos festinas eripere
h. contendo
i. rediet
k. expetij

pru-

prudentibus æquitatem huiuſmodi non dico lege, ſed tyrannica inſcriptione requirere, quæ ingratæ muneribus, inimica virtuti contra fas, & iuſtitiam pugnat, mentito colore pietatis. Neſcis, loquaciſſime hominum, quam iuſtus dolor de amiſſa laboris fruge naſcatur? hoc eſt dicere, quidquid Dijs ducibus acquiſitis eripimus. Vidi vrbem inimicam quaſi vno incendio ſeneſcentem, & ipſas cœlicolûm ſedes deſertas & ſpoliatas diuturnitate proſterni, & putas remanſiſſe quidquam, quod non debeat eſſe victoris? Quid? quod ipſa friuola & inanis conſtitutio obſcuritate confunditur. Dicit enim ſacerdotes, vel Veſtales virgines debere libertate gaudere. Credo, illos nominat, in quibus domiciliũ ſuũ eſſe cæli habitator oſtenderit, quos maiores eſſe hominibus æthereus fauor ſua luce ſignauerit. Indicat eorum reuerẽtiam, quos agnoſci volunt diuina Põtifices. Videmus miſeros, quos tuetur iſte, inter fauillas lapſæ vrbis de ſola exſpectantes lamentatione præſidium, & nihil habentes fiduciæ de propoſito inter turbas captiuitate preſſas errare. Non illis inerat peregrinus ſplendor in vultibus, non quæ officium nunciaret hilaritas. Neſciunt inter aduerſa turbari, quibus in ſæculi tempeſtatibus de innocenti conſcientia portus occurrit. Vidimus afflictiones ceteris trepidantibus, quibus nuda nomina lex ridenda concedis. Qui remãſit locus in meritis, ſi ſacra-

l. fort. cineſcẽtem, & mox *fauillas* dicit

mentum

mentum istud solo constat in titulo. Dici credo aliud esse Pontificem. vidi sæpe ante confectas ieiunijs facies directa in iugulum tela cecidisse, & retusos ab inermibus gladios rigentem perdidisse naturam. Si creditis religiosa dicturo, non fuit templorum minister, qui inter quælibet discrimina humano eget auxilio. scit supremus Arbiter possessionem suam noua luce vestire: non latet cælestis illa permissio, & quamuis humanæ fragilitatis tunica vestiatur, effulgurat. Quid? quod ipsi parati ad famulandum veniunt, qui trahi ad seruitia non merentur. Hac extremitate qui indignus est, non rebellat. Occurrunt ad obsequia, quorum mens est digna culminibus, & peruicaciam mortalitatis eliminant, quos nefas est ad inhonesta constringi. Isti cui pericula, si nequaquam absolui mereantur, intendũt, non possunt subtrahi hominibus, quę non intelligimus quidquã amplius habere de homine. Iuuate me socij, iuuate consortes, & garrulitatẽ impugnatoris mei auxiliã te *varietate comprimite. Agitur res, de qua quid sẽserit Superorũ sententiam iam tenemus. Addicãtur immeriti, vt bonos habere possimus Antistites. Instituãtur per istos quos suos esse non conciliatrix fabula, non inserta defensio, sed ipse summi Dei fulgor enunciet.

* f. veritate

AND.

ANDR. SCHOTTI

IN B. ENNODIVM NOTATIONES.

LIB. I. EPIST. 3.

NDE in natis alimenta culinis exhibeat, & ad falcem grauiatas aristas adducat) Censeo emendandum *innatis alimenta culmis*, vt in Panegyrico Theodorico Regi dicto: *Nec virtutum messem lacteus ante experimentum culmus attulerat*.

EPIST. 4. *Dauid Propheta diuina dogmata Regijs fabduxit penetralibus*) Locus difficilis, & haud dubiè corruptus. In mẽbranis noſtris *Daniel Propheta* diſertè ſcriptũ vidi. Aſſentior itaque doctiſſimis amicis, Georgio Colueuerio & Io. Buchæro, S. Theol. Doctoribus, *Danielis* nomen hic reponentibus, ſed variè obſcurum locum explanantibus. Hic enim ad Cap. 2. Danielis pertinere arbitratur. Vnus enim Daniel orãdo impetrauerat, vt Regis ſomnium, eiuſque interpretationem indicaret, quod Regi ipſi, omnibuſque adeò Chaldæorum ſapientibus negatum erat. Quemadmodum Dauidi panes propoſitionis, quod nemini licebat, edere conceſſum. Daniel itaque *pudicus & imitandus raptor* dici poteſt, qui hanc futurorum ſcientiam caſtimonia ſua, ſancto vtique & imitando exemplo, hariolis iſtis ac ſapientibus quaſi eripuit. Vnde & occaſionem inſtrueudi Regis ſumpſit, monens vt *eleemoſynis peccata redimeret ſua, & iniquitates pauperum miſericordijs*. Dan. 4. v. 24. vt inſtructio hæc Danielis actiue, non paſſiue, vt loquuntur, qua inſtruit, non qua inſtruitur, ſumatur. Alter vero idcirco *Daniel Propheta* hîc legendum exiſtimat, tum quia Dauid proxime præceſſit, tum quod Danieli *pudici* epitheton magis conueniat, qui non legitur vxorem habuiſſe, vt Dauid Rex. Credit autem alludere B. Ennodium, quod cum in Regis palatio regijs occupatus negotijs, tamen in ſecreto domus ſuæ ter Deum quotidie

tidie oraret Daniel. Dan. 6. ver. 10. Et ita diuina dogmata Regijs subduxisse penetralibus videatur. Mox duo monitra mendarum sustuli: nam pro *Niniuen*, quod in Basilienſi legitur editione, *munimen* è membranis reposui: & statim pro *doctorem Libycum asseritis, sublata à se peripoma fleuisse*, repono *sublata a se puero poma fleuisse*. Locus autem est B. Augustini lib. 2. Confess. cap. 4. & sequ.

RAPTOR carnem quam animam plus amabit) addenda interrogationis nota est, suntque non Pauli ipsa verba, sed Ennodij, quæ vt è membranis addita, idcirco charactere distincta sunt; vt sup epist. 2. & alibi: non tamen perpetuo operæ contumaces dicto audientes fuerunt.

EGO homũcio hoc non facerem) à Terentio Comico in Eunncho est mutuatus: quem etiam locum respexit idem August lib 1. Confess. cap. 16.

EPIST. 5. *Per Cellulanos*, & *Concellaneos* intelligi puto cellæ eiusdem & habitationis. Vetitum autem ea tempestate, ne quis vel Episcopus solus degeret aut prodiret, sed vbique rerum suarum testem adhiberet, iuxta antiquos Canones, & B. Hieronymi varijs in locis sententiam, quomodo hodie religiosi viri bini tuto ambulant, teste adhibito & Angelo veluti custode.

OS detrahẽtis eradicabitur) sumptum ex illo Prouerb. 20 v. 13. iuxta LXX. vbi B. Hieronymus Epist. ad Celantiam legit, vt etiam infra Ennodius in hac ipsa epistola: μὴ ἀγάπα καταλαλεῖν ἵνα μὴ ἐξαρθῇς *Noli diligere detrahere, ne eradicerís* quod in vetere versione Latina LXX. sic redditur: *Ne diligas detrahere, ne pereas.* In Sixtina autem versione ita: *Noli diligere detrahere, ne extollaris.* addita hac annotatione: Sic S. Cyprianus 3. Testim. in multis codicibus. Nam in aliquo est: *ne eradiceris*: & vtramque versionem patitur Græca vox ἐξαρθῇς Symmachus: ὕπνον, ἵνα μὴ ἀπορριφῇς, quod Vulgata Prou. 20. v. 13. *Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat.*

HOMINES obloc utionibus exerceri) Respicit fortasse Pauli illũ locũ, 2. Cor. 12. v. 9. *Virtus in infirmitate perficitur.* Statim *decerpere, despicere*, prior vox à glossa est, & huc irrepsit, & intrusa ex orã; furcillis itaque eijciatur, planiore sensu.

NOLI detrahere ne eradiceris) Locꝰ est Prou. 20. v. 13. vt supra

supra ostendimus. Iacobus enim Apost. Cap. 4. v. 11. aliter: *Nolite detrahere alterutrum fratres.* Ambrosij verò locus est lib. 1. Officiorum Cap. xx. Vbi sic legitur: *Quanti non dederunt errori locum, & dederunt suspicionit* & sequentia verba non Ambrosij sunt, sed Ennodij.

NAM Auieni mei nõ unus, sed primus est Cõsulatus) *Meum* dixit; quia affinis Ennodius fuit Auieno Fausti cognomento: qui iunior altero post parentem anno Consul fuit, post CHRISTVM natum secundo & quingentesimo. Parens verò superiore anno iterum Cos. fuit, post annum decimum, quadringentesimo nimirum & nonagesimo Cõsul vnà cum Longino, vt auctor est Marcellinus Comes in Chronico. Cassiodorus enim Faustum dumtaxat collocat. Infrà noster Ennodius: *Lumen felicis infantiæ Consul meus cum honore senis ingressus est.*

LIBRO. II.

EPIST. 9. *Ipse parens Vatum*) Distichon hoc in laudem Homeri Poëtarum principis Claudiani est Epigram. VII. in Alethium Quæstorem, vers. 13. Legitur tamen ibi: —— *tela seuera nota.*

EPIST. 13. *Quod si reddenda est de otioso sermone ratio*) Locus est Matth. 12. v. 36.

EPIST. 17. *Speciosa & germanis eius.*) Ad hanc *Speciosam* matronam Epist. exstat quinta lib. II.

EPIST. 23. *Sollicitꝰ trucinator*) Vox est nihili, nisi aut *truncator*, aut *runcinator* aut denique *trutinator* subijcias: quo postremo vtitur etiam lib 1. Ep. 1. *& cursum artificem fabricatus trutinator ostendis pelagus oculis meis.* De Arbitrij autem libertate variè antiqui Theologi scripserunt, B. Augustinus, eiusque discipulus Paul. Orosius, Fulgentius, Prosper, Faustus Regiensis, Anselmus, Bernardus, alijque.

EPIST. 24. *Si pagina nostra retia parat*) Verè õninò in membranis scriptum: *res crepera atque anceps*, vt vox altera sit prioris, vt sit, explanatio. Sic vsi sunt Lucilius, Lucretius, & Accius Poëte. Hic in Phœnissis, iterumque in Telepho apud Nonium Marcellum. Lucretius verò lib. VI. De rerum natura?

Exæquataq; sunt creperi certamina belli.

pro,

pro, ambigui, incertiq; casus belli. Anceps est enim Martis alea. Et Lucilius lib. v. vt ego quidem supplendum versum conijcio:

In summo ratio crepera est inuenta salutis.

LIB. III.

EPIST. 9. *Qui maior animæ fuit portio frater.)* Sic Ambrosius Epist. 65. *Et ideo nunc quasi portionem animæ conuenio meæ.* Symmachus epist. 66. lib. 3. *Quanta sit in Domino meo Flauiano pectoris mei portio.* Horatius lib. 1. de Virgilio:

Et serues animæ dimidium meæ.

Et lib. 11. Oda XVII. *partem animæ* dixit. Rutilius verò Itinerario 1.

Prouectæ est animæ portio magna meæ.

Et alibi:

Victorinus enim nostra pars maxima mentis.

INSVPER is hanc transtulit ad sepulcra) sic fortè diuidenda dictio, vel *In superis* accipe, dum apud superos in terris degeret. Et statim *dimidium* malo quã *diuidiuum.*

EPIST. 14. *Compertum mihi est, quod mereris audiri)* Suspicor rescribendum *mereri quod audis*, traiecta leuiter voce. Dictus est enim *Adeodatus*, qui Græcis vel *Dorotheus* est, vel *Theodorus.*

EPIST. 17. *Faceſſat à proposito meo mutari quod doleo)* *Mutuari* fortè reponendum videatur, quia subijcit *sumere.* Malim tamen *imitari*, minori vi.

PAPÆ Rauennæ) pro, Episcopo. Eadem enim infrà petit lib. VII. Epist. 13. & lib. VIII. epist. 5.

LIB. IIII.

EPIST. 21. CONSTANTIO V. I.) Has notas singulas interpretor *Viro illustri.* Episcopum enim nominat lib. v. ep. 4. *Magnitudinem* adhæc illi *culmenq;* hic tribuit. Eugenitum quoque sic appellat lib. v. epi. 9. & 13.

LIB. VI.

EPIST. 2. *Romam, in qua est naturalis eruditio)* vtpote in qua nata sit & alta Latini sermonis eloquentia, vt Græca Atticis Athenis. sic infrà lib. VII ep. 12. *natalem scientiæ sedem* appellat. & multis hic continenter Epistolis Parthenium sororis filium Romam studiorum gratia allegatum scribit. Et alibi Pomerio *Latiarij vndæ venam alumnus Rhodani perquirebas.* Plura doctiss. Sauaro ad lib. 1. Sidonij Epist. 6.

EPIST. 18. *Decidit infelix alieno vulnere)* Maronis est hemistichium ad extremũ x. Æneid. sed diuersum paulò. sic enim ille:

Sternitur infelix alieno vulnere, cœlumq;
Aspicit, & dulces moriens reminiscitur Argos:

Illud monendum quod librariorum oscitantiæ acceptum est referendum, hanc Epistolam etiam in Basil. editione proximo lib. VII. Ep. 9. ad verbum legi repetitam: quam deinceps librarij expungant licet.

EPIST. 24. *Obsequijs corporis, animorum constat imperio*) Sallustianum est: *Animi imperio, corporis seruitio magis vtimur.* Infrà lib. IX. Ep. 26. *Animus, vt in ceteris, imperator est corporis.* Eiusdem Crispi statim illud subijcit: *Aliud nobis cum Dijs, aliud cum belluis esse commune.* Mox *obuiam adferre manum decretis Imperatorum*, pro repugnare dixit, vt alibi sæpè cōtrà: *dare manus precibus & amori*, pro, victum se agnoscere. Et ep. 13. lib. VII. *manus oppesuit.* i. restitit.

VT dum inter nos vnum velle & vnum nolle) Crisp. & hoc: *Idē velle & idē nolle, ea demum firma amicitia est*: in Catilinario, & Catilinæ oratione. Vtuntur plurimi, vt Prouerbij speciem præferat. L. Seneca Epist. 109. B. Hieron. ad Demetriadem, Sidonius Apoll. lib. V. Ep. 3. & 9. Appuleius in Philosophicis, Minucius Felix in Octauio, & Cassianus Collat. 16 Abbatis Ioseph.

LIB. VII.

EPIST. 14. MARCELLINO Episc.) Tribuit illi *Coronam & beatitudinem & sanctitatis* epitheta, quæ Pontifici Max. frequentius attributa, vt Hormisdæ Papæ lib. V. Epist. 17. & Papæ Symmacho dat *Coronam* lib. VI. Ep. 3. Hinc & *Papas* dictos Episcopos, quasi coronatos, ex Remigio Antissiodorensi docet doctiss. Sauaro ad Epist. 3. lib. VI. Sidonii. De *Corona* ibidem, & ad lib. VII. Epist. 8. & *Apostolatum* eidem Marcellino non semel Ennodius tribuit.

EPIST. 17. *Ignoratur bonorum sapor*) Quam benè Horatij illud exaggerat: *Præsentem virtutem odimus,*

Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

EPIST. 23. *Vellopicinum nostrum esse significo*) Rescribendum, *vel Lupicinum*, qui Euprepię huius fuit filius, vt patet ex lib. III. Epist. 2. & lib. IIII. Epist. 1. Aut pro *vel Ven.* erat, quo *Venerandum* designabant. & hoc sæpè in *benè* degenerasse in Indice Ennodiano admonui.

LIB. VIII.

EPIST. 3. DOMINO PAPÆ) An *Hormisdæ?* quia legationis meminit, qui binas pro illo ad Anastasium Imp. obijt Ennodius noster. Eidem proximè Pontifici Epist. 5. scribit.

Epist. 5. Idem argumentum est lib. III. Epist. 17. & lib. VII. Epist. 13.

IBID. *Fidelissimum perlatorem*) *Portitorem* sæpè alibi pro tabellario

bellario & *Gerulum* vocat, æuo nimirum sequiore.

EPIST. 18. *Dædala arte)* Prouerbij & hoc forma dictum. sic lib. III. Epist. 6. *Calumniam oratoria & nimis Dædala prouisione litteris indidisti.* Et lib. IX. Ep. 17. *Fabricatas blanditias Dædala arte custodis.* Δαίδαλον Græcis pro vario & ingenioso. Lucreti' li. I.

——— *tibi suaues Dædala tellus*
Submittit flores. ——— Et lib. V. v. 155.

——— *quando omnibus omnia largus*
Tellus ipsa parit naturaq; Dædala rerum.

Virg. IV. Geor. ——— *& Dædala pingere tecta.* & VII. Æneid. v. 284.

——— *patri quos Dædala Circe*
Supposita de matre nothos furiata creauit.

Oppianus Halieuticis v. 58.

——— ἐπιδήσατο Δαίδαλον ἰχθύν.

EPIST. 23. *Ignem in pyras animatum)* sic sup. Ep 21. Arcoiamiæ: *Dum scintillas in rogos animat.*

LIB. IX.

EPIST. 2. *Dum prælatorum famuli)* Operatum est mendum. scribendum omninò, *prælorum famuli*, significans eos, qui vinum in torculari calcant in vindemia.

DOTES prædiorum) vt Plinius minor in Epist. *dotes prædioli* ac *villulæ* dixit, & Columella lib IV. Cap. 50. *dotes vinearum*; Symmachus lib. VI. Ep. XI. *vacantes dotibus agros.* & Sidonius lib. II. Ep. 14. *frugum mansionumq; dote remoretur.*

Pythagoricam taciturnitatem) quinquennale silentium Pythagoricum Prouerbio dedit locum. Græci ἐχεμυθίαν nominabant, teste Agellio lib. I. Noctium Cap. 9. Eleganter Appuleius sub finem libri II. Floridorum, & Sidonius lib. VII. initio concionis.

EPIST. 3. *Qualia Silenus alter verba compono)* Paroemiæ & hoc specie dictum. Maro Ecl. VI.

Silenum pueri somno videre iacentem, &c.

EPIST. 4. *Quod cepit de volucribus accipiter)* Philomelam significat raptam voratamque ab accipitre. Fabula est apud Hesiodum ἐν ἔργοις: Vnde M. Fabius primum illum facit fabularum auctorem.

EPIST. 8. *Ostrum Latiarùs eloquij)* Sic in Poëmatis Ennod.

Accedit germen quod lingua pingitur ostro.

Et: *Ebria fulgenti maduerunt murice dicta.*

Omnibus in rebus sermonum purpura regnat, Et Fausta dixit, *tingunt alij linguæ murice.*

LIB. XI.

EPIST. 8. *Paterna (sic præceptoris vocauit antiquitas) pietate)* Respexit ad illud Poëtæ veteris, quod inf. lib. XII. Ep. 7. laudat.

Quem præceptorem sanctè voluere parentis
Esse loco. ——.

LIB. XII.

EPIST. XII. *Grata suprema quoties fugantur vigilijs ingemiscimus)* è vestigijs membranarum *gratas omnia*: repono *grata somnia*. mendum autem natum quod *sampnia* olim scribi vitiosè soleret. Vocat *mortis simulacrũ* somnũ, vt Homerus κασίγνητον θανάτου, vt Maro *Consanguineũ leti soporẽ, mortisq; imaginẽ* Naso.

EPIST. vlt. ad Helpidium, de sua vita, pag. 314. *Tunc illa sæcularis pompa Philosophia)* Eadem dixit lib. X Ep. 11. ad Deiopẽ confugiendum esse in morbis docens, & hic pag. sequ. 315. Sic è Philone Iudæo Gildas sapiens de Britanniæ excidio: *Secundum illud Philonis necesse est adesse diuinum, vbi humanum cessat auxilium.* Sidonius lib. II. Ep. 12. *postulandus est Christus, obsecrandusq; vt valetudini, cuius curationem cura nostra non inuenit, potentia superna medeatur.*

IBID. *Contrita subsidijs)* ita Sidonius lib. I. Epist. 5. *explosum* dixit: *Triũphalibus*, inquit, *Apostolorum liminibus affusus, omnem protinus sensi membrus malè fortibus explosum esse languorem.*

IN VITAM S. EPIPHANII.

SANCTI *etiam Myroeletis Confessoris & Episc.*) Est *Myroeles* in tabulis Mediolanensium Præsulum septimus Antistes; in Fastis verò sacris Rom. 3. Decẽbris, vt Baronius Card. annotauit.

P. 323 *MATER bonorum operũ Verecũdia.*) Describit eã virtutem sup. lib XII. Epist. 7. *Ergo ad disciplinarum arcem properantes matrem bonorum operum amate Verecundiam, qua ita ex se &c.*

P. 324. *PER cœlestem tramitem õnibus cãueniret*) *Anteiret* legẽdũ vidit, nosq; per epistolã monuit vir doctiss. Theod. Cantetus, quomodo & inf. emendo: *erant cœlestes viri, quos iste à profectione incipiens anteibat.* malè enim editum *amabat*. Mox pro *f. mul labia*, leci *semilabia*, & *corpora repræsentante* repositum.

P. 330. *INTERCESSIONVM etiã tũ certamina proludebat)* hoc est, per se acturum se non per interpretem iam tum specimen dabat. sic inf. pag. 336. *Intercessionum tantam sibi proposuit curam, vt ipsam se miseris inferre crederet molestiam, quam per negligentiam à quibuscumque permissæ inferri.*

Ibid. *QVERELA benè virũ Crispinũ Pontificem)* lego, *querula.* Lenum enim morosorum notę sunt querimoniæ. & *Venerabilem*

virum

virum emendo 3. *Ven* aut *Vener.* compendio scriptum vidit imperitus librarius, & *benè* non benè exscripsit: quod alias sæpè vsuueniſſe & ſup. monui & Index oſtendet. ſic ſup. paullò: *Et ille venerabilis Criſpinus Epiſcopus, fauoris neſcius.*

P. 336. *VERBORVM digitis*) pro vi verborum. Ceterũ *incãtator Theſſalus*, Poëtarum etiam verſibus infamis, quaſi Lunã carminibus deuocare, cœloque deducere poſſet, vt tum cæci credebant. Claudianus lib. 1. in Rufinum:

——— *noui qui Theſſala cantu*
Eripiat lunare iubar.

Sidonius Carm. V. v. 262.

Fulgura ſi Tuſcus, ſi Theſſalus elicit vmbras.

Vide Symmachum lib. VII. Ep. 19. & Appuleium initio lib. 11. Metamorph.

P. 340. *VETERVM retro-principũ*) Sic per ὑφὴν extulit, vt in Alexãdro Lampridius *retro-principes*, & Symmachus lib. 1. Ep. 21. *retro-familiaritas.* Sidonius lib. IIII. Epiſt. 4. *retro-iuuenes* alij *multis retro-ſeculis.*

PELLITO Getæ) pro, Gotho, vt inf. *Toloſæ alumnus Getes.* Ricimer enim proſapia Gothus fuit. B. Hieronymus Præfat. in Epiſt. ad Galatas, Paulus Oroſius & Iornandes, itemque Paulus Diaconus in Leone Aug. qui *virum egregium* nominat & pænè tunc in Italia ad exercitum ſingularem. Sidonius Carm. 2. v. 262.

——— ——— *nam matre Sueuus*
A genitore Getes.

Pelliti autem dicti Barbari, vt ad M. Tullij fragmenta And. Patricius homo doctiſſ. obſeruat.

NESCIMVS parcere ſanguini noſtro, dum ſeruamus alienum) Hinc Apollinaris Sidonius nuptias Ricimeri illius cum filia Anthemij Aug. *ſpem publicæ ſ. curitatis* appellat Epiſt. 5. lib. 1.

P. 342. *LVMINOSÆ* —— *ſingularis exẽpli*) Feminis sępe tributũ hoc elogiũ annotat Ioã. Sauaro ad Sidonii lib. VI. Ep. 2. *Venerabilis*, inquit, *Eutropia matrona, quod ad nos ſpectat. ſingularis exẽpli.*

P. 343. *FERREA Euaricus Rex dominatione gubernabat*) In mẽbraneo noſtro cod. perpetuo *Euricus* tribus non amplius ſyllabis nominatur, vt & in Iſidori Chronico: ſed interdũ etiam lata librarij culpa intruſa ſyllaba *Euridicus*, interdum vero *Eoricus*. In Sidonio, etiam in membranis, *Euarix* eſt Gothorum Rex lib. VII. Epiſt. VI. Vide Gothorum Regum ſeriem extremo Dial. VIII. Antiquitat. Ant. Auguſtini Archiep. Tarracon. & Bibliothecam Hiſpaniæ Tomo 1. pag. 151. vide & Iſidori Chronicon, & de hac diſſenſione Paulum Diaconum in Leone Aug.

P. 345 *CENTVM linguarũ fluminibus*) Poëtarũ est, vt Homeri Il. C. Virgilij VI. Æneid. & Persij Sat. V. Ennodius sup. lib. XII. Epist. XI. *si Poëtarum spiritus disciplina paginalis admitteret, & centena ora, & vox ferrea, &c.*

TOLOSONAM, in qua Eurico tunc Rex degebat) *Tolosa* Tectosagum sedes erat Regum Gothorum, vnde & *Reges Tolosæ* dicti. Idacius in Chronicis: *Gothi sedentes in Aquitania Tolosæ sibi sedem eligunt.*

PRINCIPIS moderator & arbiter Leo nomine) De huius Declamationibus etiam Sidonius lib. VIII. Ep. 3. quæ illi inscripta Epistola est: *Repone*, inquit, *pauxillulum conclamatissimas Declamationes, quas oris regij vice conficis: quibus ipse Rex inclytus* (Euarix) *modò corda terrificat gentium transmarinarum, modò desuperiore, &c.* Ad eundem etiam Leonem lib. IIII. Epist. 22. *Cui, præter eloquentiam singularem scientia ingentis magna opportunitas.* Et rursum Carm. XXIII.

Siue ad doctiloqui Leonis ædes.

P. 346. *NEMO diligentius propria*) C. Plinius lib. VI. ad Priscũ: *Homo est alieni abstinentissimus, sui diligens* Sidonius lib. III. Ep. 5. *Vir alieni non appetens, sui parcus.*

P. 347. *MANVM orbis includat aratus*) pro, tegat. Seruius in VII. Æn *Clypeum* à κλίπτω deriuat, & ex eo Isidorus lib. XVIII. Etymol. Cap. 12. contra Plinium lib. XXXV. Natur. hist. Cap. 3. Gothi autem clypeati semper pingebantur, & bellicosi sunt habiti.

P. 348. *MEDIANAS insulas Cycladas*) Nõ à Media prouincia, sed quasi medias insulas Cycladum. De Lirino montuoso Sidonius Carm. XVI. v. 110. —— *Quantos illa insula clara*

Miserit in cœlum montes. ——

Cæsarius Arelatensis Homil. 25. *Beata & felix insula Lirinensis, quæ cùm parua & plana esse videtur, innumerabiles tamen montes ad cœlum misisse cognoscitur. Montes* vocat Episcopos & sacerdotes, qui inde plurimi cœlo transcripti sunt: in qua & claruit Vincentius Lirinensis, qui *Peregrini* titulo aureum dedit pro Catholicis libellum. De solitudine autem Lirinensi Ennodius quoque in extrema B. Antonij Monachi vita pag. 390.

P. 353. *DVM Mediolani positus esset*) Vtũtur hac dicẽdi formula frequenter præter Ennodium nostrum Symmachus & Apollinaris, Sidon. lib. I. Ep. 5. & lib. V. Ep. 7. & lib. VIII. Ep. 9. Infrà noster: *nam Imperator Roma positus seminarium iecit scandali.* Et pag. 367. *qui etiam ibi positos suos esse cognoscant.* Et p. 375. *Sacerdotes in itinere positos.* Et p. 488. *Ager in quo parentes erant positi.*

Sulpicius

Sulpicius Seuerus ad Baſſulam ſocrum *Toloſæ poſitus* dixit.

P. 356. *RVGIS feritate immanibus*) De his Trebellius Pollio & Sidonius Carm V. v. 482. & Carm. VII. v. 322. *pugnacem Rugam* nominat.

P. 364. *RVSTICVS tunc Epiſcopalem*) Supra mentio *Ruſtici* eſt pag. 331. vbi v.c. *Ruſticium* nominat, qui fortè Epiſc. Lugdunēſis nomen produxerit. Nam Sidonius *Ruſticum* tribus dumtaxat ſyllabis perpetuò nominat, vt lib. II. Epiſt. II. & lib. VIII. Ep. II. *Ruſticium* verò Ado Treuirenſis in Martyrol. XIV. Kal. Auguſt.

P. 365. *CRVSTATI montis*) *Cruſta* marmorū ſunt proprie Vitruuio lib. VII. Architecturæ Cap. 5. Petronio Arbitro, & Senecæ Epiſt. 86. Virg. III. Georg.

Concreſcunt ſubitò currenti in flumine cruſta.

P. Oroſius lib. IIII. Cap. 20. Et *glacialis cruſta diſſiluit*.

IN VITAM B. ANTONII.

PAG. 380. *Nobis verò iſta reminiſcant*) Legendum conijcio *reuiuiſcant* potius quam *remaneant*.

P. 383. *Et de verticibus fœcundis animum plebe locupletat vber ſolum*) Puto ſcripſiſſe Ennodium *plebis*, vel potius *annua gleba*,

P. 390. *NE cui in illa nutrice Sanctorum inſula cum præſtare meritis*) Scribo *præſtaret*. De *Lirino* Sanctorum nutrice nos ſup. ad Epiphanij vitam.

IN PANEGYRICVM THEODORICO REGI DICTVM.

PAG. 398. SERRANORVM *Scipionibus aratra pepererunt*) Locus deprauatus, & res quidem nota, ſed obſcura verba. Conſtituent alij à libris paratiores. C. Attilius Regulus Serranus & L. Manlius Volſo, Coſſ. anno poſt Ro. cond. DIII. Illum ſerentem oblati honores inuenerunt, nomenque inde datum auctor eſt Plinius: quo etiam titulo M. Varro Satyrā inſcripſit *Serranus*, vel περὶ ἀρχαιρεσιῶν. Sic & L. Quinctius Cincinnatus ab aratro ad Dictaturam eſt euocatus, vt refert Scriptor noſter de Viris illuſtribus Cap. XVII. & Perſius Sat. I.

Quem trepida ante boues Dictaturam induit vxor.

Pacatus in Panegyrico Theodoſij, Claudianus in IV. Conſulatum Honorij, Rutilius I. Itinerario, Sidonius Apollin. Carm. II. v. 528. —— *Cincinnatoſq; ſecures*

Expulſo Cæſone refer, flentemq; parentem
Arſtris ad noſtra roga. ——

PAG.

PAG. 399. *Equini pectoris lac potare*) Barbaricus hic mos equinũ lac haurire, teste Marone III Georg. de Bisaltis & Gelonis:

Bisaltæ quo more solent acerq; Gelonus,
Cum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.

De Sarmatis C. Plinius, & Martialis:

Venit & epoto Sarmata pastus equo.

De Concauis Q. Flaccus lib. III. Carm. Od. IIII.

——— *super his*
Visam Britannos hesternis feros
Et lætum equino sanguine Concauum

Vbi Lambinum memoria lapsum Mart. Delrius ad Claudianum docet, & ad Silium Italicum Dan. Heinsius. vterque enim Poëta *Concauis* hoc tribuit.

P. 401. *QVID Catonem extulisti priscæ monumenta?*) De M. Porcio Catone Vticensi, per Syrtes cum exercitu ambulante notum è Plutar. L. Floro, Lucano toto libro IX. & Sidonio lib. VIII. Sulpicius Seuerus Dialogo I *Deserto illi contigua, quod inter Ægyptum & Africam interiacet, per quod olim Cato Cæsarem fugiens duxit exercitum.*

P. 411. *Si Calum lancearum imber obtegeret*) Respexit ad responsũ Athenienſis Xerxi datum: sub vmbra telorum pugnabimus, quo alluſit & Maro XI. Æn. — *fundunt simul vndique tela*
Crebra, niuis ritu, cælumq; obtegitur vmbra.

IN ORATIONES.

PAG. 433. *HÆC sunt quæ vos vestris*) *Nostris* est reponendum, & carmen sic redigendum ex Marone III. Æn. in Heleni ad Aeneam sermone:

Hæc sunt quæ nostra licuit vos voce moneri.

P. 450. *ILLA monita discipulorum conscientiam eruderant, quæ prabentur exemplo*) Malim, *probentur*. Verbo *erudero* vsus etiam inf. Ennodius Orat. data Aratori p. 456. ad Litteras: *Valete ornamenta melioris sæculi, & muxdum, quem eruderas, ita, concessa à Deo, in temporum remedio possidete.* Vtitur & B. Ambrosius Epist. vlt. ad sororem, Sidonius lib. V. Epist. VII. & Ruricius lib. I. Epist. 3.

B. ENNODII

EPISC. TICINENSIS

POEMATA SACRA.

Emendata, NOTISQ. illustrata
ab
AND. SCHOTTO DE
SOCIET. IESV.

V. CL.

ANT. SALMATIO

COLLEGII AMBROSIANI

MEDIOLANI

DOCTORI THEOLOGO

AND. SCHOTTVS ANTVERP. SOC. IESV

χαίρειν.

EQVIDEM *ita pridem tecum sentio, doctissime* SALMATI, *optimè de omni studiorum genere mereri, laudandosque in primis, atque adeò præmio dignos videri eos, qui Veterum scripta, quæ quidem digna cognitione iudicarint, partim eruunt è tenebris, atque ab obliuionis iniuria vindicare potius studeant, quàm vt suas ineptias non perinde duraturas posteris obtrudant: partim editos iam priscos Scriptores aut illustrant ipsi pro virili, aut certè meliores reddere conantur. Multa enim in his indies à librarijs peccari solere Te omnium*

minimè fugit, qui in hac ipsa interiorum litterarum palæstra pridem cum laude versatus, nunc Sanctorum Patrum Græcorum Latinorumq; scripta adornanda suscepisti, auspicijs Illustriss. ac Doctiss. Fred. Card. BORROMAEI: puta Beati AMBROSII Opera vniuersa, post Card. Montaltum (qui post Pontifex Max. Sixtus V. est appellatus:) eius inquam Ambrosij qui Ecclesiæ vestræ Mediolanensis, atque adeò Orthodoxæ columen exstitit, & B. Augustinum alterum Ecclesiæ Orthodoxæ lumen CHRISTO adiunxit. Adhæc S. CYRILLI Alexandrini Patriarchæ hactenus ἀνεκδότους Homilias xxx. ἑορταστικὰς (quibus Paschales festi dies populo pro concione de more, auctoritateq; Nicenæ Synodi denuntiari consueuerunt) abs Te propediem commodo publico Græcè ac Latinè edendos exspectamus. Zonaræ quoque in Oecumenica septem Concilia, & IX. Prouincialia Commentarios Latinè redditos ξὺν θεῷ dabis. Quamobrem, ne cessare planè videar, vtq; Collegio istic vestro,

ſtro, eiuſq; chorâgo Cardinali Ampliſſ. Bibliothecâ etiâ Ambroſianâ, cõquiſitis vndiq; è media Græcia libris, inſtruenti fauere me ex animi ſententia teſtatũ poſteris facerem, ſtudij atq; amoris qualemcumq; teſſerã abſens præmitto, veluti ſpecimen, B. Ennodii Poëmatia ſacra; Vitaſq; *hiſtoricas* BB. Epiphanij Ticinẽſis Epiſc. *duplo hanc quam antehac è mẽbranis auctiorẽ, &* Antonij Lirinẽſis monachi, ac Panegyricũ Theodorico Regi Gothorũ dictũ, *dũ reliqua ipſius edolata manumittam: veteris illud Poëtæ conſilium ſecutus:*

Sicuti cum ficos primus propola recentes
Protulit, ac̀ prẽcio ingenti dat primitu' paucos.

Conſilij autẽ mei princeps hæc ratio: cũ quia Ticinenſis ille Præſul egregius, periculoſe miſſus bis Legatus eſt ab Hormiſda Papa ad Anaſtaſiũ Imp. refractariũ: quiq; Legationes plurimas S. Epiphanij diſertè cõmemorauit; vt nunc quidẽ primũ integrè Vitã illã exhi-

bemus è mẽbranis pridẽ à me in extremis hominũ Morinis Belgarũ inuestigando repertis. Quæ quidẽ Ticinensis diœcesis ad Metropolitanã Insubriæ ꝟrbẽ Mediolanũ, ꝟt loco propinqua, sic & ditione, pertinuit. Deinde quod ENNODIVS *laudes* B. AMBROSII *ꝟestri, ceterorumq; Præsulum, carmine pangat: quæ tamen, incredibile dictu, quàm conuulsa, lacera, ac traiecta in Basileensi Orthodoxographorũ altera editione, nunc è membranis illis suo quæq; loco pleraq; constituimus, ꝟt comparando facilè cuiuis apparebit. Subsequentur propediẽ, Deo benè iuuante,* ENNODII *reliqua*: Epistolæ, Orationes, Declamationes, *& pro Synodo* IIII. *Romana sub Symmacho habita* Apologeticus. *Vtinã (quoniã ꝟereor ꝟt ꝟnus satis sit liber ad emendandũ auctorem adeò horridum atq; obscurũ,) collega ꝟester* Ant. Olgiatus, *Ambrosianæ Præfectus Bibliothecæ, homo eruditissimus, si quid fortè* ENNODII *apud Insubres delitescit, suggerat, iuuetque in partem. Ad symbolam quoque conferendam*

dam inuito, qui patriam istic meditatur historiam, Ioſ. Ripamontium *Mediolanenſem: itemq;* Franc. Bernardinum *Ferrarium; hominum longè doctiſſimum: cuius* Antiquitatum Eccleſiaſticarum *libri acuunt ingens ſanè doctis hominibus deſiderium.* Benedictum *denique* Soſſagum, *Poëticæ artis peritiſſimum appello, vt puſillum quidem hoc Poëmation, ſed in quo vulnera quædam fortaſſe, poſt* NOTAS *à me adhibitas reſtent, recẽſendo ſanare tẽtet, quod cõmodo illius fieri volo: vtq; cõmuni animorũ ſenſu nos amare, noſtroſq; conatus iuuare velitis maiorem in modum rogo, quæſoq;. Tornaci Neruiorum Kal. Auguſti.* CIↃ. IↃCX.

EPI-

EPITAPHIVM B. ENNODII EPISC. TICINENSIS.

Papiæ, *quæ olim* Ticinum *à flumine dicta, in ædè S. Michaëlis;*

Ex Bernardo Sacco Lib. VIII. *Ticinensis Histor. cap. I.*

ENNODIVS Vates lucis rediturus in ortum,
Hoc posuit tumulo corporis exuuias.
Clarus prole quidem, generosior ipse propinquis,
Quos functus laudum iussit habere diem:
Reddidit hos cælo viuacibus ille figuris,
Cum fecit famæ viuere colloquijs.
Quid mirum, si morte caret post busta superstes,
Qui consanguineos restituit Superis?
Quantus & ille foret, mundi celebratur in oris,
Nec silet Occidui cardinis Oceanus.
Schismata coniunxit dudum discordia Legi,
Atque fidem Petri reddidit Ecclesijs.
Pollens eloquio, doctrinæ nobilis arte
CHRISTO restituit innumeros populos.
Largus, vel sapiens, dispensatorque benignus,
Diuitias credens, quas dedit ipse, suas.
Templa Deo faciens hymnis decorauit, & auro;
Et paries functi dogmata nunc loquitur.

DEPOSITVS XVI. KAL. AVGVST. VALERIO V. COS.
ANNO CHRISTI DXVI.

B. EN-

BEATI

ENNODII TICINENSIS EPISCOPI

HYMNI.

Omnes Iambici Dimetri, uno dempto Alcaïco.

HYMNVS VESPERTINVS.

NIGRANTE tectam pallio
Iam terra noctem suscipit,
Vt viua dulci funere
Reconualescant corpora:
Mortis figura blandior
Bustum soporis admouet,
Anhela lucis æstibus
Dum mens tepescet otio.
Lux Christe, *vita, veritas,*
Ne fusca somni tempora
Tetris parata umbraculis
Nos ad tenebras euocent:
Nox nulla nos subdat sibi
In noctis atræ tegmine,
Sed nec caloris ebrij
Mentita pingat corpora.
Verum reatum nescijs
Falsi minstrans criminis.

Tu per quietis munera
Adsiste, cunctos perui gil.
Hostis procul sit callidus,
Quod lædit illud dormiat.
Qui dente sæuo mandere
Certat cubantes lectulis,
Hic membra vinctus lugeat
Pulsare sese quos soues,
Madente carne spiritus
Non enecetur naufragus.
Ornet cubile Castitas,
Quæ prima Virtutum micat.
Viuat Fides in pectore,
Quæ luce vernat perpeti.

HYMNVS TEMPORE tristitiæ.

DEVS perenne gaudium,
Pax, CHRISTE, cordis anxij,
Portusq́, fluctuantium,
Quem nec procella turbidis
*St * verrat ima motibus,* *vetat.
Potest fugare à pectore:
Qui mersa ponto sublenas,
Qui subiugata sarcinis,
Qui Dux Prophetæ naufragi,
Dum viuit esca belluæ,
Dum nescit æquor quod tenet,
* * *
Secreta ceti prodidit,
Testis verendus intimi.
Sic nos precamur, Rex DEVS,

Mœrore

Mœrore fractos, vt cibum
De ventre curarum rape.
Viuit medullis quod necat,
Turbantur alta viscerum:
In fonte carnis ardor est,
Qui mergitur, vrit, afficit.
Sed si serenus aspicis,
Pressura gignet gaudium.

IN ASCENSIONEM Domini.

IAm CHRISTVS ascendit polum,
Necauit ante funera,
Letum sepultus expulit,
Mors mortis impulsu ruet.
Cantate factum sæcula,
Funus subegit Tartarum,
Vicit peremptus exitum.
** Mors inde luget pallida,* * Sors u. c.
Præsumpsit vnde gaudium.
Escis vorator captus est:
Est præda raptor omnium:
Iam rete vinctum ducitur,
Iacet catena in nexibus,
Serpens venena protulit:
Mitis teret superbiam:
Agnus leonem euiscerat,
Plus istud est potentiæ
Quod nostra CHRISTE suscipis,
Et veste serui absconditus,
Nos ad triumphum prouehis:
Quam si è coruscis sedibus,

Fulgore terreres reos,
DEVS patet per omnia,
Nullo remotus tegmine:
Sed vt iacentes erigat,
Dignatus esse quod sumus,
Redemit ipse ius suum.
Quem reuexit perditam
Pastoris ad custodiam.
Psal. 32. 7. *Leuate portas Angeli,*
Intrat tremendus arbiter,
Maior trophæis hostium.

IN PENTECOSTEN.

ET hoc supernum munus est,
Quod lingua linguis militat.
Quis non Tonantis præmia
Per dona eisdem præferat?
Facit loquendo qui sapit,
Dignum loquatur vt Deo.
Infundit ecce Spiritus,
Et ora rursus instruit.
Intrat æterno pectora
Euiscerata nubilo
In hoc Apostolis die,
Dum verba Verbum diuidit,
Sermone mundi præpotens,
Summis feratur laudibus,
Et corda mundis contulit,
** Sonos, & ora gentium*
Thrax, Gallus, Indus vnus est:
Quod blanda ludit Græcia,

Quod

Quod sæuit atrox barbarum
Stridor Canopi murmuris.
Quod lingua latrat Parthica,
Pectus repleuit hospitum
Mundi ad salutem, curritur
Nolente mundo tot vijs,
Quid sacra nunc remissio,
Paschalis instar gratiæ,
Dum mysticam septemplici,
Ornat coronam munere,
Augmenta plenitudinis,
Opes ministrant diuiti.
Nunc mente, voce psallite,
O nostra vox & mens DEO.

HYMNVS SANCTÆ Mariæ Virgini.

VT *Virginem fœtam loquar,*
Quid laude dignum MARIAE
Det partus, ornet, exigat,
Quod clausa porta, quod patens,
Expoſcit, ipsa suggerat,
Sint verba ceu miraculum.
Quid mens requiras ordinem?
Natura totum perdidit,
Hoc est salus quod vincimur,
Cum sola Virgo degeret,
Concepit aure Filium,
Stupente factum corpore,
Turgescit aluus Spiritu,
Quod lingua iecit semen est.

In carne Verbum stringitur,
De Matre cunctus noster est,
De Patre nil distans DEVS.
Vtrisque partus integer,
Quæ gignit, & qui præcipit:
Nil maior ille seruulis;
Sed nec minor creante sit.
Fons dicta clausus accipit,
Fons membra clausus egerit.
Nec rima cessit arctior,
Et vera Proles emicat.
Dic Mater, & Virgo, precor,
Quisquam ne claudit exiens?
Arctantur exta fœtibus;
Vinclum pudoris gnatus est.

SANCTO STEPHANO.

QVid Stephano potentius?
Dicas coronam, Martyr est,
Hoc est, homo, quod præmium
Fructus laboris nomen est.
Laus hæc breuis prolixa sit,
Sic euocantur inclyti.
Nescis minister, aspice,
De morte vitam conferens,
Hoc dat saluti quod negat.
Felix sub istis ictibus,
Fit sempiternus exitu.
Cruore lucem præparat,
Cælum sepulcri munere.

Hostem

Hoſtem vt triumphus eſſugat,
Ceu palma ſic congreditur.
Hic primus intrauit viam
Nullis ſubactam greſsibus:
Secreta lustrauit poli,
In veſte carnis abditans.
Clamant, ECCE *Filius*
Conſiſtit in dextra Patris,
Dum ſaxa ferrent impij,
Dum mille leti machinas,
Solus bonorum conſcius
Orabat, ex fide loquens,
Ne ſcientes noxios
Cæleſtis ira perderet.
Inſons erat veſania,
Reum furor prouexerat.
Per vota currebat labor,
* *Crucem gemebat carnifex*
Creſcente quem ſubegerat.

SANCTO DIONYSIO.

DIONYSIO CHRISTVS dedit
Quot bella, tot victorias.
Exul, piorum ciuis eſt,
Vrbis ſuperna particeps.
Conſtantius Vatem loco
Quondam tyrannus expulit:
Non ceſsit iſte turbido,
Creuit periculis fides.
Hoc ſancta dic profeſsio,
Te pœna tradit proſperis,

Optata mercaris malo,
Perſiſte tortor adiuuans,
Lux hæc negando ceditur.
O quam beata aduerſitas,
Si ſic triumphant exules,
Nihil verendo Martyre,
Confeſſor ille deſtitit.
Diſperſa mors quos afficit
Ad vota mortis euolant,
Nil lenta perdit coctio,
Intrat latenter abdita.
Vitale funus mœror eſt,
Velox medela tranſitus,
Riſit furorem Principis.
Fide manente curſitans,
Fixus per orbem ducitur,
Qua Sol coruſcat acrior,
Negans bibendi copiam,
A te tremende ſumimus,
Ceu noſtra quæ remuneras.
Tu mitte ſanctum poſcere,
Quod ipſe nobis conferas.

SANCTO MARTINO.

CVm geſta MARTINI loquor,
Nil laude dignum tranſeo.
Diuiſa virtus omnibus,
Vnum coacta præſtitit.
Labore magno Martyr eſt,
Victore carnis ſpiritu,
Hoc eſt triumphis proximum,

Si bella

Si bella calcent intima,
Pendente vires corpore.
Res fixa constat laureis,
Sublimat hostem mentium,
Qui vota membrorum facit.
Hic fontis ignem nescient,
Calore feruebat Dei.
Vndis vapore iunctus est,
CHRISTO dicatus actibus.
Qua veste nudum texerat
Hac Rex nitebat ætheris,
Sordente panno æquiritur
Quo fulget astrorum globus.
Quam iusta commutatio,
Astrum rependit indigens,
Et regna mendicus parat,
Mox sacra vita contigit,
De plebe lusit Dæmonum,
Iussit saullis surgere,
vixere tactu funera,
Flagella passus est libens,
Quibus coronam nexuit.
Compulsus ad Antistitem,
Votum repugnans induit,
Quod sancta compleuit Fides.

SANCTO CYPRIANO.

VAtis Cypriani, & Martyris
Cor, lingua, sensus, dignitas,
Mortem ferendo proferunt.
Vitalis hunc nex edidit.

Mucrone parta lux micat.
Dictis fuit præfulgidus,
Et ore diues vnico,
Torrentis vndam gurgitis,
Impacta cornu spicula,
*Sermone vincens * promulo;*
Opes verendi pectoris,
Qui iure CHRISTO reddidit.
Nunc munus implet pristinum,
Orator orat, obtinet,
Et dura causis temperat.
Facit beatos ex reis,
Peccata rumpens carmine.
Non flamma, carcer, vinculum
Potest nocere quos iuuat.
Mactare iussus hostias.
Lugenda risit munia,
Instante mox periculo,
Fugit pericla funere.
Paruas loquendi stemmate
Moras remisit ictibus,
Acciuit enses latior,
Currente leto plus celer.
Proconsul esse sæuior
* *Nequiuit ille Maximus.*
Dum quod minatur munus est,
Nec tardat ira lenior,
CHRISTVM volentes visere.

SANCTO NAZARIO.

Festũ xxviii. Iulij.

ANGVSTA vitæ tempora,
Paruis coacta terminis,

Mori

Mors ſancta donat creſcere,
AEterna fines præparat.
De fruge caſuum venit,
Qui ſurgat humanum genus,
In ſtirpe NAZARIVS bona.
De morte lumen addidit,
Nerone ſelix Principe,
Diuerſa perpeſſus mala.
Luſtrauit orbem, non graui
Pauore cordis algidus;
Sed vt profanis inderet,
Quo calle conſcendant polos,
Verus magiſter, actibus
Exempla non verbis dedit.
Nam ductor ille fortis eſt,
Qui bella viribus docet,
Quem dicta militem trahant.
Si Dux gerendis abſtinet,
Ventoſa linguæ hortatio.
Quod forma præſtat non auet:
Sed magna poſtquam ſemina,
Scribente terram ſarculo,
Glebis refudit optimis,
Mediolanum mox petit,
In qua triumpho nobili,
Carnis ruinam reppulit;
Qui ſede non digna iacens,
Vatem tremendus mox monet,
Vt clara rurſus munera
Mundo refuſus adderet.

SANCTÆ

SANCTÆ EVPHEMIÆ.

Alcaicum Dactylicũ acatalectũ.

In Martyrol. Rom. XVI. Septemb.

Qva lingua posit, quis valeat stylus,
Tantæ triumphos virginis eloqui?
Nunc mente molles discite masculi,
Exempla præstat (sumite desides)
Puella, fortes cum superat viros,
Virtus teneri nescia semper est,
fort. mensei. *Nec iura sexus fractaq; * mense*
Quæ corde Christum *cõciperet semel,*
Soluunt caducis pectora vinculis,
Quibus repostus mentibus est DEVS.
Tormenta torsit fortia corpore
Lassante pœna creuit amor Crucis.
Si scire possis vincere Martyrem
Vesane tortor, pascere disceres
Flammas, flagellum, carnifices, rotas.
* f. minas. *Cui crux sequẽda est, no metuit * nimis,*
Hanc cum caminis igne crepantibus,
Iussisse fertur præcipitem dari
Priscus *veneni fonte nocentior:*
(Nam sic feralem tempore sordido
Dixere sanctæ Virginis arbitrum,)
Huius ministri dum cuperent nimis
Fornacis escæ tradere Martyrem,
Lux tunc Olympi luce serenior
Opus remouit sæua volentium,
Cum voce monstrant qui gladium simul.
Nos hinc precamur dirige Tartaro,
Nam nostra sanctam non violat manus,
Turgescit illi felle iecur calens.
Mox saxa, fossas, verbera, bestias,

Maius

Malis venenum blanditiis parat,
Quibus virago fortiter obstitit.

SANCTO AMBROSIO.

CAElo ferunt Ambrosium,
Nomen, honor, vel actio,
Nil debet hic facundiæ,
Dos omnis est à moribus,
* *Fortis iuuantem non cupit,* * f. Foris
Vmbone munitus suo.
In carne nil carnis egit.
Regina mens in corpore,
Confregit omne lubricum:
Sic vixit ille non sibi,
Sed totus auctori Deo.
Reduxit expulsam Fidem.
Adiectus hinc Apostolis,
Duxit triumphos Martyrum,
Linguæ virentis laureis:
Hic ore prædam sustulit
De fauce serpentis feri.
Qui bella CHRISTI *militat,*
Nudus timetur ensibus,
Viuit sepultus, & iuuat
Clauum tenens Ecclesiæ.
Sedis memento lux tuæ,
Exorna Sancte posteros,
Auctore fultus nobili.
Ne Dux sereni culminis
In nube tectus horreat,

Qui

Qui pastor est Antistitum,
Quod fucat omne summouet,
Gregem gubernat Principum,
Magister est docentium.

B. ENNODII TICINENSIS EPISCOPI PANEGYRICI.

IN NATALEM B. EPIPHANII EPISCOPI TICINENSIS PANEGYRICVS

In integrum numeris restitutus.

VATIBVS *antiquis dicendi maxima virtus*
Illa fuit, doctis si scirent fallere verbis.
Laus erat in laudem mentitum pangere carmen:
Tunc operi fraus apta fuit: nam more Poëta
Seruantes quod crimen habet, vetuere pudore
Vera loqui, carmenque fides despexit vbique.
Ars placuit, quam culpa decet; nam doctior error
Extorsit

Extorſit certis metuenda poëmata linguis.
Lex docuit ſine lege loqui, cum iudicat arte a. vindicat.
Quidquid iura negant, fantum retinacula morum
Numina fallaci finxerunt ſordida cantu.
Phœbum, & ter ternas dixerunt eſſe ſorores,
Caſtalium laticem, varias quoque Palladis artes.
Tunc laurus tripodas, cortinam, tympana, plectrum
Narrabant, illos à veri tramite fugit
Senſus, & errantes deluſit viſus imago.
Nunc linguam citharæ, quæ cantat pollicis ore:
Sperne fides, magis ille veni nunc ſpiritus oro,
Cuius inexhauſto reuiuiſcit ſemper in anno
Quidquid terra creat, gignit mare, parturit æther.
Qui freta diffundit, ſolidum dat corpus in aruis,
Saxa ciet iuſſu, metuit quem cantibus horrens
Caucaſus, aurito famuli cum ſortia ſenſu
Corda domat, qui cũcta videt, quẽ cũcta tremiſcũt.
Fons, via, dextra, lapis, vitulus, leo, lucifer, agnus,
Ianua, ſpes, virtus, Verbum, ſapientia vatis,
Hoſtia, virgultum, paſtor, mons, rete, columba,
Flamma, gigas, aquila, ſponſus, patientia, vermis,
Filius excelſus, Dominus, DEVS, *omnia* Chriſtus
Nunc precor vt dictis adſit, qui pectora priſci Exodi 4. v. 10.
Vatis, vt ingreſſus Pharaonis *tempore Regis*
Adiuuit gracili locuturum voce Prophetam:
Se ſtupuit hunc ipſe, reor, bene conſcius oris:
Murmuris, & ſoliti complectere Principis *aures*
Pondere, voce, ſono, ſenſu, probitate, pudore;
Tu famulum, tu ſancte mone: da ſoluere grates
Quas debere iuuat: ſanctum complectimur omnes
Ecce diem, voluit quo ſe iubar indere terris.
Promptius & radijs animas animare propinquis:

Quo

Quo gaudet mundus, cum non sint gaudia mundi.
Cernis adorantem pauidos submittere vultus
Vatis in obsequium; natalis tempora sentit
Festa, nec amissis contemnit tristis alumnis.
Iste dies cunctis vitæ, cunctisque salutis
Causa fuit, veteris dissoluens vincula noxæ.
Christus in hoc tribuit decus, & tutamen in aruis
Ausonijs, parili populos qui mente gubernet,
Et gentes pietate regat, quibus auctor Olympi
Pollicitus simili Regem probitate parauit.
Dexter & ipse Deus solio dat iura coruſco:
Proximus hic cœlo cui recti conscia mens est.
Semper erit quem iusta probant, quē iudice mundo
Publica vota legunt. fateor suffragia magna
Contulit, vt sedis gremio frueretur inemptæ.
Libera te dominum posuit sibi turba perennem,
Seruitio laudanda suo: prō quantus vbique,
Fervor erat sancto mundi plaudente tumultu.
Omnibus idem animus, turbis vox omnibus vna,
Sic tamen alterutrum certabant vincere votis,
Ceu sibi cum diro bellandi cominus hoste
Causa foret, vulgus proprio tunc sanguine vicit,
Pollicitum quoties fuerit sufferre pericla.
Caspia non aliter cum tigris fœta Niphatem
Circuit, aut catulus rapiendi formit ad vsus,
*Ardet in absentes, * sauit, mortalia mandit*
*Membra * animi, hominumq; necē petit ore cruento.*
Alter in hoc senium teneris miratus in annis;
Alter in antiqua iactabat stirpe parentes;
Alterius contenta parum de sanguine mens est,
Digna referre viro virtutum stemmata mille
Commemorat; quanta tituli tunc laude superstant.

* seuis u. c.
* animis. u. c.

Vincun-

Vincuntur quoties, & morum gloria victis
Parturit insignem per sæcula longa triumphum.
Ille pudicitiam, quæ pulcro in corpore vernat
Pulcrior, & casta ridentem luce figuram
Laudibus ad cælum portat; decus illa profecto
Attulit huic facies, quæ multis causa pericli
Sæpe fuit. pulcrum satis est mansisse pudicum,
Hæc nisi de summo non dantur culmine Olympi.
Sic vbi contingat, vel formæ commoda sanctis
Mentibus accrescant, bello se vincere certant
Tunc homines, funditque decus, vel munera terræ
Dextra animæ, iuuitq; sibi, dum deperit illi.
Hæc cum multiplici populus narraret ab ore,
Vna fuit cunctis sententia fixa cateruis,
*Turba sacerdotum, venerandaq; curia *sedis* * sçelis.
Elegit, voluit, meruit, suscepit, amauit.
Ecce aliud, dictuque nouum mirabile cunctis
Transieram, quod quisq; pauet, quod suspicit orbis.
Vix primæuus erat, tremulis cum lumina lucis
Calcantur plantis, cum matris ab vbere raptus;
Blandior à tenero succus deducitur æstu,
Callida mentitum genitrix cum forte saporem,
Herbarum querulis infundit dura labellis,
Nesciat vt natus gustu cognoscere matrem;
Vnde subornatum sorbetur lacte negato
Faucibus insuetis ridenda fraude venenum,
Istius illa fuit, cum signum contigit ætas.
** Namque fuisse ferunt huius cunabula magno* * Nam fulciſſe. v. c.
Lumine, cum tantus micuisset splendor in illo,
Quantus in obsequium potuit tum fungier æther,
Cum iussus seruire viro, mortalia raptim
Membra leuat lapsu, gradiens celer ignis Olympi,

* pernix. *Cornipedum * pernox cursus imitatur equorum;*
Prospera non aliter puerum tunc flamma pererrans
Circuit, illustrat, veneratur, suspicit, ambit.
Tunc pauidas genitor submisso lumine fatur:
Summe Deûm, *tanti custos qui culmine cœli*
Omnia dextra facis, quæ cernis, lumine dextro;
Hunc tibi de priuis & adhuc reptantibus annis
Sancte Pater voueo, quæ necdum casibus artis
Lubrica terrenis innectunt sæcula culpis.
Nec faciant, sit summe DEVS *tibi munus opimum.*
Hæc ait, & lacrymas, quas promũt gaudia, ũdit.
Crispinum petit inde libens, quem dicere digno
Non datur eloquio, nec si modo surgat Auerno
Qui potuit rigidas de rupibus Apennini
Flumina cum starent, ad plectra ducere siluas.
*Helias fuit hic mage, * nam quis Heliseum*
Linqueret in terris duplicato munere palmæ
Nutriuit quem lacte pio, quod ab vbere Paulus
Presit Euangelicis plena cui dextra papillis.
Salue sancte parens, semper saluete recepti
Crispini, cineres, ad cuius iura redundat (gnum.
Quidquid in hoc CHRISTI *miramur dogmate di-*
Tunc bene transmissum tibi censum possidet heres
Res non parua docet triplicatis iuncta talentis
Monstrat ab occidui reuocatum partibus orbis,
Quod supplex captum transmittit Gallia vulgus.
Effera te viso didicerunt pectora flecti:
Armatum precibus superasti maxime regni.
Sic pugnax gladios obtundit verbere linguæ;
Sic ferrum expugnat verborum lamina fortis.
Nam si fanda ferunt, socians qui maxima paruis
*Sic dominum exspectat * domitatis villicus aruis,*

Cum

*Cum bene * molitus incurui dentis ligonis*
Scribit; agros, faciemque soli, sic pectit aratris,
Vt spumet plenis currens vindemia labris,
Inseret externas peregrino in cespite plantas.
Aduena coniunctis sociatur nexibus arbor,
Truncantur stirpes, demessam falce maritat
Virgultum, tenero lignum mordetur hiatu,
Germine nobilitas consurgit non sua paruo
Surculus ignoto coalescit numine diues,
Dum madefacta nouo inunxit plantaria libro;
Præstanti pariter depingit terga rosetis,
Regius agrestis vestitur murice campus,
*Lilia pro * viridi funduntur lumine calces.* * nitidæ.
Tunc pingit violas, cythisos, colocasia, calthas,
Cinnama, terpillum, narcissus, balsamo, costus.
Tunc rediuiua serit, quæ portat germina, phœnix.
Hunc iubet aduenientis Dominus discumbere seruū,
Surgit, & ipse suis manibus dat fercula mensæ.
Sic tua terdenis animarum cultor in annis
Halant rura rosas interpellata, nec vllis
Frigoribus marcescit humus, quam vere perenni
Seruat odorato meritorum cespite doctor.
Arbuta siccantur, quoties tua rore negato
Inundes lacrymis, cophinum quoque congeris illic
Stercoris immundi; tunc ramis surgit opimis,
Tunc fecunda Deo nascendi iura superstant.
Suscipe nunc dexter vitæ lux aurea nostræ
Gaudia, quæ faciunt modicū tibi promere carmen:
Cum mea vota Deus produxerit ordine cœpto,
Fulserit & docilis quem plantat dextera palmis:
Debita post centum reddam tibi fortius anno.
En statui quodcunque tibi nunc scribere carmen

Nodoſo ſub iure pater, quod nexus & artis
Diuerſa ſub ſorte, modis lex proxima pene,
Vſquam ne fallax mutaret ſyllaba, dixi.

IN REDITVM SVVM EX VRBE.

Poſt canas hyemes, gelidi poſt damna profundi,
Tranquillum quoties nauita carpit iter,
Mœret, & infidi deſperat proſpera ponti,
Quamque videt faciem non putat eſſe ſali.
Sibilat aura leuis, validas timet ille procellas,
Fluctibus & blandas æſtimat eſſe minas.
Lintea ſi criſpant Zephyri pendentia malo,
Et dulci ludit ſpiritus obſequio,
Confuſam ventis naturam perdere leges
Iurat, & antiquum credit adeſſe Chaos.
Gaudia ſi tollunt placidis diſcrimina rebus,
Nulla fides lætis integra, nec dubijs.
*Non aliter * tenuit varijs quos Roma periclis*
Littoris optati reddidit ad gremium.
Permulcent pelagi numen venerabile cantu,
Anchora quod proprium mordet obunca ſolum.
Flamina ſed laſſis teuerum factura ſoporem
Perturbant mentem militis æquorei:
Arma ratis ſubigit remos, & lintea vibrat:
Sic mens naufragium ſuſpicionis habet.
Aduenit ſiccis quæ preſſit cærula plantis:
Nam portus feſſis ille ſalutis erit.
Qui latices iunxit, fundens in pocula ſaxum,
Qui lapides ſoluit, qui ſolidauit aquas.
Quem genitrix fudit ſæclis ſine ſemine fœta,
Ad matrem iungens virginitatis onus.

* varijs tenuit.

Qui

Qui mortem propriæ superauit munere mortis,
Dans vitam mundo funere, quam peperit.
Ille per excelsum videat me dexter Olympum,
*Tunc patriam teneam, tunc stationis * opus.* * opem.
Nubila laxati verrant licet æquora venti,
** Rimosam puppim nil nocitura petunt.* * Rimosa puppi.
Dulcia compositis quatiam a nunc tympana chordis,
Floribus & pingam carmina nostra nouis. a. tunc.
Vt fatear doctis constat benedicere lætum,
Tristia nil capiunt pectora versiloqui.
Sed redeat vernum, cesset iam bruma timoris,
Stringite quæ nectant frondea serta comæ:
Cantem quæ solitus dum plebem pasceret ore
Ambrosius, *vatis carmina pulcra loqui.*

OLYBRIO.

FAma refert veterum quæ nescit perdere gesta,
Quæ loquitur semper quicquid in orbe fuit.
Germina dum lucis Titan dispergit in axem,
Et ditat mundum mobilibus radijs:
Vda vaporiferas cohibent dum lora quadrigas,
Et nitidum gurges mittit vbique diem.
Vndantes datis manibus Sol flectit habenas,
Artificem dominum lux bene nota tulit.
Sed Phaëtonteo postquam dare regna precatu
Non exploratis viribus instituit:
Degenerem primis rectorem motibus astrum
Sensit, & excussis currere cœpit equis.
Tunc totam sonipes lucem de naribus efflans
Non tenuit legis tempora certa suæ:
In flammam cessit splendor, quod lumina [a] cussit, a. tussit.
Quodque animat terras, exitium peperit.

Tunc & hyperboreas dum frangit lampade cruſtas
E potu canis ſiccus abibat equis:
Cryſtallum fluxit, ſed curſus fluminis arſit,
Quod lapides ſoluit nexuit Eridanum.
Sic ego Rhetoricum tentans tranſcurrere callem
Aggredior [b] *curſus ſolis & imperium.*
[b] currus. *Curia te pollens teretem formauit ad vnguem,*
Et patribus iuſsit lumina ferre ſuis.
Tu Phœbum reddis, fumat tibi victima pinguis,
Pro qua ceſsiſsent fulmine cælicolæ.
At tibi vix illud tranſmittunt pauperis horti,
Rubra quod acceptum teſta refutat olus.
[c] Sunt. [c] *Dum fateor cuius diſtillent verba relatu,*
Quæ maciem monſtrant pauperis ingenij:
Carmina nulla cano, nec me modulante Camœnas
Manſurum dabitur pollicis ore ſophos.
Quidquid Apollineo loquebamur pectine, ceſsi,
Oblitus linguæ quam niſi fila dabant.
Ruſtica per teneras errat mihi dextera chordas,
[d] Confringunt. [d] *Conſtringunt dulces barbara plectra modos.*
Ah quoties vitreis Helicon mihi fluxit in herbis,
Arridens labijs quæ facit vnda ſitim:
Ah quoties ederis redimitus tempora, dixi
[e] Aonium. *Ac* [e] *hominum mulces carmina concilium:*
At nunc per ſiluas inter ſpelæa ferarum
Agreſtem certus ducere militiam,
Grandia per validos commendo ſemina ſulcos,
Vt germen vitæ deſtituant lolia.
Lactea ne mentem denudent verba ſolutam,
Et dictis mollis dicar & ingenio.
Non niſi per campos diſcurrat lingua patentes,
Maſcula nec lituis dicta feram grauibus:

Ne mea

Ne mea grandisono flammentur corda cothurno,
*Et tumidus scriptis, moribus, esse * putet.* * puter.
Qui mihi tunc portus famam petit vndique lector,
Sed stabilis pudor est, si taceam, proprius.
Tu cœlum teneas, me terris linque quietum,
Qui solum noui, quod bene nil didici.

DE EPISCOPIS.

DE DOMINI AMBROSII Episcopi actibus, & vita.

EGit quod docuit, meritis & honore superstes,
Ambrosius *Vates moribus, ingenio.*
Rosida regifico cui fulsit murice lingua,
Vere suo pingens germina quæ volait:
Serta redimitus gestabat lucida fronte,
Distinctum gemmis ore parabat opus.
Instituit populos gestu, probitate, pudore
Fouit, respiciens perculit, admonuit.
Voces vt officium postrema pericula poscunt,
Sic teneras culpas, qui tacet, insequitur.
Succinctus gladijs, clypei de pondere tutus
Pectora claudebat textilibus chalybis.
Ensis habet vires vitiorum sector & hostis,
Vipera non tangit squamea terga viri.

DE EPISTOLA AMBROSII contra Symmachum; de ara Victoriæ, quando petens cultum ipsius, victus est Symmachus.

DICENDI palmam Victoria tollet amico:
Transit ad Ambrosium: *plus fauet ira Deæ.*

DE SANCTI SIMPLICIANI Episcopi, successoris ipsius Ambrosij.

AMbrosius *linquens viduatæ munia plebis,*
Transtulit ad curam Simpliciane *tuã.*
Successoris opes, spoliati viscera regni
Creuerunt merito temporis alterius.
Ac velut annosam Zephyris parcentibus ornum,
Ne metuat bellum longa quies solidat:
Tiro tamen felix cana ad rudimenta vocatus,
Non flexit priscum degenerans apicem:
Nil timuit gelidis anima feruente medullis:
Pontificis virtus floris habet senium.
AEquora qui tecto præsit terrena patenti,
Moribus & cultu sidera cum tetigit.

DE BEATO VENERIO SEQVENTE.

FOrma *pudicitiæ iuuenis sectanda* VENERI
Venit nominibus nil famulata suis.
Fortia marcebant vetulo sub iudice membra,
AEtas præsentem perdiderat puerum.
Sublimis postquam conscendit fulcra cathedræ;
Cana tener populis dogmata disseruit.
Aurea fluxerunt locupletis stemmata linguæ,
Sol vita, nitidum reddidit eloquium.
Aluus vt Ecclesiæ tumuisset semine verbi,
Non deerat pastus lactis Apostolici.

DE VENERABILIS MAROLI SVCCESSIONE.

MAROLVS *extremæ potator Tigridis vndæ,*
Qui iubar in madidis viderat hospitijs:

Quem

Quem labor in proprio Lyriæ solidauerat axe,
Orditur Vatem dotibus innumeris.
Peruigil, intentus, ieiunus, prouidus, ardens,
Quod morem tenuit sat fuit officio.
Os tenerum quoties gustus contingit honesti,
Transit ad effectum quod fuit imperij.
Terra potens olim Patribus fundata beatis
Nobilibus mundum partibus irradiat.

DE CVLTORE DOMINI Martiniano, Episcopo.

MEns niuei lactis, species manifesta columbæ,
Astutia serpens, Martiniane, *Vale.*
Lubrica te dubij dum poscunt flamina vulgi,
Inueniunt pauidum ne mereare legi.
Vnus erat mundo contraria iudice narrans,
Qui vt caperet regnum vincere non meruit.
*Protinus ad magni perductus * culmen honoris,* * limen. v. c.
Exul cœlorum ciuibus inseritur.
Post gemmas sanctis construxit mundior ædes,
Lumine quas clauso iussit habere deum.

DE VENERABILI GLYCERIO EPISCOPO.

*SVffusus * nimio perq́, optima facta rubescens,* * f. minio.
Virginei vultus Glycerius *sequitur:*
Puram sanguineo maculat dum rore figuram,
Picta genas facies simpliciter placuit.
Candentem crocea gestans aspergine frontem,
Læta verecundis tinxerat ora notis.
Indeptus sceptrum tribuit quod tectis imago,
Purpura quem mentis prodidit imperio.

* f. Hinc auus.

** Hinc auo & populus paruo vix tempore felix,*
Sed rursus magni missus ad obsequium.

DE SANCTO LAZARO ANTISTITE.

LAZARVS vt dixi premeret pede climata mũdi
Vocibus accitus trux venit in medium:
Quem frons læta parum vitijs depinxerat hostem,
Multantem culpas luminibus tacitis;
Respiciens lapsus detersit nubila vitæ,
Curam sæpe dedit vulneris obsequio:
Non latuit tectis facinus qui gessit in antris:
Absens criminibus tortor vbique fuit.
Innocuis placida vernabat luce serenus,
Ceu speculum noxis inijciens faciem.

DE AMICO DOMINI Eusebio Pontifice.

EVsebius Ligurum successit finibus hospes,
Ignotæ tractus plebis amicitia.
Graius erat, socio Titan quos respicit ortu,
Flammigero lymphas vertice decutiens.
Mitis, compositus, largus, pius, integer, audax,
Crederet vt damnum non dare perpetuum.
*Fleuit pauperiem, miserans arrisit * habenti,*
Gaudia cum cunctis tristitiamq́; gerens.
Hunc index operis locuturo nunciat orbi
Fama virum, gentes de statione trahens.

* auenti.

DE

DE GERVNTIO VIRO simplici, Episcopo.

Ecclesiæ postquã parta est tibi sella Geronti,
Funera decessor non timuit moriens:
Te reparant redit, patitur sors pallida letum,
Viuit post ob tum discipuli precio.
Agricolis iunctus coluisti germina vitæ,
Nec serpens lolium pabula læta tulit.
Qui dedit in medium quam lex iubet optima victũ,
Emit terrenis fructibus ille polum:
Errorem mentis presisti lege laborum,
Ocia non passus virtutibus veheris.

DE VENERABILI Benigno, Episcopo.

Exere quæ posuit mens nomina certa, Benigne:
Quem qui squis vocitat testis erit meriti.
Cana fides hominem dum narrat, detegit actus,
Nil loquitur casu pignoris attonitus.
Præscia venturi non errant vota parentum,
In veram vertunt blanditias sobolem.
Ante patres censens sedit plaudente Senatu,
Prælatum sanctis extulit ille caput.
Pollice sed duro ceu flos succisus aratro est,
Spes, decus, & genius de foribus recidit.

*

*QVI modo * trabeas solium cinctumque Gabinum,*
Consulibus præstans ecce Senator adest.
Ingenium velox, sermonis cura rotundi,
Virtutum precium, forma pudicitiæ.

Abdita

Abdita librorum mysteria clausa Prophetæ
Qui dedit in lucem stemmate quæ voluit.
Orbis ad extremi missus secreta verendis
Curauit studijs quod fuerat lacerum.
Tunc oriens victum peregrino lumine fassus,
Hæsit ad aspectum lampadis alterius.

DE BEATISSIMO VIRO Theodoro Senatore, Episcopo.

TV lux certa tuis, spes tu fidissima rerum,
Vatis Apostolici tu, Theodore, *vigor.*
Virtutum cumulus, substantia lucida veri,
Monstrat aceruatis quem labor in studijs.
Præscius, accinctus, fortis, tranquillus, amicus,
Compositus, simplex, tu bonus & sapiens:
Fatidicus semper tibi conscia corda futuri,
Deprensum fluxit te referante malum.
Quem timuere feri calcantes culmina mundi,
Dilexit spernens dura supercilij.

DE HONORATI EPISC. CASTELLO.

POntificis castrum spes est fidissima vitæ,
Qui tutor sanctus qua nocitura petant.
Hic clypeus votum est, procul hinc Bellona recede,
Quo meritis constat prælia nulla grauant.
Conditor hic muros solidat munimina factor:
Nil metuat quisquis huc properat metuens.

DE HONORATO.

VXor Flasconis cuppis dotata Falerni,
Semper inexhausto pectus repleta Lyæo,

Quæ

Qua Bacchum madidis colui venerata labellis,
Turgida ructato permulcens numina musto;
Concludor sicci bene conscia tegmine busti,
Est tamen ad Superos coniunx mihi nobilis euue,
Pocula quem nunquam possint transire beata;
Quem si fata virum seruant, tibi viuimus ambo.

B. ENNODII EPIGRAMMATA.

LAVS VERSVVM.

QVamuis sit tenerum madore mellis
Quod cum quid strepuit parens Camœna,
Et fictum lepido nitore carmen,
Captiuet docilis momenta cordis,
Nec semper deceat pœma virtus,
Quod lex præcipiens tenere fluxum.
Resoluat studio iubente sortes,
At nos Pieriæ modum loquelæ,
Intantum sequitur monente cura,
Quantum dat genius, vigorq; veri
Christi militis insitum rigorem,
Elumbem patimur cauere ductum.

PRÆFATIO OPERIS POETICI.

DVm mea multiplices mens anxia sustinet æstus,
Et reddor vitrei mancipium pelagi:
Cumque

Cumq́, procellosus resluentis portitor vndæ
Africus, vt captas me rotat exunias:
Pierius mentis calor incidit, indiga serti
Tempora mox cinxit laurus Apollinea.
Tunc ederæ viridis rubuerunt fronte corymbi,
Castalij mellis murmura blanda bibi.
Continuò ponens marcentes pectore curas,
Complector laudem, carmina, latitiam.

GRAMMATICA.

MEntibus damus saporem, dum polimus fabulas,
Iudicem tenemus æquum, si quid errat paruulus.
Abstinens manu pudorem aure & ore verbero,
Quidquid ars habet pauendum, ars loquendum temperat,
Cum pusillis & locamur inter ipsa dogmata.
a. ne per omne. *Nam iubet rigor magister, tu per omnes terreas.*
b. optimos. *Nos parentes dixit ætas illa maior [b] optionis,*
Quod fauore computamus esse nostra pignora.
c. literati ominis. *Quæ dedit venter tumescens, [c] lacerati seminis,*
Nec libido subiugauit iura clari pectoris.

DOMINI ENNODII.

ARtis Grammaticæ librum de carmine fracto
Qui poscit solidos certa caucre pedes.
O vtinam Musis contingant munere nostro
*De te * quandoque gaudia certa puer.*
Vitant loripedem nisi fallor pangere versum,
Vel quos insomnis respiciunt studia.

RHE-

RHETORICA.

SIC noſter tantum non ſtringunt crimina quenquam,
Nos vitæ maculas tergimus artis ope.
Si niueo conſtet merito quis teſte Senatu,
Cogimus hunc omnes dicere nocte ſatum.
Et reus & ſanctus de noſtro naſcitur ore,
Dum loquimur captum ducitur arbitrium.
[a] Læta Tarentinæ laus vrbis, gemma, poteſtas,
Quid ſunt ad noſtrum iuncta ſupercilium?
Qui noſtris ſeruit ſtudijs mox imperat orbi,
Nil dubium metuens, ars mihi regna dedit.

a. Lana.

FIDES.

QVI cupit cœlo ſociare terram,
Linquere [a] fluxæ vitium parentis,
Me petat certum decus, & coronam
Muneris alti.
Ille nec dirum metuit tribunal,
Nec per vrbanos volitat potentes:
Conſcius recti tenet inter vndas,
Stagna ſalutis.
Barbarum quamuis [b] timeat Gelonus:
[c] Proclata & [d] latæ Morinus figura,
Omne quod mundi rąbies ſuſurrat
Deſpicit, arcet.
Intrat excelſi penetrale Regis,
[d] Diuitum tutus manet in ruinis:
Ille nec legem patitur ſepulcri,
Nec mala vitæ.

a. & luxæ.
b. tumeat.
c. Parthica.
d. f. læta
d. Ditium.

Caſtitas

CASTITAS.

NIL moror afflictos constanter prodere vultus,
a Dum mihi. a Dũ nisi præniteant casti monimenta decoris.
Pinguia nam tenuem suffocant corpora censum,
b. male Et b male facta suas conculcant viscera mentes.
At mihi Crux cuspis, Crux scutum, Cruxq; c corona:
c. thoraca. Hac tegar, hac feriam, hac Pacis fœdera firmem:
Hæc mihi Dux belli, quo victrix lubrica calcans,
Dira Cupidinei detestor mella veneni;
Ad me currentes puerum seponite factis:
Deq; meo iuuenes canam præsumite vitam.

VERECVNDIA.

TINGITE candentes roseo de murice vultus,
Atque fidem morum pandite de facie.
In niueo spargens maculas sis pulcrior ore,
Cum sudans tenerum roscida colla feras.
a. lingua. Nil tibi plus a ligno tribuas quam stemmate frontis,
Quidquid amare libet hinc tibi concilia.

AD FAVSTVM.

FLVMINIS in medio succendis viscera, Fauste,
Cuius alit magnam carminis vnda sitim.
Quis ferat ardorem latricum, flammasque fluentis
Cognatas sicco sorbeat ore potans.
Fonte vaporiferum pariunt tua verba calorem,
Æstuet vnde iecur pocula prospiciunt:
Ingenij quisquis festinus tendit ad amnem,
Non putet ambiguum sic bibat, vt sitiat:
Nobilis occultum condiuit lympha saporem,
Computat ad damnum si minus inde feram.

Lubricæ

Lubrica Cecropio considens lingua cothurno,
Nil iactet priscos nobilitate [b] senes:
In Veterum morem pangit noua carmina Faustus,
Qui per membra suum desecat arte melos:
Doctus ad incudem verba in fabricata referre,
Quosq; facit versus, terq; quaterq; probat.
AEtas [c] nona refert digitis animasse [d] Maronem
Quod fingebat opus viuificante manu:
Tu verbis faciem tribuis, modulamine membra,
Quod natura Deo, hoc tibi dant studia.
In vetulum dexter si vertas plectra cadauer,
Primæuum facias adificante lyra.
Si flores [e] similes gelidi per plaustra Bootis,
Mox Elicem [f] verius sibilat aura modis.
[g] Ningida lustra rosas, fundat tibi frigora mustum,
Feruenti Pallas sidere dona ferat.
Piscis in æthereo quem portas vertice tranet,
Si iubeas versu, marmora seruus amat.

[b] senes.
[c] cana.
[d] Myronem.
[e] simules.
[f] vernis.
[g] Ningulda.

ADONIA AD EVNDEM.

LVx mea, Fauste,
Spesq; salusq;,
Litterularum
Munera parua
Suscipe lætus.
Sic tua summus
Germina CHRISTVS
Lucida seruet,
Corrige dextram
Nominis almi,
Grata Tonanti
Farra piorum.

Faucibus è medijs impasto viscera prædam
Ore potens tollas, quam tenet ore Leo:
Iam scio Castaly, quo me traxistis amores,
Accedunt culpis munera vestra meis.

Sutilis ad tumidas rapitur mea cymba procellas
Hybernos passura Notos, quam nauita pauper
Rimosam tenui fingens de cortice puppim,
Composuit nomenq; dedit sine laude faseli:
* Illa nec Ægæum. * *Illius ego non pelagus, nec littora Phryxi,*
Nec quæcunque valet trux æquora verrere fundo
AEolus agnouit, placidos sed gurgitis alti
Prælegit bene cauta sinus, vbi seruiat Auster.
Non vbi regna petat, quoties ibi remige lento
Sibilat in tremula d scurrens aura carina.
Linea nam summis dum crispant nexa carinis,
Quæ portant mortes, præstant mihi flamina somnos.
Huc vertam puppim, certis mea carbasa ventis
Commendans cursus artis, opisq; meæ.
Flecte viam velis clauumq; ad littora Phœbe
Anchora prosciissum mordeat vnca solum.

SAPPHICVM

MVSA dictorum caput optimorum,
Herbidam fingens hederis coronam,
Quam per exactos numeras Poetas,
Necte capillos.
Sulcat immensum pelagus carina,
Nescit ad clauum manus apta ferri,
Quo vocat dextrum regimen per vndas
Artis amicus.
Pergis ad Faustum trutinam loquelæ,
Ore qui vastum valet vt profundum

Luce

Luce quem mundus veneratur ipsa
Dexteriorem.
Aurium libram tenet in Camœnis,
Illius ferrum secat omne vulnus,
*Quidquid * interiis latet in medullis* * internis.
Carminis ægri.
*Si meos vellet modicos * sol tymbus* * thyrambus.
Mente qua cunctum moderatur orbem
*Inter infantum triviale * numen*
Pendere, laus est. * murmur.

DE EPIGRAMMATIS PER Armaria Domini Fausti factis.

CONSONA diuersis finxisti carmina libris,
Suscipiat gaudens littera quod tribuit:
Nescio qui tandem non laudet Fauste *pudorem,*
Cum reddis si quid lecta dedere tibi.
Depositum perdit mens recti nescia semper,
Ad mores redeunt hæc documenta probos:
Si tamen admittis dexter mea verba, fatebor,
*Qui pollet magnis paruula * rite fugat.* * iuste, f. iure.
Laudentur teritis quos pingis carmine vatis;
Mascula rhetorico stemmate lingua tonet.
Ceu Paulus Christum *docuit hominēq́ Deūq́ue,* * Quo.
** Quod præstat cunctis gaudeat eloquio.*
Attica per Graios ditentur dogmata sensus,
Et nostrum stupeat Græcia docta decus.
Moralis strictis, narretur Physica certis,
Historiam monstrans indicet Historia.
Comica per limam numerentur fortia plausu;
Conueniunt operi lucida dicta tuo.
Non valet hæc, alter sed Faustum dicere summa
Ludus erit, semper si bene nota loquor.

IN BASILICAM S. SYXTI quam Laurentius Episcopus fecit.

ANTISTES genio pollens, probitate, pudore,
Ornauit Dominum meritis, & lumina vitæ,
Ad precium iungens operis hæc templa locauit.
Lapsa per incertos non spargit fama recessus:
Sed veteris facti viuit lex aucta per æuum,
Quam dex er capiat Laurent munera Christus.
Sic manet officium quod sanctis contigit olim,
Obtulit hic templum, veniens quod consecret ille.

ITEM IN ALIO LOCO IN Basilica SS. quia arserant ædificia, quæ prius ibi fuerant.

VILIA tecta prius facibus cessere beatis:
Sic splēdor per dāna venit, sic culmina flāmis
Consurgunt habitura Deum, sic perdita crescunt
Ignibus innocuis. Si dant dispendia cultum,
Quales erit reparans crepitantibus aucta ruinis,
Laurenti tua bella gerens incendia vitæ.
Sordida marcente latuisset terra recessu,
Si status faciem renuissent antra vetusta.
Sed postquam Superi flammas in sere secundas,
Ad lumen cineres traxerunt ista colendum.
Huc oculos conuerte pios, qui cuncta vapore
Prædicis mundana pater, rebusq; docendos
Instrue, ne verbis titubet mens nescia recti.

Antistes summus plaustro te nobile donat,
Pandit iter magnis omnia dextra facit.
Occisor mortis, dux vitæ, plan a salutis:
Aspice nunc serpens, ecce venena fugat.

Et quos

Et quod supplicij species & mortis imago
Iam uerat miseris, est mihi certa salus.

IN DOMO MEDIOLANI scripti.

AEDIBVS ad geniũ duo sunt cõcessa per æuũ,
Si niteant crustis, aut domini meri o.
Herbida pasturam simulantia saxa virentem,
** Illectant oculos nobiliore dolo.* * Illiciant
Pellat opus tamen arte, regat natura figuras,
Viscera dum lapidum fingit imaginibus.
Candorem roseo perfundat doctor ab ore,
Depingat sparsis congrua membra notis.
Aurum, culmen, ebur, tabulas, laquearia, gemmas,
Non datur humanis plus rutilare bonis.
In precio cautis fors & sine lege locatur,
Moribus vt constet, crede, laboris erit.

IBIDEM.

ECCE nitet templũ antiquum quod sorduit ante
Cui faciem veterem lux noua composuit.
Perdidit antiquum quis religione sacellum
Numinibus pulsis, quod bene numen habet.
Dij quibus hoc parant possessas linquite sedes,
Quod fecit Victor, victor vbiq; tenet.
Addidit ad cultum merito successor, & actis
Qui morum nomen hinc Honorate gerit.
Nubila viperei qui gestat corda veneni,
Non datur vt faciat culmina pulcra Deo.
Accipe de cuius liberit domus arta fluentis,
Atria quod superat porticibus modicis.
Pontificis summi studio constructa renidet;
Laurenti proprium possidet ista diem.

* f. tecta. *Splendida per censu consurgunt * tacta ruinam,*
Occasum nescit quod venit à Domino.
Vix caries senium comitata hoc deterit vnquam,
Gloria factoris quod bene condiderit.
Fabula de magnis nunquam tacitura referat,
Quod vincens cauum nomen ad astra ferat.
Ille fuit rigidi semper seruator honesti,
Terribilis culpis, simplicibusq; pius.
Quem nunquam flexit vitium, miseratio semper,
Iudicium facie certus vbique dedit.
* f. compuncta. *Crimina corripuit vultu * cum puncta refouit:*
Conscia secreti detulit ora tui.
* Hunc vtero. ** Hunc ergo & genitrix caelestē fidit * in aluum,*
Vbera subducens tradidit vberibus.
* in aulā. *Cana venerandum stupuerunt saecula Patrem,*
Moribus ante fuit, quod gerit officio.
Qui possessa diu felix habit acula liquit,
Quæ creuit domino sic viduata domus.
Aulica suscipiens moderamina raptus ineptus
Quod precio mentis quaritur, obtinuit.
Nunc locus irriguo retinet quod feruit haustu,
* acta. *Prospera custodiens faucibus * aucta semel.*
* Extemplo. *Exemplo quisquis successit mansor & heres,*
Ingresso dextram contulit ista pedem.
Quid praestet consors ad vitam dicite sanctam,
Si reddunt mundos tecta dicata viros.
* Da Pater. ** O Pater omnipotens per saecula longe precamur,*
Spes vt certa pijs hospitibus veniat.
Candida ne meritis fuscentur stamina nostris,
Heu metis sistat palma parata meis.
Surgat qui proprie genitricis fotus in aluo,
Ad gaudium vitæ per tua dona venit.

Tu mea

Tu meâ vel tenui perfundis corda sapore,
Tu restem linguam sanguinis esse facis.
Celsa tenebroso frondescunt arbuta luxu,
Quæ nullis strinxit falcibus agricola,
Eloquium certus naturæ constituit index,
Perfecti fontem quærere qui sitiat.
Libertas semper studijs reseratur honestis:
Infabricata latet nobilitas tenebris.
Captiuum venis seruaßet terra metallum,
*Ni daret inuentor, quod * vocat, in medium.* f. vorat.
Scrutator fuluum concessit pallidus aurum,
Qui polit ingenium sic facit esse suum.
Hactenus Ionium perlustrans remige pauco
Ad portum cymbam flecte Thalia meam.

SVPER REGIAM,
IN DOMO
Triclinij.

NAuita per postes suspendit munera Ponti,
In foribus propryis [a] flumine parta gerens: a flamina parta
Venator portis apportat missile ferrum;
Vestibulum galea comitur armigeri.
Discitur in valuis ars, virtus, nomen, origo:
*Nos * frontis signo credimus esse Dei* * Hoc est Crucis signo.
Sic nostrum pande studium dux littera recti,
Vt domus ingenium non taceat domini.
Qui gestas Latium satiatus pectora rorem,
*Aspice serpentis hic Heliconis * opus.* * aquæ

IN MISSORIO, Quod habet loricatum Iuuenem ſuper equum, tenentem Victoriam in manu.

ECCE tenet nutrix pennatum dextera numen,
Venit,& ad reditum non habet arma via.
Pugnacem geſtans ſonipes per terga minatur
Aduena, cui terror videt in arte bonus.
Diſcat hyperboreis famoſum germen in aruis
Naturæ genium, cùm ſimulacra videt.

DE LEONE MARMOREO, qui aquam mittit in domo.

ASPICE *depoſita blandum feritate leonem,*
Ore vomit lymphas pectoris obſequio.
Vnda fluit roſtro, dens mortis pocula mandit;
Naturam perdens bellua nos ſatiat.
Effera dum vitreos effundunt guttura fontes,
Dira ſalutiferis corda leuantur aquis.

IN BAPTISTERIO VGELLO factos, vbi picti ſunt Martyres, quorum reliquiæ ibi conditæ ſunt.

CONDITOR *Armenius ſupero qui dignus honore eſt,*
Hic peperit fontem viuificantis aquæ.
Plena ſaluiferis guſtemus viſcera lymphis,
Ne ſitiat, potans contulit vnda ſemel.
Rapta ſepulturis animauit corpora pictor,
Funera viua videns mors erat in tumulis.
Illorum tamen iſte locus complectitur artus,
*Quos * partes facie, mens tenet alma Fide.*

* paries.

DE

DE SCVTELLIS, SEX HABENTIbus feras cum Diana.

DELIA, *ceruus, aper, tigris, leo, bucula, pardus,*
Apportat mensis iercula docta tuis.

DE * CAMPOSTILE habente septem a Celuates.

* CONPOSTILE. v.c.

DIVERSIS *dapibus confinia proxima seruat,*
Dum claudit varijs iercula multa vijs.
Limitibus certis quod b victus diuidit ordo,
Vnus in argento quam bene venter habet.

a. Celuates.

b. iunctus.

DE GLAVCO HABENTE Pasiphaen, & Taurum.

BLANDITVR *mulier, sentit bos, membra mouentur:*
Attulit has foras qui dedit hic animas.

ET *fictus rigidam seruat Venus improba mẽtem,*
*Taurus, vt * admonitis suspẽdat rostra labellis.*

* ad mortis, v.c. fort. admotis.

SI *tibi sunt animæ pictor quibus inseris artem;*
Mollior in tauro claudatur spiritus ore:
Fortia si miseræ non dantur corda puellæ.

MESSALA CONSVL ENNODIVS cognomine dictus.

CONSVLIS *ad geniũ nomẽ pro stẽmate iunxi,*
Dans lucem Fastis sum trabeis potior.
Quid palmata tuo tantum de murice vernas?
Plus fucante dedit purpura nostra tibi.

MESSALÆ AD ENNODIVM.

Vscipe versiculos Ennod proxime nostros,
Vt librum nobis reddere non desinas.
Ne fœdes culium dum reddere maxime non vis,
Qua pridem nobis es quoque policitus.

DOMINI ENNODII.

SI te Messalam studijs mihi pandere velles,
Non deerant libri, quos tibi dulce darem.
Mens iniusta nimis quod spernat tollit amanti,
Nec gratum est munus quod fugit ingenium.

DE OBLOQVENTE SIBI Aduocato.

IMprobe quid fractis confundis singula verbis
Depingit mores obruta lingua tuos.
Accipis, exposcis, præsumis, rennuis, ardes,
Tristia, blanda simul fortia, fluxa, facis.
Ita, pauor, rabies, patientia, tempore in uno
* vacuas. *Tot facies gestas pectoribus * vacuis.*

* VTELLO VBI FILIVM ARMENIANGELI CHRISTO offerunt, qui pœnitentiam egit.

* Vgello.

SVscipit oblatum veniam cui contulit IESVS,
Post culpas animæ sunt holocausta Dei.
Perge puer teneros superans bene conscius annos:
Victores iuuit candida vita pios.

DE EO QVI GALLIS IPSO præsente eblocutus est, cum esset detractor Venetus.

Illudis Gallis Veneti malè tincta propago,
Nil candoris habens mens tibi, quod genus est.
Despicis insontes maculata vernula terræ,
Sed natos Rhodani vis probitatis habet.

IN SVBSCRIPTIONE.

QVOD tibi naturæ dederit lex germẽ, amice,
Hoc tibi fons tradit viuificantis aquæ.

IN DOMO ANTE ORATORIVM.

COMMODA de dãnis mercaris, gaudia plãctu,
Si tibi de CHRISTO est indubitata Fides.

ANTE * OLIVARIVM.

* OLEARIVM.

HOC est quod nitido membrũ cõpletur oliuo:
Nil potius sanctas conuenit ante fores.

ANTE HORREVM.

HOrrea parua licet, sed mens est largior illis,
Non parcens opibus diuitias merui.

ANTE CELLARIVM.

NVLLA penum laxat mentis pressura sinistræ,
Effluit expensis quod spacijs latitat.

ANTE COQVINAM.

NON mihi diffusa dant prãdia celsa coquinæ,
Nec plures venter concutit artifices.
Fercula pauca damus, numerum vincentia cultu:
Gloria nec mensæ damna salutis auet.

Ante

ANTE * CANAVAM.

* f. Cauanam.

SOBRIA cella cadis vinũ quòd ſeruat onuſtis,
Corpora confirmat greſſibus apta ſuis.
* Infundant multus. ** Infundis mulcum irarum pocula flammas,*
Miteſcunt noſtro bellica corda mero.

ANTE SCALAS.

ADVENIANT animum reſerãtes teſte figura,
Quo ſemper votum proditur inde cito.

IN INGRESSV HORTI.

RESPICE qui greſſũ ſinuas per amœna vireta,
Vt diſcas cultis lucem præferre, diſerti,
Arridet germen quod lingua pungitur oſtro,
Ver habet in bruma qui flores carmine gignit,
Per glaciem Zephyros exhalant verba tepentes,
Ebria fulgenti maduerunt murice dicta;
Omnibus in rebus ſermonum purpura regnat,
Oris ad imperium ſubmittunt colla chelydri,
Alcida cum roſeo tunc neſcunt ſanguine corda,
Primæuos gelidis oſtendit littera membris,
Vertit ad obſequium naturæ munera doctus,
AEtates, ſpecies, menſuras, tempora, formas.

INTRA HORTVM ſupra limen.

* cui ſatiant. *COLLAVDAT ſpacijs hortorum cõmoda lautis,*
*Plurima * ſic ſatiant iugera culta famem.*
Ditior extentos ſuperat dos larga minorum,
Nobilitas vera eſt quæ nitet in modicis.
* Prodidit. v.c. *Venit ad incluſum poſtponens gratia campos,*
** Perdidit anguſtis quid faciat ſtudium.*

Vernas

Vernat in ingreſſu viridanti porticus vmbra,
Cui dedit ingenium viti ipſe Deus.
Exornans magnis foliorum texta racemis,
AEſtiuis tunget commoda frigoribus:
Lilia nam laurus, oleas, commiſta roſetis,
De cultu proprium fecit auere diem
*Serta triumphantis frondem quæ monſtret * amico,* * amicum.
Contulit ad ortus aurea terra ſuos.
Largus opum poſcat maioris præmia voti,
Hoc ſatis eſt nobis, quod ſine fraude libet.

DE MVRENA, IN LIBRO FIRMINÆ, quæ in Septacia clauditur ita tenuis eſt.

SPIRITVS ex hauſto volitat prælubricus auro,
Candida laſſatum vix tangit membra metallū,
*Affluxit pondus precium fornacis * anile.* * anelæ. v. c.

*AVREA per * nubilas diſſoluit fila magiſter;* * nebulas.
Luſerunt dociles flamina ſulua manus.

CONTVLIT hic ventus precioſi mẽbra metalli:
Quod finxere, timent, nec capiunt oculi.

EST nihil & teneo, cum vincit dextera viſum:
*Stringitur * artaticis digitorum nexibus aura.* * arctatis.

DE EO QVI FICVS MVNERI & teſſeram ſimul miſit.

DAMNATI fructus mittet tua teſſera ligni.
Hæc hominem dira ſpoliarūt pabula primum,
Et nudis ſerpens poſt fraudem ſorte minatus:

Parce

Parce precor donis, casus & damna reseruã.

Respondet.

CRVX. triũphigenis. *Quid nocitura putas insontis poma saluti,*
Ante serax leti tunc mortem depulit arbor,
*Fixa * triumphigeris cum ramis Vita pependit.*

EPIGRAMMA.

OMnia Memphitis retinentur sæcula textis,
Seruiuit nunquam Laurentius ante Neronis
Nec timuit validas qui vicit corpore flammas.

DE ADVLTERO ET MOLLI.

VIR facie, mulier gestu, sed crure quod ambo
Iurgia naturæ nullo discrimine solaens,
Es lepus, & tanti conculcas colla leonis.

*Exige.v.c. *ERige mendaces populorum vxorcula barbæ,*
Ne minuant quæstum mascula labra tuum.

RESpice portentum permixto iure creatum,
Communis generis, satiùs sed dicitur Omnis.

LVDIT in ancipiti constans fallacia sexu,
Fœmineũ patitur, peragit dũ turpia mas est.

* Fœmina dum

DE IOVINIANO,

* f. Gothicã. qui cum haberet barbam * coticam laterna vestitus processit: ex tempore.

BArbaricam faciem Romanos sumere cultus
Miror, & immodico distinctas corpore gentes.

ROmuleam tegetem nox oris nubila fuscat,
Oppressit vestes tenebroso tegmine vultus.

Nobilibus totus genium male compte lacernis,
Discordes miscens inimico fœdere proles.

IN BASILICA SANCTI CALIMERI, quando reparata est.

Libera captiuum meruerunt culmina lumen,
Arridet facies nubila nulla gerens.
Hic nuper astrigeri dos proxima venit Olympi,
Laurenti Vatis ducta ministerio.
AEdibus & vitæ, cuius nunc vna figura est,
Ceu Solis radijs forma color simulus.
Euge vetustorum reparator perge, nouorum
Conditor, & vultu clarus & ingenio.
Abiarant priscam te Præsule tecta senectam,
Aduena casuris porrigitur genium.

DE QVODAM VETERE inimico stulto, & bene pascente.

PRãdia Lauta paras, sed lingua sordidas horres,
Si desis pastor, fercula concilias.
Ambitiosa tames lassato prodiga censu,
Cornibus insultat, si taceat dominus.

DE EODEM QVI PAVPERVM vorabat opes.

Visceribus miserorũ & sãguine pauperis auctæ,
Tantorum mortes cur tibi sunt epulæ?
Tubera, perdices, grus, turdus, turtur, echinus,
Non explent vterum corpora mille tuum.
Inauctus multis, tibi felix diceris vni,
Heres quod misero venter erit proprius.

DE

DE EODEM.

ARTVBVS humanis Polyphemus vixit, & atro
Sanguine distentus delicias habuit.
Tu reddis similem cæna redeunte furorem,
Cui pastum tribuunt agmina debilium.

DE EO QVI VT AMICOS EIVS ad se tolleret, pascebat.

MERGERET vt viuos in mortẽ pabula serpẽs
Contulit, & vitam munere dira tulit:
Sic quicunq; meos paradisi vere labores
Demulcet, casses conuiuij patitur.
Illic discedit quem pectore gessit amicus,
Fit * dominum cari gutturis hospitium.

DE DEFENSORE CALLIDO.

NEscires votis, & cordis nube recedis,
Ex oculis præsens, quæreris in facie.
Tuq; per ambages nulli spectabilis esse
Calles, melliſluis toxica dans labijs.
Hoc volo quod non vis, iurans te nolle quod optas,
Concutis & varijs pectora sæua modis.
Hydram vorticibus formis superare Prometheum
Doctus, vt ad priscos fabula non redeat.
Bella cies, spolijs crescens Defensor ademptis,
Ad nomen currit præda superba tuum.

DE EO QVOD CVM IPSE Gallos parentes haberet, anseres amabat comedere.

HIC volucrum pugna est, vbi Gallo cæditur anser,
Dat pœnas veteris proditionis auis.

Mactatus

Mactatus quondam vocis capis improbe quæstum,
Romanis vitam qui dederit, moritur.

DE VARIETATE CLERICORUM.

QVI Ponti facies, numerum qui nouit arenæ,
Fœmina quem iurans fallere nulla potest.
Astrorum[a] plebem qui calles spectat amantum,
[b] Quinctia cui certis cornibus innotuit.
Non valet hic vultus[c] retinere, nomina, mores,
Quos mutat Clerus tempus in exiguum.

a. pro, Astra spectans.
b. Cynthia.
c. F. retinere per omnia mores, vel, retinere, & nomina.

DE MALO HOMINE QVI EQVOS amabat.

*GAVDET equis recti dissuasor, & *indigus æqui,*
Nomina qui dignis studio superante caballis
Subtrahit, opponens ad sancta vocabula clunem.
Sed procul est pecudis, quod censet mentis iniquæ,
Propositum præstat generis quod stemmata fundunt.

* prodigus. v.c.

DE CALLIDO QVI DEFENSOR dicebatur.

ASPIDAS vt capiat rectis fraus hospita technis;
Sub ludi specie mortis imago latet.
Vmbra lacessitas producit callida pestes,
Et bellum blandis principijs geritur:
Credite non aliter Defensor prælia tractat,
Qui accusat ridens, qui perimit placidus.

DICTIO EX TEMPORE quam ipse Deuterius iniunxit. Thema.

PERFVNCTVS pelago Diomedes tutus in aruis,
Naufragium deflet, quod sine lympha fuit.

Quam propter varios contendens vicerat æstus
Vxor ad alterius transierat copulam.
Causa querelarum simulato nomine vera est;
Huius verba precor comite vos placidi.

VERSVS IN BAPTISTERIO Mediolanensi factos.

MVndior excocti fulgescat luce metalli,
Munera disponit qui dare digna Deo.
Ante vaporatis Laurenti vita caminis
Constitit, vt blandum nobilitaret opus.
Marmora, picturas, tabulas, sublime lacunar
Ipse dedit templo, qui probitate nitet.
AEdibus ad precium sic mores conditor addit,
Vellera ceu Serum murice tincta feras.
Qualiter inclusas comit lux hospita gemmas;
Nix lapidis quoties pulcrior arte rubet.

DE EO QVOD VINDEMIArum tempore scripsit.

MVsta cadis famuli dū cōdunt nostra fideles,
Et ludunt prælo calcibus intrepidis:
Dum tingunt rosei plantas de sanguine Bacchi,
Scinditur & teneras vua gerens tunicas.
Ocia Niliacis non passus carmina biblis
Sulcaui, tumulo ne tenear moriens.
Ebria lassantis confessus verba Thaliæ,
Sum vacuus culpa, si pedibus titubet.
*Ieiunos deceat lex artis syllaba * Remmus:*
Nulla Camenarum pungitur ad Bromium.

* f. Rem.

DE

DE QVODAM GLVTTONE qui opus eius imperitus carpebat.

NEscio cur sancto non parcas stulte labori,
Dum morem seruas dentibus insiliens.
Mandere nos pergis, sed venter commoda nescit,
Flamina nam vacuis stringis imaginibus.
Escarum gurges nil ruptis murmure buccis
Suscipit, aut cassis motibus exuberat.
Fasiacam volucrem, pisces, vel summia captans, * sumina.
Vda vaporatis guttura pasce cibis.
Me ieiuna iuuat sine ructu pangere dicta:
Regifico luxu fercula te satient.

DE EVNVCHO, TRIBVNO nomine Peregrino, omnia perambulante.

TEstibus asseritur gens, census, vita, Tribune,
Antiquum quoties linquimus hospitium.
Tu quem lustratis transmisit gentibus error,
Nulla domus pleno, nec tenet ampla die.
Vis dici locuples, sublimis, pulcer, amicus,
AEstubus ignoti missus ab Oceani.
Irrita dicta volant, assertor non venit vllus,
Nulla fides sexum detegit, aut patriam.
Mendicus, vetulus, timidus, confusus, anhelus,
His verum perdens vtere nominibus.

DE EODEM.

TVTVS falsa loqui poteris sine, teste Tribune,
Ventus habet linguam ponderibus vacui.

ALITER DE IPSO QVIA nusquam stat.

INstabilem faciunt naturæ damna Tribunum
Auolat huc rursus, vincula ni teneant:

Tolle miser modicam Zephyro veniente saburram,
Radix nulla tuo est vtilis auxilio.

EVnuchus turpem poscit per compita victum,
Semina telluri non habet vnde ferat.
Grandia proscißis rus seruat germina membris,
Fœtibus & meßis multiplicata redit.
Incassum sectus proscindit vomere terga,
Ne findens spergat triticeam sobolem.

* * * *

IMPERII custos vocali pollice chordas
Per numeros animans, tibi fila loquentia carmen
Verberibus plectri doctor seruire coegi
Cyrrha potens Phœbo, laticis pia turba sereni,
pectore. *Tu mihi semper eris qui * pectora clausa remotis*
Inseris officijs, & dextro numine comples:
Deprecor exactam fauturus suscipe vocem,
Extortis precium donans te iudice dictis.

DE MARMORIBVS opere Sarsorio.

VISCERIBVS lapidum permixta lege coactis
Naturam faciunt artificum studia.
In solidum fractis riguerunt marmora membris,
Partibus in crustam colligitur genius.
Vnam de varijs speciem componere frustis
Qui potuit saxum duxit in obsequium.

IN MISSORIO VBI IMAGO ipsius est.

DIVITIBVS precium est Ennodi *formæ*
metallis.

IN

IN CONCHA IPSIVS.

PARTVRIT vnda ſitim quam ſplendens concha
mimſtrat.

DE EQVO QVEM ACCEPIT Huniſco.

BELLIGER algenti ſonipes nutrite ſub axe
Per Tanais medium pectora ſicca ferens.
Cana pruinoſis mandentem gramina luſtris,
Virtus lege poli quem ſibi percoluit.
Poſt domitas gentes, poſt flumina tanta cruoris,
Alter te dominus, ſed manet ipſe labor.
Linque, precor, lituum cantus paſſure beatus,
Captiuus pacis mitteris obſequijs.
Nil tibi cum bellis, commendat buccina letum:
Quid iuuat expertas ſemper amare neces?

DICTIO DATA DEVTERIO Grammatico, nomine ipſius Eugeneti mittenda.

GAVDIA tranſcendunt vires, vox læta ſuperbis,
Ingenij maciem proſpera non metuunt.
Dulcia temporibus famulantur fila ſecundis,
Quod felix meruit nobile carmen erit.
Vox iuſti, quæſtor legum, ſubſtantia nobis,
Ceu Phœbus mittet tympana, plectra, lyram.
Docta Camœnarum coeat pia turba ſororum,
Offerat arguto pollice quod loquitur.
Turgida fatidici vix poſſunt pectora vatis
Virtutum ſpecies enumerare tuas.

Tu decus Italiæ, ſpes tu fidiſſima recti,
Fax, tuba cauſarum, purpura noſtra vale
Luminibus locuples, Solem te Roma vocauit:
Celſa Quirinali ſuſcipiens gremio.
Eloquio lyncem, tu ſubdes voce leonem,
Melle tuo ſerpens gutturis arma premit;
Fœtibus orbata ferrent tibi murera tigres,
Quæ dolor & feritas aure pauente daret.
Te penè demeſſum, ſeu florem dextera fati,
Dum lacerat CHRISTVS, perculit exitium.
Reddita ſe melius nunc vincit vita beati,
Actibus aſſeritur quod venit à Superis.
His fretus non legatus nec verba precantum
Callida fucatis artibus elicui.
Ipſe ego mendica tranſmittens verba Thaliæ,
Donum more Dei, te precor, vt tribuas.
Hortulus exigua ſociatus parte retardat
Spem ſolidam, fieri ne merear dominus.
Hanc mihi largiri non ſpernas lumen honorum,
Sic voti compos ſæcula noſtra colas.
*Sic ter regnantis * ſublimis celſa poteſtas,* * ſublimet.
Sic currant meritis aurea facta tuis.
Amphion Dirceus tetigit quod pectine vixit,
Nulla mori rerum tunc animata poteſt.
Commoda de Muſis nunquam fluxêre tot annis,
Affectu precij, quas mihi concilia.

DE ROMANO QVODAM qui magiſter voluit eſſe.

INdex naturæ ſtudium tibi non venit vllum.
Littera nulla colit brutæ commercia linguæ:
Nunquam diſcipulus valeas, dic vnde magiſter?

DE

DE ANV QVADAM.

Algidus in viuo moritur dum corpore sanguis,
Annorum glacies cum siccat pabula vulnæ,
Seminis & custos refugit cruor vtilis inguen:
Marcida cur iuueni sociaris Galla marito?
Pignoris in thalamis pariet fiducia iuncto:
Nam sobolem laxis mendacem viuere rugis
Insimulans, epulis das prolem sæta cloacæ.
Attulit hoc venter, quod coniunx iungat ad ora.

APONVS FONS.

TOLLITVR ad cliui tellus subnixa tumore,
Leniter elato fulta supercilio.
Verticibus nullis caput admouet illa superbum,
Nec similis pressis vallibus ima petit.
Fumifer hic patulis Aponus fluit vndique venis,
Pacificus mixtis ignis anhelat aquis.
Vnda focum seruat, non sorbet flamma liquorem,
Infuso crepitat fons sacer inde rogo.
Ebrius hic cunctis medicinam suggerit ardor,
Corpora desiccans rore vaporifero.
* *Hic pera gurgitibus scintillis fluctuat humor,* * *f.* Hic è gurgitib.
Viuitur alternæ mortis amicitia.

NE pereat nymphis Vulcanus mergitur illis,
Fœdera naturæ rupit cõcordia pugnax.

DE ANNVLO FIRMINÆ

NIL fallit simulãs quod finxit dextera verũ est,
*Immobilẽ stãte * fugiat lepus arte molossum,* * fugiat

Inſertus rabidis ridet furor aureus vrſis,
* Geſtandus. * Geſtandi manibus ſæuit leo blandior ira,
Cognoſcit dominam genius famulante metallo,
Mitigat illa feras dum plebem paſcit egentem.

ASPICIS Albinum titulos poſt buſta dediſſe
* iugulat. Funera, qui meritis viuacibus * vigilat.
Inclyte cui princeps dum ſubdis iura magiſtri,
Vere ſepulturæ contigit ille locus.

CRETICVS hic ſollers quidam vocitatur homullus,
* ore timendus. Naribus argutus, greſſu celer, * ore rotundus,
Impauidus preſſo ſignans veſtigia roſtro,
Quo ceruus, capreæ, lepores, lepus, vrſa vagatur:
Inuenit, & tepido capitur fera prouida lecto,
Luditur agnellæ poſt prælia tanta volatu,
Molle pecus volucrem præuertit fraude moleſſum.

LAESA Venus non eſt, naturæ vincula conſtant,
Bucula Dædalei ceſſat mentita laboris,
* nil mugit. Ingenio viuens * mugiens, nil vacca biformis,
Fictaq; nec verum catum dat ligna iuuencæ.
Ecce iterum tauro mulier ſubmittitur vxor,
Humanas pecudum ſuſpirant pectora flammas,
Vaſta iugum ceruix cur ſuſpicit area colli
Qualiter aſtricto ſudauit marcida loro?

DE SCVTELLIS.

TOT Iouis illecebras, tot crimina viua figuris
Dum bene depingit, vitioſa eſt dextera fabri,
Argenti pretium eſt facinus retinere vetuſtum,
Ne purum ſuperet quod furiis Iuppiter egit.

Nil

Nil licet ætati, scelerum monumenta resurgunt;
Admonet exemplis qui culpas format auitas.

SI tantas facies tunc sumpsit diuus adulter,
Se primum falsis lusit imaginibus.
Quid non mentito violas? sed corpore numen
Cuius forma suo gaudet adulterio.

*FORMA, caput, facies, Deuteri cuncta magister, * Formas apud.v.c.
Innumeris doctor dotibus ille cluit.
Excussit linguam genius perfectus vbique,
Quod fari nescit displicet inde malis.
Grammaticam iactant artem nescire magistrum,
Hoc melius simplex moribus instituit.
Oratoris opus lapidosaque culmina Tulli
Non tetigit, celsum rhetora nullus amat.
Discipulis satis est vultus tacitique verenda
Caluicies, Phœbe lumina plena vident.

IN NATALEM INFANTI Aratoris.

IVRE colis proprium natalem pulcer Arator;
Quod si non coleres nunquid arator eras?

DE QVODAM INCERTI propositi, & vitæ turpis.

TOT rebus fallax quid garris pica biformis?
Semiuir & tremulo qui vexas turpia lumbo?
Quod tibi propositum, qui sexus constitit vnquam?
Quid non mentiris vir, fœmina, sancte, prophane?

DVRVS & indomitis Veneris se semine cretũ
lactat, & aburans collaudat stẽmata diuæ.
Edidit ergo Venus fugientem nomen amoris,
Pectoris & rabidi fudit clementia virus.

ITINERARIVM BREgantionis Castelli.

CELTIOR astrigerũ Titan conscẽderat axẽ,
Lampade cum plena totus in orbe patet.
Flammiger ardenti sorbebat flumina Cancro,
Cum segetem messor falce domat propriam.
Siccatur dum fonte bibens, dum mundus anhelat,
Iussus in excursum Gallica lustra sequi.
*Torrida non timui quæ vincunt arua * veneni,* * sirenen.
Puluis flamma, sitis, dos fuit obsequio.
Quid iubar & validos renouans nisi Musa vapores?
Plus erit algentes me superasse vias.
Quidquid plana calent, quidquid sublimia rigent,
Frigoribus pressum dic sine lege poli.
Bellum naturæ quod discors fecerat annus,
AEstatem atque hyemem detulit vna dies.
Inductum nebulis canas superare pruinas * Indutum.
Edocuit vatis feruidus imperio.
Preserat æstiuo corpus sub falce lacerna,
Vestitus tenui tegmine nudus eram.
Cum fugit ex oculis constanti tempore tempus:
Lampada nam Phœbi dux fuit ad glaciem:
Optanti brumam deuoto contigit horror,
Quæsitusq́, calor nil dedit indicij,

Matro-

*Matronas taceo, scopulos * ac rauia dicta,* * atque
In forbus blandas, cætera difficilis. inuia
Illexit miseros facies depicta viantes, dictas.
Calcatæ diras mox peperere neces.
Nominibus propriis nil fallis sacra vetustas,
Tot leti formas sic vocitare volens.
Scrupea decisis pendebat semita plantis,
Nec visu facilis, credite, callis erat.
Quid Labyrinthæos priscorum fama recessus
*Inuolues linguis, quod * timeas relegens?* * timeat.
Illic artificis laudandus constitit error,
Cum torsit rectum Dædalus ingenio.
Hic natura homines per summum portat Olympi,
Quo liquidum tranans ire columba valet.
Parcite Pierides pelagus fluuiale silendo,
Ne reparet sermo sors bona quod pepulit.
Doria nam sensis torrens vstura vel orgus,
*Marmoris Ionij * sonitibus superant*
Dulcia cum variis succedunt læta periclis, * sequitiã v-c.
Effectus rerum cor solidare solet.
Nil mihi cum dubijs, prosunt obliuia tristi:
Ebria Lethæo pectora fonte fero.
Limina Sanctorum præstat lustrasse trementem,
Martyribus lacrymas exhibuisse meas.
Ecce Saturninus, Crispinus, Dauria, Maurus,
Eusebius Quintus, gaudia magna parant.
Octaui meritis da aduentor, redde salutem,
Candida ne pullis vita cadat maculis:
Hostilis laqueos scindat mens conscia recti:
Hoc semper placeat, quod decet, hoc liceat.

Iti-

ITINERARIVM.

a. quo. INGENII cultor, fons oris, copia linguæ,
Humor Caſtalcus veniat, [a] quæ Thracius Orpheus
Naufraga diffuſo ſuccendit pectora fluxu.
Adſit & arentis coniungat cordis hiatus
b. niſi. Eridani dicturus aquas [b] in flumine largo,
c. Sicca Pagaſęo. [c] Siccaq; Pegaſeo per ſundam membra liquore;
Torrida ieiuno vix ſtillant verba relatu.
Vndarum cumulos vt narrem ſuggere lympha.
d. Amnis. Quã bene pãdit aquas, cui blãdus murmurat [d] Arnus.
Anni tempus erat quo vernat mitibus vuis,
e. fort. dotes proponit. Palmes & autumni [e] proponit dotes in orbe.
Imbribus externis madida cum veſte Lyæus
f. conicas. v. c. Diſtendit ſtruncos vuarum carcere muſti,
Vberibus pluuijs petrarum lege ſubacta.
Tunc ſibi forte Padus captiuos texerat agros,
Canebat ſpumis & turgida dorſa minaci
Currebant ſtantes per fluctus culmina villæ.
Seruauit raptum pelagus tunc littore tectum,
Et mutans terras manſit fortuna caſarum.
Reſpiceres ſylvas ſtationem perdere iuſſas,
Ad flammas properare Pado ducente voraces,
Tunc ego feruenti germanæ tractus amore
Cui natum Parcæ demeſſum pollice diro
Suſtulerant viduamq; domum conſtante marito:
Reddebant verbis peperit quæ ſemper Auerni.
* prodere legi. Hanc vt ſolarer vel vitam * probe relegi
Regnator Ligurum fluuiorum maximus ille
Sub iuga tranſmiſſus, gemuit ſub pondere cymbæ.
Intumuit, rurſuſq; minas flatuſque remiſit.
Quiq; polos vicit, ſoli mihi cedere iuſſus.

Sic

Sic pietas elementa domat, sic cuncta coercet
Cuius grata Deo tenuit miseratio mentem.
Ecce iterum madidis contectus nubibus æther
*Hausit aquas quibus * cernens submergeret aruum.* * omne ruens.
Non cæli faciem conspexit naufraga tellus,
Et stellis viduæ micuerunt dira tenebræ,
Errauit piscis sed non captiuus in ædes,
Et populus fluuij per mensas lambuit escam.
Euomuit pelagus hominum penetrale profundum,
Humida pulueribus clauserunt æquora campos.
Perfunctus primis recidiua pericula vidit:
Ille triumphator tiro ad certamina a monit. a. Nerei.
Frigida per liquidas gestabant pectora lymphas.
Nec siccis oculis respexi marmoris irtus,
Cum subito absorptum vidit vetus accola portum.
Risit & abiecti b testantia signa pauoris: b. restantia.
Ditia permixto fulgebant arua metallo,
Eridanus claris radiebat comptus arenis.
Nauita c malletum suscepit protinus a aluo c. melætus.
Sarcina cui felix dudum concesserat omen, d. alna.
Indoctus clauum rexit de pondere tutus,
Et me festiuis Christo *duce pertulit oris.*

AGNELLO VIRO SVBLIMI.
Ex tempore.

LVCIDVM tinxit maculante fuco,
Quisquis affectum ferat inde linguam
Iudicis Christi *facibus perustam,*
Ore sepultus.

Vincula soluit amor quæ quondam nexuit alter,
Non nisi per legem cedit lex prisca sequentem.

Nunquam

*scorymbis. NVnquam frugiferis per sæcula lõga * tyrãbis
In me fluxerunt commoda Castalij.

* pangẽtẽ. TRistia ieiunis * spargentem carmina labris,
Spes noua quid stimulans gurgitis Aonij?
Sed si mutato Parcarum stamine gaudes,
Exhibe cornipedem nunc Pegasea mihi:
Qui ferat aligerum per germina roscida corpus,
Nec teneras flectat vestigijs segetes.
Sublimem, validum, formosum, passibus aptum,
Qui si contingat, mox mihi Musa places.
Mitteris ad largum, locupletem, poscere parua:
Ni gaudens redeas, dic mihi, Musa, Vale.

Scindit. * Scindere vrgens fœdus õne fraude minax perpeti,
AEgrè portans quidquid ordo flagitat serenior:
Linque quæso amice mores plebe dignus vltima,
Sanguinis callem secutus serua, quod despectus es.

PRÆFATIO DICTA nepotibus Proculi.

EXprimit in spicam tellus iam fœta papillas,
Lacte maritatis turgida cespitibus.
Stringitur in prolem sparsus per gramina succus,
De guttis faciens progeniem solidam.
Vestitus gemmis pertendit brachia palmes,
De gremio ligni pampinus ecce viret.
* perdere vites. Iussa per augmentum nunc siluam * prodere vites,
Frugibus vt crescat vulnera conciliat,
Euocat, inquirit, gaudens infantia mundi,
Nutricem tepidi quam dedit aura poli.

Ludit

Ludit per faciem camporum ruſtica pubes,
Reſpiciens duri dulce laboris onus.
Annus reptat ouans tractus per murmura veris,
** Tracta locuturis mella ferens labijs.* * Fracta
Cum rebus noſter balbutit carmina ſenſus,
Aurea principijs dextera portet opem.
Blandior ad falcem meſſor perducit ariſtas,
Si raſtris ſegetem pectere continuet.
Nunc ſtirpem Proculi dans vernum ſuſcipe doctor,
Ne feruor teneros decoquet in ſtudijs.
Seruentur leges ſeu ſenſus littera currat,
*Horum Pindareas flumina vicit * aues.* * auos.
Docta Camænali cecinit qui carmina plectro,
Cuius Apollonei nil tacuere chori.
Phœbus in auxilio repetat mox fortior illum,
*Artis nobilitas * marſia ſi veniat.* * ſ. Martia.

DE HORTO REGIS.

DExtera bellipotens vulgatis plena triumphis,
Qua cecidit quidquid fugit ab obſequio.
Diſperſo celſam ſolidas qua ſanguine famam,
Cui peperit laudem mutis, & arma tenens.
Poſtquam prælargo Robuiſti ſtemmate campi,
Arua coles pingens germine purpureo.
Virgultis proprio diſpenſas murice poma,
Das plantis fructum nobilitate tua.
Vilior en ceſſes iactat ſe diuite ramo,
Dum ligni morſus ſemina clara fouet.
Demeſſus ferro floret tibi ſurculus alter,
Nuda maritatis dos nitet arboribus.

Gra-

Gramina cultorem prænoſcunt, muta loquuntur,
Quod tetigit princeps ver habet in glacie.
Geſtit terra potens, monſtrat cui creuerit arbor,
Fœtibus & genio panditur hic Dominus.
Peruigil Heſperidum quæ ſeruas iugera ſerpens,
Aurea ieiunis munera dant epulis.
Quis ſiluæ ſobolem carpat cuſtode veneno,
Morte nemus tutum, credite, nullus adit.
Hic commune faces pietas quod ſola paraſti,
Viſceribus plenis neſcit abire fames.

DE CÆCO QVODAM Luxurioſo.

ORBE per effuſo fluidum de lumine vulnus,
Peſtifer oſtentans ora ſepulta geres.
*Cæca per innumeros facies portatur * amicus,*
Qui te conſpiciunt iure dolent oculis.
Ebria marcenti locupletas flumine menta,
Circumſers craſſo ſordida labra ſimo;
*Oſcula nulla petas, madidam ſuſpende * in vltem,*
Te propter cupiam perdere quod video.
Quis putet ex oculis flammas coaleſcere turpes,
Nil videt & rectum ſeruat iter ſcelerum.

* amicos.

* mi fidem, v.c. f. Mephitem.

DE EQVO SVO.

FIXIOR annoſo ſonipes moderamine noſter,
Nunc iuuenem blando ſuſtinet obſequio.
Mollia grandæuus ſummittit terga ſedenti,
AEtas conſtantem greſibus eſſe facit.

DE FLAGELLO INFANTIS Aratoris.

QVæ capiũt mundũ iunxit mens docta flagello,
Exornans cenſu nobilitate plagas.

Argenti

Argenti atque auri vapulat quicunque metallis,
Gaudia cum fletu miscet auara suo.

DEntibus argenti fuluum concluditur aurum,
Contemnat nullus verbera pulcra pati.

DICTIO DATA ARATORI QVANDO AD LAVDEM PROVECTVS est Thema: Laus literarum. Prefatio.

LIttera de proprio laudetur splendida censu,
Aduena nam cultus nil tribuet genij.
Ebria vestito plus lucent vellera Sere,
Persica candentes colla decent lapides.
Non iuuat externo componere membra nitore,
Lux naturalis sidera nobilitat.

* IN VIRGILIVM DICTVM incognitum.

IN tantum prisci defluxit fama Maronis,
Vt te Virgilium sæcula nostra darent.

SI fatuo dabitur tam sanctum nomen homullo,
Gloria maiorum curret in opprobium.

CAptiuo stultus congaudet stemmate, vates
Non est Virgilius, dicitur iste tamen.

EXterno quoties vocitaris nomine demens,
Si tibi sunt sensus, prospice ne venias.

Cvrte Virgilium mentiris pessime nostrum,
Non potes esse Maro, sed potes esse moro.

IN CVBICVLVM SVPER CODICES in ordine positos. Metrum Trochaicum.

ISTE callis est supernam qui parat potentiam,
Lux pudoris, esca mentis, fax, medela, claritas.
Mundi face qui sucantur hunc tenere nesciunt,
Liber extat hoc quicunque colla loro vinxerit,
Sanguinis venam nitentis comet iste sarculus.

ADVERSVS CLAVDIANVM de Mulabus.

HIC volucrem Rodani torrentis respice natum
Sermonum frenis subdere colla tuis.
Iussa volat verbis, & verbis iussa quiescit,
Cuius captiuum est auribus arbitrium.
Vincula nesciret, ni voces stricta lupatis
Perderet auditu luxuriam generis.
Cum stimulos clamor mentitur, clamor habenas,
Obsequium linguæ libera membra ferunt.
Non opus est loris, sed nexus certa loquendi
Dura catenati rostra ligat pecudis.

DE ASINO ET EQVA.

VIsceribus propriis externos fundere partus
Cogitur, & generis sobolem lactare ferini,
Iurgia naturæ magno distantia calle.

EDidit ignotum genetrix male conscia partum,
Naturæ fraudes nobiliore dolo.

DIscrimen generis iunxerunt fœdera partus,
Ingenij stirpem permixta lege coacti.

HIc mul⁹ geminũ pecus est, sed corpore simplex.

VER-

VERSVS DE VECTATIONE sua, nocte, in æstate.

Astrorum populus necdum de lumine Solis
Perdiderat lucem, gremio sed noctis adulta
Fundebat rutilos madefacto aspergine crines.
Cynthia per croceas fulgebat lactea bigas,
Rescendens quidquid descripserat orbita fratris.
Vernabat tactus splendor de munere noctis,
Torrida frigoribus constringens tempora Cancri.
Cum me curarum cupientem spernere sasces,
Ruris amœnati facies depicta vocauit.
Cornipedem scandi, qualem vix Cyllarus æquat,
Mollibus athereas qui vincit cursibus auras.
Immobilis curret cuius per deuia sessor
In statione volans pedibus constanter adactis.

IN BASTERNA VXORIS Bassi violas.

Quam vaga cõstantẽ retinẽt hæc tecta decorẽ,
Mittitur à Domina quidquid habẽt pretij.
Nam rutilat fuluum violæ de luce metallum,
Possessor radios spargit vbique suos.

VIRGINI.

Sic tibi virginitas mansuro constet in æuo,
Nec pereat quidquid vita beata dedit.
*Sic non *maculent nigrantis membra puellæ,* * fort. cõmaculent.
Nec iaceas propter tartaream faciem.
Vt cupidum sanctis releues perscripta loquelis,
Deiq; tuis fratri fontibus vnda fluat.

DE SPATHA IN FVSTE.

VTIMVR incluſo per fraudes enſe bacillo,
Mors ligni tunicis quàm bene tecta latet.
Subſidium portas quod cunctis terror haberis,
Pacificum nobis eſt quod negat obſequium.

DE BOETIO SPATACINOTO.

LANGVESCIT rigidi tecum ſubſtantia ferri,
Soluitur atque chalybs more fluentis aquæ.
Emollit gladios imbellis dextra Boëti,
Enſis erat dudum, credite nunc colus eſt.
In thyrſum migrat quod geſtans improbe pilum,
In Venerem conſtans linque Mauortis opem.

DE STOMACIO EBVRNEO.

SOLLICITATA leui marceſcunt corda virorum
Tormento, fas eſt ludere virginibus.
Frangunt Marmaricis elephas quod miſit ab aruis,
Per micas ſparſum mox ſolidatur opus.
De pœna temere diſcunt cum fraude iocari,
Nam ridere necis munere fœmineum eſt.
Anguſta norunt res melle includere capſa,
Omne ebur hæc mulier pectoris arca tui eſt.

DE AVE PER PADVM SVPER ſpumas ſedente, & tranſeunte.

RIPARVM frenos naturæ vincula ſurgens
Forte Padus tumido gurgite tranſierat,
In ſpumam fluxus cogens dureſcere lymphas,
Squamea prævalidis dorſa ferebat aquis.

Ales

Ales vt in tenero fidens tunc constitit orbe,
Ocia dans pennis, tuta premebat aquas.
De proprio pelagus calcanti suggerit aluum,
Humida cum siccam cymbula portat auem.

DE EQVO PADANO.

Cornipedis cuncti quos gignunt bellica rura,
Quosque cruenta uis diluit vnda thoris.
Algida qui Tanais domuisti dorsa profundi,
Quorum præualidas vngula calcat aquas.
Ecce Padanus adest sonipes, cui iudice recto
Cedant dæmonij quos fouet aura poli.
Ille pruinosis qui mandet gramina lustris,
Et merito, & forma dispar vtroque venit.
Mollíter incedit membris formosus honestis;
Oblectat visum dulcis in obsequio.
Nil iam Phasiacam collaudet fabula prolem,
Nec peregrina ferant nomina celsa caput.

DE FAVSTO.

OBTINVI precium votorum munere Christi,
*Quæ mihi vita fuit, crux dedit hæc * totum olis.*
Dissoluens carni sobolem, sine vulnere mentis,
Quod Fausto & felix coniuge præmolior.

* a. f. titulis, vel tumulis.

DESIECIT lacrymas medela cordis,
Quæ seruat meritis totum fidelem,
Exoptet similem matrona sortem.

DE PRINCIPE QVODAM Ebrioso, qui vitem tenebat, iuuante.

VERVS honor vitem tribuit, sed munera vites
Ieiuno non dant ligna ministerio.

VT sceptrum Princeps sic gestat dextera vitẽ,
Vtribus exornet diua corona caput.

VITIFER hic siccus matrem complector herilis,
Vberibus pressis quæ mihi vina negat.

HEV quoties calidis vites sine fruge labelli,
*Illusit * mundo nomine mere fouens.*

* nudo.

ENNODIVS HONORATO Principi.

TERRARVM culpis vitium potator obumbras,
Ebrius esse nequis vina vomens Ligurum.
Dum replet madidus feruentia pectora Bacchus,
Indicunt validam pocula nostra sitim.

VERSVS DOMINI FAVSTI.

IN Ligurum terris potorem qui vocat, errat,
Nunquid vina bibet, vina bibens Ligurum.

DE FONTE BAPTISTERII S. Stephani, & aqua quæ per columnas venit.

ET sine nube pluit sub tectis imbre sereno,
Et cœli facies pura ministrat aquas:

Profluæ

Proſlua marmoribus decurrunt flumina ſacris,
Atque iterum morem parturit ecce lapis.
Arida nam liquidos effundit pergula fontes,
Et rurſus natis [a] *vna ſuperna venit.* a vnda.
Sancta per æthereos emanat lympha receſſus,
Euſtorgi vatis ducta miniſterio.

EPITHALAMIVM.

ANNVS ſole nouo teneras dum formar ariſtas,
Natura in [a] *thalamis orbe tepente ſedit.* a calamis.
Pingitur & vario mundus diſcrimine florum,
Vna ſoli facies, gratia, cultus, amor.
Arbuta vitali coaleſcunt [b] *vnda vapore,* b. vda.
Ignea concretus ſemina ſuccus alit.
Erigitur genio tellus tumefacta marito,
Torrida laſciuis ſilua viret [c] *ſpolijs.* c. f. folijs.
[d] *Lactans ceſpitibus in nodum truditur herba:* d f. Luctãs.
[e] *Vitia gemmatos brachia dant digitos.* e. Vitea.
In rerum vultu lex iungit pronuba tædas,
Aura poli vt ſponſum germina cuncta facit.
Ergo pari voto [f] *lex, calum, flumina,* [g] *vertus,* f. lux. g. Nereus.
Montes, prata, feræ, gaudia concipiunt.
De te, quod vernat, ſortitur maxime mundus,
Et naturalem dos tua comit opem.
Cui ſanguis, ſenſus, genius, mens, vota ſuperſtant
Muſarum primo fulta ſuperc lio.
Sæcula te fidei monumentum noſtra dederunt,
Corporis & cordis virginitate parem.
Vincentem meritis ſponſam dat candida vita,
Quæ cum te ſuperat ſic tibi palma venit.
Hinc niueis [h] *concors arridet flamma labellis,* h. conſors.
Alba verecundas ſpargit in ora notas.

* Natura. v. c.

ADſit oro frons loquela voce, mente, pectine
*Ars vera, Muſa, Phœbus quã tumet ſacũdia;
Vile nil decet ſonare in maximorum laudibus;
Conterunt plebeia celſum ſæpe dicta verticem

* mellitis.

HIEC ait & ſobolem ſotu complexa benigno
Mollia * mollitis artauit ad oſcula labris.
a Ille.
a Illa volat celeri tranans per nubila vento,
Omnia laſciuo ſocians elementa furore.
b. in oſtro.
Vt ſtetit & iuuenem forma conſpexit b in aſtro:
c. Tu ne Dioneũ tumefactus.
Tu ne c Dianeum, tu me factus deſpicis, inquit:
d. In multũ caleſt ille rogus.
Huc Venerem culture veni, quia tardius arſit.
d In multum ille caret, † celeresque faucillæ
e. teretem.
Reſtituet quacunque pira ſubducitur arbor.
f. vultus præſens &
Deprompſit iaculum quo Diuos fixerat omnes.
g factum.
Tunc puluer e terram flexuram pertulit arcus:
h qui trepidis ſemper cõtemptus.
Singula diuerſo traxerunt brachia calle,
i. Matri f. hæc victima matri Litatur.
Pennigeri f vultus præſentet dextera ſarum.
Moxque ferit leto g ſanctum clamore ſalutans,
Ille ego qui h triga ſemper contentus adhæſi
Viſceribus fugitiue tuis hac victima i mater
k. quã tu nõ ſuſcipis.
Lætamur, multis k quam tu ſuſpicis annis,

ALIO METRO.

a. Orbe captiuo.
a VRBE captiua Venus alma fuſis
Dotibus florum per amæna ludens,
Dum facit vernum precio & micantis
Sidere forma.
Spreuit aurati decus omne pepli,
b. noluit v c. f. notuit.
Aduenæ pompam b voluit metalli
Ditior cultu, ſtetit effugato
Sparſa capillos.
c. quod libet.
Nobilis ſi c quodlibet arte virus

Lana

Lana mentito [d] *pot us colore*
Dicet algentis pelagi [e] *capillos,*
Nuda superstat.
[f] *Pulserat raro sub hiante filo*
Pectoris gemma in roseis papillis
Inuidum membris [g] *negat amictum,*
Aliera lux est,
Proditum risit sine nube corpus
Carcere [h] *inrupto* [i] *munit serenum,*
Quodque seruabat male tuta vestu
Proditur arte.
Aliger laxo remeabat arcu
Marcidam damnans ocijs pharetram,
Sanguine in nullo madefacta latus
Spicula gestans.
Tunc sic alloquitur matrem fluitantibus armis:
Perdidimus genitrix virtutis præmia nostræ:
Iam nusquam [a] *cithara sona*, [b] *videtur amorum*
Fabula, nec proles nascenti sufficit æuo.
Frigida consumens multorum possidet arcus
Virginitas seruore nouo; sublimia [c] *carmen*
Vota domant mundus tenui [d] *de nomine constant.*
Primæui tremulos fractis [e] *mittuntur ephebis.*
Rara per immensos seclorum respice campos.
Coniugij messis, per flores sola vetustas
Exerit albentes ieiuna & pallida [f] *canus.*
Vna fides, rerum nulla dulcedine flecti.
Et si [g] *quis teneros potuit transducere* [h] *mores*
Præceptis, calcare malis, seruatur vbique
Institui culpa est thalamos nominasse pudicos.
Tu remissa iaces, & tanti nescia iuris
Nuda per effusos respectas membra capillos.

d. potior.
e. lapillos.
f. Pulserant.
g. dū negat. v.c. f. negat ac
h innupto v.c.
i. fort. munit.
a. Citere v.c. fort. Citherea.
b. ridetur.
c fort. carnē.
d. vix nomine constat.
e. imitantur.
f. fort. canos.
g. quid.
h mores
i. Iustitiæ.

Surge age, & obstantem properanter discute somnũ,
Ne te, quod turpe est, captiuum nomen habere
Iura pudicitiæ vellet male suada putetur.
a. arsissent. *Talibus* [a] *consueta dictis, & viscera* [b] *puncto.*
b ponti. *Colligit in nodum passos lux aurea crines,*
Et naturalem concludens veste decorem,
Mutauit formam, tunc quicquid fulget Iaspis,
c. precio. *Quæ viret in* [c] *prasio pasturæ ficta smaragdus,*
Et latet in conchis melior, custode veneno,
Alba venit niueum sumptura ex corpore lumen.
d. palma. [d] *Palla per accinctos decrescit splendida lumbos,*
Et Zona teneras compreßit dura papillas.
e. figere tentas. *Affatur natum, quem spes mea* [e] *fugere tentat.*
Quem sequimur, [f] *quo venire iubes, post otia maior*
f quoue ire. *Flamma decet, discant populi tunc crescere* [g] *damna*
g. diuam. *Cum neglecta iacet Superos nil perdere somno,*
Ostendant geminis reparata incendia curis.
Maximus ecce vides generis spes vnica summi,
h. tædis. *Dulcibus illudit per longa obliuia* [h] *tendis.*
Sectatur matrem quæ cœlo purior ipso est,
Hic domuit puerum, mores sortitur auorum
Fœmina, quam scimus mulierem vincere mente.
Quod pudet heu longo nobis nescitus in æuo est.
i. veniat. *Huius ad abstrusas* [i] *venia mea lampada fibras*
k. ferueat. *Suspiret, cupiat, discurrat,* [k] *foueat, oret.*

* cretam. *Ecce iterum magno rimatus stemmate * certam*
Quam thalamis iungat, cernit sublime puellæ
Sidus, & attonitus ad matrem lumina flexit,
Germanam credens collaudat nobile furtum.
* fort. ferit. *Sed teneram leuiore * feret puer ille sagitta,*
* exhausit. *In* [j] *virum totos * extorsit fortior ictus.*

Post

Post hæc digrediens permulcet pectora dictis,
Nostra tuas iuuenis consortent vulnera vires,
Nam quicunque mea est percussus cuspide, crescit.
Hæc faciunt multos si credis, bella nepotes,
*Sis felix, semperque, feras mea * vulnera tecum.* * munera.

NVNC me Pierio fauore * iustum
In * lactea proceres locate fronte;
Sustentent gracilem per omne carmen,
Qui doctum faciunt benignitate,
Quod nunc ingenium premunt pruinæ,
Distenta: refouens decore vernum.

* iutum.
* læta.

DE NOBILIVM EDVCATIONE.

VT valeant aquilæ formatos [a] perdere fœtus
Vitales, tenerum [b] frangunt temporibus annũ.
Tunc pius arctatam lacerat pater impiger ædem,
Vt pariat rursus studio quos edid t aluo.
Mox generis testem Phœbum cur arbiter idem
Inuenit internam rimatus lumine lucem.
Non aliter celso pueros de stemmate [c] certos,
Doctrinæ radijs [d] componit cura parentis:
Quam bene flammarum constanter respice bella,
Excipiunt teneri vincentes fulgora [e] visus.

a. prodere.
b. frangit tepor initus.
c. cretos.
d. opponit.
e. visu.

AD SYMMACHVM.

PER te, per qui te talem genuere parentes,
Symmache, ne nostrã maneat fors dura tabellã:
Da dextram tenui, & tecum me tolle per vndas,
Non facit ad mores credentem fallere sanctos.
Nil moror, en supplex venio, miserere precanti,
Vilia diuitibus commendans dicta patronis.
Germina clara
Sumite succi
Verba parentis,

Nobile dictum est
Quod bona monstrat.
Vna domus duplici discreta iungitur æde,
Partiturq; suum quod bene nectit opus.
In geminis simplex radiat pia gloria tectis,
Et de diuisis consociatur onus.
Nec procul aut ibidem sacros confunderet vsus,
Constanti numerum sors dedit ampla loco.

EPITAPHIA.

HOMINIS BONI adolescentis.

a Gente. *MENTE bonus, probitate nitens, & nominis auctor,*
Sic iacet angusto dic dolor in tumulo.
Spes domus immensa modico contecta sepulcro est,
Arctantur paruis culmina cespitibus:
b. limina. *Quid decus in pueris, quid prastant b lumina vitæ?*
Non expectatis mors venit ordinibus.
Quid iuuat hunc teneris sentũ quod prætulit annis,
Funeribus iunxit funera multa suis.
Occidit heu iuuenis qui texit crimina vitæ,
Tempore culparum viuificante Deo.
Aspice primæuos metuis qui forsitan annos,
Ætas vincentem non tenuit puerum:
Exemplum terris linquens ad sidera raptus
Confessis rectum quam bene monstrat iter:
Bis denas hiemes, totidem transcendit aristas,
Quem subito ex oculis sors inimica tulit.

HA-

HABVNDANTI.

NVMQVAM morte perit meritis post busta superstes,
Funera sublimem non capiunt animam:
Sanguis, honor, genius, probitas, constantia, a virtus, a. census.
Interimunt multis dotibus exitium:
In commune bonus non sentit damna sepulcri:
Fila legunt Parcæ quæ dederant miseris.
Pendula lassantur quæ plebem stamina portant,
Fortia continuunt b labia nobilibus. b. licia.
Cana c verecundi renouabant sæcula mores, c veneran-
Inque vicem templi pectora munda tulit. di, v.c. sed secunda breuis est.

S. VICTORIS NOVARIENSIS Episcopi.

NOmine, proposito, meritis, certamine Victor,
Despicis oppressas maculato sanguine terras:
Tu carnis vitijs possessor, corporis expers
Lubrica subiectis domuisti sæcula membris,
Tranquillus, patiens, corrector, prouidus, acer.
His reddens tumulis cineres, ad celsa vocatus,
Spiritus atherea congaudet lucidus arce:
Busta supercilio miseratus cernit Olympum,
Vnde triumphati respectans funera mundi,
Cassibus exutis concedes præmia membris.

DE SEPVLCRO MAIORIANI Imperatoris.

CVM præstat grauior bustum fortuna petitum
Contulit exuuijs, Maioriane, tuis.
Nunc indignis † Pyramidum prospice mole,
Vilia principibus linque sepulcra pijs.

DOMNÆ

DOMNÆ CYNNEGIÆ.

NIL sexus nec busta nocent, nil fila sororum
Vltima, fallaci pollice quæ tenuant.
Mixta Deo mulier viuit post funera factis,
Mascula fœmineo tramite gesta ferens.
Sanguis, honor, genius, probitas, constantia, vultus,
Vixerunt tantis exitium precijs.
* magno cui. *Moribus asseruit * magnorum stemma parentum,*
Indicium generis mens tua clara fuit.
Instituit natos vitam seruare serenam,
Dum docet exemplis semper amare DEVM.

DOMNAE MELLISÆ,
Illustris fœminæ.

SAnguine, mente, opibus, facie, virtute, pudore,
Optatur qualis fœmina, sola fui.
Hoc tantum mundi quod lex est corpore gessi,
Exornans casta prole pudicitiam.
Quæ victrix fortem tenui per blanda maritum,
Melle meo vertens iura Seuere tua.
Quod genui celsa coniunctos stirpe reliqui,
Quod votum est sanctis, coniuge præmorior.
Nil mihi decessit, maneo post busta superstes;
Felices nunquam mors nocitura petit.
Et nomen dulce est de factis Mellisa dicor,
Moribus hoc fluxit iure datum proprijs.

MELISSÆ.

* Carcere. ** COrpore deuicto moritur quicunq; superstat.*
Dant leti legem crimina sola homini.
Nil tibi virgo perit, carnem mens pura refudit,
Quæ nunquam mundi vixit in obsequijs.
Funera, busta, rogi, scelerum stipendia cessent,
De vita ad vitam transitus iste placet.

Nec

Nec tibi diua parens generis.

EVPHEMIÆ.

OBruit hæc tumulus, viuet post funera factis,
Quæ mortale nihil moribus inseruit.
Euphemia tuos tellus complectitur artus,
Sed mens est niueis quam bene iuncta choris,
Occidit exitium, sors tunc durissima seruit,
Cum superat fatum nescia vita mali.
Hæc thalamis fœcunda fuit, viduata pudori,
Exemplis natam fecit amare DEVM.

RVSTICÆ.

RVstica perpetuæ non te sors pallida vitæ
Sustulit, interitum nec tibi morte dedit.
Purior ætherias graderis sine carne per arces,
Sic vitam castæ funera nobilitant.
Quid mirum viduata tibi si constitit ætas,
Coniugis ad natum cum bene ductus amor.

DOMINÆ DALMATIÆ.

FINVS obit virgo quoties in busta refertur,
Vnum iter est mortis, criminis obsequium.
Dalmatia meritis victa est natura rebellis,
Degeneri calum nobilitate tenet.
Hoc satis est mundum calcasse in corpore mundi,
De vitio sumptam cedere nil vitiis.
Stemmatis hæc lucem transcendit sole pudoris,
Mens cum proposito consociata fuit.

FINIS.

O

R

F

AND. SCHOTTI

IN B. ENNODII POEMATA NOTATIONES.

MVLTA hic in ENNODII versibus peccata non ignorabam, siue ab auctore, siue à librarijs; seu denique ab vtrisque: repræsentare tamen qua fide repperi, debui, nisi si in alieno opere ingeniosus videri vellem. Notabam in recensendo non pauca aliud agens: quę emendata dabunt, qui deinceps manus *Ennodio* admouebunt, coniecturis nostris nonnihil adiuti. atq; his adeo si plura melioraque per otium suggerent, posteriscque imputabunt, tantum abest vt inuidere libeat, vt gratiam sim etiam habiturus maximam, à conuicijs modo, (vitio iam nimis familiari) memores modestiæ atque honestatis abstineant.

Pag. 2. versu. 2. Adsiste cunctos peruigil) Repone, *custos*. & v. 22. in ora: *Si verat*. V. 29. *.*. In Basil. editione Orthodoxographorum, pag. 428. decem hi versus leguntur, sed, vt pleraque carmina huius poëmatij, traiecta atque conuulsa: vt vel è Panegyrico hoc in Natalem S. Epiphanij pag. 14. si quis cum edito componet, facile deprehendet, ac paginis prope omnibus. Hos vero versus si quis Hymno suo, ac loco aptauerit, siue ἐυσυνοψία, siue à meliore adiutus codice, næ ille operam rectè horamque collocabit. Apponam nonnihil etiam meliores; traiectos tamen ac misere laniatos, vt minime cohærent,

Totum ferino è gutture
Exactor, abrumpe ciborum,

Diro reductus remige
Custode saluas pessimo
Vates locutus te Deum.
Tunc iussa cessit fortior
Immunda lymphis sobriam
Per busta terris vexerat
Viuens sepulcra pertulit
Viuentis ornet prandium.

Puto ad Hymnum IX. pag. 10. qui est in B. Cyprianum & Iustinam pertinere: ad quam etiam refero illud, pag. Basil. 430.

Iustina virus perdidit
Dat pœna vati præmium: male Ambrosiano insertum hymno, & purpuræ pannum assutum arbitror.

Pag. 3. ver. 6. Qui mergitur, vrit, aspicit) *si mergit* legas constabit versus; syllaba enim male à scriba geminata est.

P. 4. v. 23. Intrat æterno) vt numeri recte habeant aut *veterno* lege, aut *perenni.*

P. 6. v. 20. Quid Stephano potentius) Primam extendit Ennodius, quæ breuis est Martiali lib. 11.

Scis qua sint Stephani balnea iuncta mihi

Et mox in *Ambrosio* alteram produxit, & alibi sæpe in proprijs nominibus, vt & Prudentius, à Grammaticorum placitis recessit, ratus fortasse cum Græcis, Propria, vt nominant, ad placitum esse, & arbitrarij iuris, vt censuit & Seruius Honoratus in illud Maronis 1. Æneid. *Huic cõiux Sichæus erat* — Cuius sententiæ repugnat Nasonis auctoritas, lib. 1111. de Ponto, in *Tuticani* nomine, & Martialis lib. IX in *Earini* voce. Et Horatius lib. 1. Sermonum Satyra v. de opido — *quod versu dicere non est Signis perfacile est.* —

P. 7. v. 2 sic congreditur.) Vitium corrigas *Ceu palma sic connititur*, vel quid simile substituendo & statim v. 6. *In veste carnis abditas.* & v. 13. omissa syllaba ab operis versum turbat. Repone: *Ne nescientes noxios*

P. 8. v. 6. Nihil verendo Martyre) Forte rectum, *verēte.* v. 30. Labore magno Martyr est) B Martino Martyris etiam gloriam tribuendam sic obtestatur Sulpicius Seuerus, epist. 11. ad Aurelium Diaconum: *Licet ei ratio temporis non potuerit præstare martyrium, gloria tamen Martyris non carebit: quia voto atque virtutibus & potuit esse*

esse Martyr, & voluit. Quod si ei Neroniani Decianiſq; temporibus in illa, qua tunc exiſtit, dimicare congreſſione licuiſſet, teſtor Deum cœli atque terræ, ſponte equuleum conſcendiſſet, vltro ſe ignibus intuliſſet, &c.

P. 10. v. 6. promulo) neſcio an *primulo* melius. aut *pronido*. Et in extremo fort. rectum: *Chriſtum colentes viſcere.* nondum tamen ſuperiora ſana. idcirco aſteriſcum apposui. V. 10. Orator orat, obtinet) Haud ſcio an ex communi errore quorundam Ennodius quoque B. Cyprianum Afrum cum illo confundat, quem Iuſtina virgo ex Mago Chriſtianum reddidit, eſtque in Martyrologio Rom. 26. Septemb. vbi Vſuardus hunc *Epiſcopum & nobilem factum doctorem* ait. Ille vero 16. eiuſdem Sept. de quo multa Iac. Pamelius ad Cypriani opera egregie à ſe edolata, vna cum Tertulliano. Prudentius & Nazianz. quoque in eodem errore, vt hic Iac. Billius, Abbas doctiſſimus, obſeruauit.

P. 12. v. 16. paſcere diſceres) *parcere*, rectum. Et mox 21 *fonte*, non *ſonte*, & *ſerinum* pro illo *feralem*, quæ vox primam extendit. Virgil. 1 Æn.

Implentur veteris Bacchi, pinguiſq; ferina.

Appleius: *Ferino, ac belluino ritu.*

P. 13. v. 13. In carne nil carnis egit) Emendo: *carnis nil eget.*

v. 27. Hic erant duo illi verſus intruſi, quos alio pertinere iam docuimus.

Iuſtina virus perdidit: Dat pœna vati præmium.

v. 29. Exorna ſancte) Legendum fort. *O ſancte adorna poſteros.*

P. 14. v. 2. Quod fucat) Metrum exigit *Quod fuſcat omne ſubmouet.*

P. 15. v. 3. Forte *tantum*, pro *fantum* & 9. concinno ſic: *viſus deluſit imago.*

v. 12. reuiuiſcit) vitioſum eſt metrum poſcit, *reuireſcit.* Et 15. m. lim *cautibus.*

v. 19. Sapientia vatis) aut *vates* rectum, aut potius *Patris* Et v. 25. *monituram voce Prophetam*, ſi legas, numeros conſtitues.

P. 16. v. 25. Circuit, aut catulus) rectum eſt *catulos.* ſtatimque v. 27. *cruento* operarum vitium corrige, ſyllaba reducta. & ſequ. mallem — *miratus ab annis.*

P. 17. v. 12. iuuitq; ſibi) Verius *viuitq; ſibi.*

v. 28. Nam fulsisse ferunt) sic excudi iusseram si operæ paruissent, & mox fort. *potuit confundier æther.* In eius autem vita Ennodius: *Dum esset in crepundijs lactantis infantiæ, fulsisse eius cunabula superno lumine videre complurimi: vt futuram mentis claritatem, lustrans eum & præcedens fulgor ostenderet, secuturumq; splendorem in moribus iam tunc typica luce signaret.*

P. 18. v. 4. Tunc pauidas) corrige *pauidus* Et v. 6. lege.

Omina dextra facis, quæ cernis lumine dextro:
Hunc tibi de primis: non *priuis.*

v. 8. quæ necdum cassibus artis) pro *arctis* vetere scribendi ratione, *artũ* pro *arctum*, vt *sartum tectum*, pro sarctum. Quo non intellecto quidam hic *atris* legendum censuit.

v. 15. ad plectra ducere) *plectrum* si reponas, versus integer erit. Locus enim expressus è Sidonij Apollinaris Panegyrico in Anthemium bis Cos. Carm. 2 v. 7. Versus, vt committi queant, adscribo: – *quem dicere digno*

Non datur eloquio, nec si modo surgat Auerno
Qui cantu flexit scopulos digitisq; canoris
Compulit auritas ad plectrum currere siluas,
Cum starent Hebri latices. Inf. v. 28. scribendum puto, *maxime Regum*, non *regni.*

P. 19. v 1 molitus) Forte *mollitos*, geminata littera scribendum alicui videatur, sed *molitos* rectum est, vt Maro *Moliri arcem*, pro ædificare dixit: Interpunge autem mox.

Scribit agros, faciemq; soli sic pectit aratris

Sic enim alibi Ennodius eadem tralatione dixit: *Impexos agros.* Et: *nisi edomitam terram ter, quaterq; agricolæ ligonibus scripserint, & triticeam messem paliurus superabit, & lolium* Sidonius vero Aruernorum Præsul Carm. 11. vers. 412. *indescriptosq; per agros Fragrat odor* Mox ver. 9. malim legi — *coalescit nomine diues*, quam *numine*. & 11. *Pastanis.*

vers. 12. Regius agresti vestitur) Infra pag. 62. v. 26. *Vestitus gẽmis pertendit brachia palmes* Sic & *vestiẽdi* notione vsus M. Tullius de Archimedis sepulcro, *vepribus vestito*, Tuscul. v. Et, *reconditas sententias pellucens vestiebat oratio:* in Bruto de claris Oratorib. & Columella, disertus Hispanus sæpe, *vineis agrum, collemq; vestire.*

ver. 14. Tunc pingit violas) Expressum & hoc ex eodem

Apollinars

Apollinaris Panegyrico, v. 413. vbi quoque Fortunatarum est insularum descriptio:

Fragrat odor, violam, cytisum. sorpilla, liguſtrum
Lilia, narciſſos, caſiam, colocaſia, calthas,
Coſtum, malobathrum, myrrhas, opobalſama, thura,
Parturiunt campi —

v. 16. Tunc reduiua ſerit, quæ portat germina, phœnix) Totidem pæne vocibus Sidonius:

Hinc reduiua ſerit vicinus cinnama phœnix.

v. 20. Halant rura roſas) Ibidem Sidonius, ſed roſis auferendi caſu etiam in membranis omnib. doctiſſ. Sauari: qui Poëta & carm. 22. v. 57. *& virides violis halare cathenas.* & Claudianus: *iuga floribus halant.* Quæ vox crebra in Arnobio. Sequitur: *interpellata nec vllis Frigoribus palleſcit humus* ſic legit, atque interpungit Sidonius v. 410. Carm. 11. nec eſt quod *interpollata* quis ſubiiciat.

P. 20. v. 1. — quod nexus & artis) Rectius: *quod nexuit arctis*

Diuerſa ſub ſorte modis, lex proxima pœne.
Vſquam ne fallax nutaret ſy'laba, dixi. *mutaret*, inquam, non vt operæ excuderunt, *mutaret* Inf. pa. 36. v. 28. *Inſtrue, ne verbis titubet mens neſcia recti.*

v. 22. mordet obunca ſolum) Infra p. 34. v. 21. *Anchora proſciſſum mordeat vnca ſolum.* Maro 1. Æneid. — *vnco non alligat anchora morſu.* vbi Seruius leg. & Sympoſius Aenigmate 99.

Scrutor aquas medias: ipſas quoque mordeo terras.

v. 26. — quæ preſſit cærula plantis) Lego *qua*. De CHRISTO enim Redemptore ſermo, qui ſuper aquam ambulauit, Matth. XIIII. v. 25.

P. 21. v. 23. Vndantes datis manibus) Aut *latis* rectum, aut *clariis* Et v. 31. *quod lumina iuſſit*, aut *ceſſit* denuo leg.

P. 22. v. 17. Quidquid Apollineo loquebamur) Rectum eſſet *quibamus*, aut *conabar pectine* Et v. 24. lege.

Aonium mulces carmine concilium.

P. 23. v. 16. Serta redimitus) Librarii peccatum etiam in noſtris membranis, non Poëtę, qui recte ſup. pag. v. 23. *Ah, quoties ederis redimitus tempora, divi.* Reſcribo itaque hoc loco: *Sertaq; geſtabat redimitus lucida fronte.* Mox v. 29. — *reſpiciens perculit*. Sic inf. de Lazaro Epiſc. ἀναβλέψας.

Respiciens lapsus detersit nubila vitæ.

P.25.v.13. Astutia serpens) peccat & hic modulus. Verius sit: *Vita, astu serpens* vt Comicus: *Astu rem tractauit.* Sup. v. 2. *vatem*, pro Episcopo vt alias sæpe vsurpatum video pag. 36. 37. 47.

P. 26. v. 8. Lazarus, vt dixi) Rectum puto, vt *diti*; vel potius *diri* vt ad *mundi* referas. & inf. v. 29. sic interpungi malim: *Fleuit pauperiem miserans*, vt inf. pag. 38. v. 9.

Quem numquam flexit vitium, miseratio semper.

P. 27. v. 3. Ecclesiæ) συνίζησις opinor, vt sit trisyllabũ, & 1. consona, vt in *Connubiũ, Ariete, Parietibus* quidam metiuntur apud Virg. Sic in suo ipse Epitaphio Ennodius, quod exstat Papiæ ad S. Michaëlis:

Atque fidem Petri reddidit Ecclesijs.

Et Lactantius alibi: *Ecclesia pastos vbere, lacte, sinu.* Rectius Prosper: — *quem vera Ecclesia spernit.* Mox lego: — *quem lex iubet optima victum* non *quam.* Et in extremo carmine sic claudam, *viribus eueheris*, vel *artibus*, siue quid aliud subijcere libeat. Mox v. 28. versus hiatum expleo: *Qui modo qui trabeas*, vel: *per trabeas* De *Theodoro* autem *Senatore Episcopo* Epigrãma proxime sequitur.

P. 28. v. 21. Honoratus hic Nouariensis Episc. cuius & inf. meminit p. 38. v. 25. Sed ibi peccat modulus metri, si legas, vt editum: *Qui morum nomen hinc HONORATE gerit.* siue quod in proprijs id sibi licere nominibus credidit Ennodius, vt ad placitũ caderent, vt Seruio placuisse initio monui, siue ita legere placet: — *hinc in honore geris*. Is fanum idolorum post Victorem Nouariensem quoque Antistitem in basilicam SS. Apostolorum Petri & Pauli conuersum, auxit, ac dedicandum à Laurentio Mediolan. Præsule curauit. Qua de re dictio huius Ennodij est. Sequens carmen ad Honoratum hunc nihil pertinet, etsi hoc lemma in Basil. edit. sed Epitaphium est potius feminæ ebriosæ, vxoris fortasse illius Honorati, quem inf. pag. 70. vt ebrium perstringit.

P. 29. v. 19. momenta cordis) si *talenta* legas probe constabit metrum.

P. 30 v. 15. & aure, & ore verbero) omissa copula vna versum reddidit mutilum. Mox ad oram *litterati nominis*, erat excudendum si operæ dicto audientes fuissent. Et v. 30. legam: *De te quando petit gaudia certa puer*. Et statim *insomnis* prisce; malim *insomnes*.

P. 31.

P. 31. v. 2. Sic noster tantum non stringunt) Locus omnino mendosus. Libet coniectare, atque vtinam ἐνστόχως. Si *quoties tãtum-non*, pro μονονουχί. Vel potius: *Sicubi certantum constringunt crimina quemquam.* Tentabunt alij melius.

v. 17. *& fluxa*, ad marginem rescribendum. Et v. 25. *Et procul lata Morinus figura*, conijcio.

P. 32. v. 7. Cruxque corona) Recta scriptura, non quod oræ adscriptum, *thoraca*, quæ vox primam extendit. Virg. 6. Æn. – *bis sex thoraca petitum Perfossumq; locis. Tegar* enim ad scutum refertur; *feriam* ad cuspidem, *Pax* ad coronam. Et sequuntur mox nominatiui. *Feriar* autem exigit metri ratio. & supra paullo: — *suffocant corpora sensum*, non *censum*. Prouerbium enim respicit: *Venter pinguis non gignit sensum tenuem*, ab Hieronymo vsurpatum.

v. 26. sorbeat ore potans) aut *vorans* rectum, aut potius, quod coniecit eruditus adolescens Valerius Andreas, *ore potens*: vt mox pag. 34. v. 2. *Ore potens tollas*. & vlt. *Ore qui vastum valet*.

P. 33. v. 1. confidens lingua cothurno. Et v. 2. nescio an *viros* legam, an *feros*.

v. 3. In veterum morem) sic Apollinaris Carm. X. de Petro: *Dicendi arte noua parem vetustis*.

v. 9. Legi etiam queat: – *modulamina membris*: *Hoc natura Deo, quod tibi dant studia*.

v. 29. Aliter legam: *Porrige dextra*.

P. 34. v. 25. numeras Poetas) Legi malim *numerans*.

P. 35. v. 7. Sol tymbus) *corymbos* rectum puto, vt p. 30. 5. & 62. 1. Mox pro *laus est*, malim *sit* vel *laudem*. Et v. 21. *vates*, melius quam *vatis*. idemque mendum hæret pag. 53. v. 31.

P. 36. v. 9. Laurenti munera) Rectius *munere*.

v. 13 In Basilica SS.) de qua & pag. sequ. & 47. v. 10. & 50. v. 11. Statim v. 22. *marcenti*, & *Siue status*.

v. 31. Occisor mortis) In CRVCIS Dominicæ laudem 32. 6. & 39, 28. 46, 4. 69, 24.

P. 37. v. 25. Addidit ad cultum) *Accidit*, edunt Sauarus & Baronius Card. p 440. Plantin.

P. 38. v. 15. Cana venerandum) Syllaba breuis extenditur cõtra legẽ, & inf. 77. v. 11. *Cana verecudi*. Tentabam *Cana reseruandum*, vel *triumphantem*. Aut sic: *Cana &*

honorandum. Et v. 22. lego, vt recte versus habeat, *Prospera custodit faucib acta semel*. V. 27. rectum: *per sæcula longa*. v. 29. Heu metis) Repone, *Sed metis sistat*, statimque *propria genitricis fotus in aluo*.

P. 39. v. 28. Credimus esse Dei) Verius *credimur*. statim in *pande* vltimam extendit ob *studium*, vt Maro: *Fonteſq; fluuioſq; voca. Eurig; Zephyrig; tument*. Infra Ennodius p. 45. v. 31. *Hæc hominem aura spoliarunt pabula primum*. Statim forte: *Aspice serpentes hui Heliconis opes*.

P. 40. v. 12. De Leone marmoreo, qui aquam mittit) Fistularum ac tuborum capita sæpe Leonum fuisse obseruatum. Horapollo in Hieroglyphicis. Plutar. 1111. Sympos. problem. 5. Plinius lib. 5. cap. 9. & Vitruuius. v. 20. Dira salutiferis) Fort. *Atra salutiferis corda lauantur aquis*. vel *leuantur*, vt Naso:

Arida nec siriens ora leuabis aqua.

v. 21. Vgello) Mox pag. 42 v. 25. *Vtellum* nominari video.

P. 41. v. 12. quod victus) Legi etiam *victus* queat. Et v. 18. rectum erit: *Attulit has curas q. d. his animas* vel: *Attulit hos fœtus*. Rursus v. 23. *in tauri* malim: & in extremo: *Plus fucate dedit.*

P. 42. v. 4. — reddere non desinas) Peccat modulus. Quid si reponas, *non renuas?*

v. 29. cui contulit IESVS) vel ISVS fecit Poëta, aut inuerta diphthongo EISVS, quæ facile contrahitur. Prudentius in Psychomachia, de Concordiæ & Discordiæ pugna, dissyllabum fecit:

Bile sub obliqua precioſam proderet Iſus Impendiſſe animam — Aldus edidit: — *prosit IESVS* alioqui non sinit Positio i vocali in consonantem versa legi *proderit IESVS*. Sic antea paullo Prud.

Vtque homini atque Deo medius interuenit IESVS, nisi *Eisus* facias, vt idem in *Hiericho*, & *Hieruſalem* vsurpauit. Integre & recte Iuuencus:

Nazara cui felix patria eſt, & nomen IESVS.

P. 43. v. 8. vis probitatis habet) sic n. eu branæ nostræ. Io. tamen Sauarus homo doctiss. legit *nix* ad epist. 9. Sidonij lib. 1.

P. 44. v. 5. Infundant multis) *mu'tas* legi malim.

P. 45 v. 10. — quod sine fraude libet) alias, *licet*. Vt inf. in Itinerario, p. 59. 32. *quod decet, hoc libeat.*

P. 47.

P. 47. v. 4. S. Calimeri.) Epiſcopi & Martyris Mediolani, vltimo die Iulij, in Faſtis ſacris, & in Liturgia Ambroſiana. Tertio poſt verſu emendo: *Hic ſuper aſtrigeri*. V. 22. *laxato* multo malim, quam *laſſato*.

P. 48. v. 12. Caſſes conuiuij paritur.) Repugnat ſyllaba contumax ſecunda. Reſcribe itaque aut *conuicij*, aut *conſilij*: vel quid melius ſuggere. Et ſtatim: *Fit domitum* lege, vel *dominus*.

v. 16. Neſcitis votis) verius hoc quam quod editur, *Neſcires*. De hoc *Defenſore Gallido* pag. ſequenti: & de cognomine in S. Martini Vita Sulpitius Seuerus cap. VII. refert, oblato illo è Pſalmo 8. verſu 3. *Vt deſtruas inimicum & defenſorem*: vt tunc Gallicana habuit editio, hodie Vulgata: *inimicum & vltorem*, quod eſt in Lxx. ἐχθρὸν καὶ ἀμυντήν.

Pag. 49. v. 2. qui dederit) repone *dederat*. Notus T. Lucretij verſus è lib. v.

Romulidarum arcis ſeruator candidus anſer.

Plutarc. ἐν ἀϱίſτοις ait alimenta publice anſerum à Cenſoribus Rom. locata fuiſſe, ob diligentiorem quam canum cuſtodiam. Cic. pro Roſcio, Plinius lib. x. Nat. hiſt. cap. 22. Scriptor noſter de Viris illuſtr. cap. 24. in Manlio Capitolino.

v. vlt. – quod ſine lympha fuit.) Vitioſum. lege itaque vel *ſine fonte fuit*; vel *quod ſibi lympha fuit*.

Pag. 50. v. 2. tranſierat copulam) Rectum erit, vel *thalamum*, vel *tranſierat thorum*. v. 6. *Facti*, melius quam *factos*. Et v. 8. malim, *ſi dare digna Deo*, pro *qui*,

Pag. 51. v. 8. moribus exuberat) Modulus requirit *exſuperat*. prima enim in *Vber* producta, neque *exuberat*. Maro. VII. Æneid. *Fumidus atque alte ſpumis exuberat amnis*. Perſius: *Exſuperat grauis halitus*. Inf. v. 28. haud ſcio an *ponderibus vacuam* Poeta ſcripſit.

Pag. 54. v. 6. gutturis arma premit) Locus poſtulat *premet*, aut *premat*. Rurſus v. 9.

Te bene, demeſſum ſeu florem, dextera fati. Dum lacerat, non *pœne*, extenſa prima. v. 22. aurea facta tuis) *facta* ſcripſiſſe Ennodium iurare liquet. Et ſtatim: *res animata poteſt*.

Pag. 55. v. 12. Aponum fontē deſcribit & Cl. Claudianus Epigram. III. V. vlt. *Immobilem flantem* corruptum haud dubie. Tētabā, aut *In mole ſtantē*. vel *ante moleſſum*

pro *arte*. Aut denique sic:

Immotum stans effugiat lepus arte molossum. Sic pag. sequ.

Molle pecus volucrem præuertit fraude molossum.

P.56.v.7. Forte rectius fuerit *vinidus euigilat. vinacibus* enim hic repugnat. V.9. *Iure sepultura* rectum erit.

v.21. dat lingua) sic malim quam *ligna*. Et 24. *cur suscipit area colli*:

P.57.v.6 violas?) sed corpore numen) Vocem diuisam iunge, *violasset corpore numen*.

v.15. Oratoris opus) an *opes*? & cur *lapidosa* Tullij *culmina*? an quasi operosa? *Celsus* hic Rhetor est à M Fabio etiam celebratus. & v.18. *Phœbes*, aut *Phœbæ*, melius?

P.58.v.1. Durus & indomitus) sic emenda. Didonis verba sunt morientis ad Aeneam abiturientem: Est Virgilij 1111. Æn. μίμησις: estque Ennodij Declamatio, hoc initio: *Quantum docet inclementia*. Mox v. 10. *Celsior* edi oportuit.

v.21. quidquid sublimia rigent) *frigent* requirit lex carminis.

v.26. presserat æstiuo) rectius *æstiua*.

P.59.v.2. Cetera difficilis) Lege, *difficiles*. priscè vt *Cetera Graius*.

v.25. Ecce Saturninus, Crispinus, Dauria, Maurus.) *B. Crispinus* notus est Papiæ cultus, in Martyrol. Ro.7. Ianuarij. non *Dauria* nisi is *Datius* est Episc. Mediolan. in Beatorum Fastis 14. Ianu. *Quintus* vero cum *Arcantio & Donato* in Vsuardo 5. Septemb. Capuæ colitur.

v.27 Octaui meritis da aduentor) Tentaram *da ventos*; sed inspectis sacris Diuorum Fastis retinendam didici lectionem, *da Aduentor, redde Solutor*, vt ad huius etiam alluserit nomē. *Octauij* enim, *Solutorij, & Aduentoris* Martyrum festum est in eodem Vsuardo, die 20. Ianuar. & rursum 20. Nouemb. Et sermo inter Ambrosianas 77. qui potius est Maximi Taurinensis Episc.

P.61.v.8. per mensas lambuit escam) Quando *lambit* dici volunt Grammatici *ambijt* hic malim. v. 18. *radiabat*, omnino rescribēdum. Proximo vers. *alno* rectius pro nauigiolo, vt & pag. 69.v.3. Lucano li. 3. *Alnus apta fluctibus*: & in Hippolyto Seneca:

Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus vlmus.

P.62.v.7. nunc Pegasæa mihi) Variatum hic à Poëtis in *Pe-*

in *Pegaſo* equo: Calpurnius Bucolicis, Ecl. 6. dixit *Velocem Pegaſum*. Alij primam extendunt. De viro hoc nomine Iuuenalis Sat. 6. & Maro XI. Aeneid. Alij *Pagaſæo* ſubſtituunt inter dum: de quo Naſo VII. Metamorph.

Iamq; fretum Minyæ Pagaſæa puppe ſecabant. Sed de hoc litteratores diſcepient:

Nos alio mentes, alio diuiſimus aſtres.

v. 9. veſtigijs ſegetes) De Talo Cretenſi ſermo, de quo nos ad Melam Pomponium olim diſſeruimus. Sed hic ſyllaba contumax eſt. Fortaſſe rectum; *flectat vel pedibus segetes.*

v. 18. plebe dignus vltima) *dignos* flagitat & metri lex, & ſententia.

P. 63. v. 14. Cuius Apollinei) ſic edi iuſſeram, niſi opere dormitaſſēt. V. 16. vide an *Marſya* legi queat, de quo in fabulis Naſo, ac Poëtæ.

v. 25. robuiſti ſtemmate campi) an *rubuiſti* melius, viderint alij: Et ſequ. v. *Arua colens pinges.*

P. 64. v. 14. ora ſepulta geres) vel *geris*, aut *gerens* Statimque *amictus*, pro *amicus* rectius & vlt. v. *nobilitate plagas*. an pro vulnere, cum extenditur prior ſyllaba. an pro parte mundi?

P. 65. v. 1. Vt metri conſtet ratio legitima lege:

Vapulat argenti atque auri quicumque metallis.

Et in extremo, *proſpice ne venias*, ſuſpicor rectum eſſe καὶ ἀκόλαθον, *proſpice ne vocitent.*

P. 66. v. 2. ſed potes eſſe moro) malim μωρὸς *at eſſe potes.* primā enim extendit μωρὸς. vnde *Morari* dixere & Latini pro inſanire. Plautus Milite glorioſo: *Ego moror multū.* Et Nero Imp. teſte Trāquillo, Claudiū *inter vinos morari* dicebat: ſtoliditatem eius notans & inertiam. Idemque Plautus in Perſa: *Amoris vitio, non meo, nunc tibi morologus fio.* μορολόγος pro ſtultiloquo dixit.

v. 7. Fæce mundi) ita poſtulat verſus Trochaicus, qui hic vitioſus & inf. 72. 1.

v. 10. Aduerſus Claudianum) Aut contentionem cum Claudiano ſignificat, aut tribus eſt dictionib. legendum: AD VERSVS CLAVDIANI, qui Epigramma VIII. *De mulabus Gallicis* ſcripſit, quē hic eſt μιμήσει. æmulatus & par prope principium vtrique:

Aſpice morigeras Rhodani torrentis alumnas.

v. 16. nę voces ſtricta lupatis) aut *voce* leg. vltima extenſa ob ſe-

ob sequentes duplices consonas, vt alibi: aut *vocis* potius: v. 22 catenati ro l. pecudis) vel *pecoris* leg. vel femin. genere *catenatæ*. Ennius tamen apud Noniũ *pecudi morato* dixit, & Plin. *pecudi elephanto*, nisi hic Appositum sit. olim certe mascul etiam neutrum, *Pecuda & iumenta* Sisennę, & Tullio lib. 1111. de Repub. apud eundem Marcellum.

P. 67. v. 5. Astrorum populus) pro *Astra*, vt alias sæpe. V. 9. nescio an *Resplendens*, vel *Ascendens* legam melius. v. 13. Ruris amænati) sic in Epiphanij vita legas: *Pascebatur alũni optabili cõuersatione pater, & omnib eius actibus oculos amœnabat.* Vtitur Saluian⁹. Cassiodorus & Pet. Chrysologus, vt notat Sauaro ad epist 1x. Sidonij, lib. 1. Et v. 16. rectũ est *Immotus*, nõ *Immobilis*. vt sup. 55. v. 32.

P. 68. v. 6. Lego, *Pacificum est nobis*. vel *est* dele Et 15. repone *desere Martis opem*. nam prior in *Mauors* producta est Lucretio lib. 1. — *belli fera munera Mauors Armi potens regit.* — v. 31. *In spumam fluxos*, potius legerim.

P. 69 v. 3. suggerit aluum) malim *alnum*, pro naui, vt p. 61. 19. diximus. v. 8. lege *Cornipedes cuncti* — Et sequ. *toris*.

v. 15 Dispar vtroque venit) non solus corripuit Ennodius, sed & Auienus vltimam in *Dispar*.

Dispar erat fragili, & solidi concordia motus. Ausonius in Gripho Ternarij *Tris primus par impar habet.*

v. 28. & felix coniuge præmolior) Vitiosum. *moliri* enim extendit primam. Rescribe *præmorior*, vt inf. 78. 21.

Quod votum est sanctis, coniuge præmorior. Statim 31. v. legam *torum fidelem*; & sequ. *Patrona sortem*. Martialis lib. x. de vita beata, epigr. 43. *Non tristis torus, & tamen pudicus.*

P. 70. v. 6. Vtribus exornet) Melius fortasse *Vitibus*, quod Centurionum in bello insigne, vt ad Senecæ Rhetoris Suasorias docebamus. v. 9. *vitis sine fruge labellis*, legi malim. & sequ. diuisim, *me refouens*, vel *vina fouens*.

v. 19. Vina vomens Ligurum) De vini in. Leumellina Liguriæ ora præstantia ex Plinio Bern. Saccus lib. IV. rerum Ticinensium cap. 12.

P 71. v. 2. Atque iterum morem) Forte, *rorem* v. 7. EPITHALAMIVM; Adscribe; MAXIMI ET CANDIDÆ. Hanc enim v. 29. laudat: illum mox nominat. v. 23. 72. 3. 74. 18. Elegans sane poëmation, absq. mendis esset, sanauimus non pauca è membranis

branis. nam in Basili. editione prodigiosè corruptum est, vt comparando discès. V. 21. flumina, vertas) aut *virtus* leg. sed è vestigijs *Nereïdes* melius esse in membranis video, vt p. 61. v. 12. *Nerei* pro verbo *nouit* erat in M. S non rectè tamen, vt opinor.

P. 72. v 2. Ars vera) Repone vt constent numeri Trochaici *Ars seuera:* quo pertinet sequens: *Vile nil decet:* V. 15. forte rectius, *flexurum perculit arcus*, v. 20. Melius sic: — *hac victima mater sacratur*. Prior enim in Lito breuis existit.

P. 73. v 9. munit serenum) *minuit*. exigit norma Sapphici, non, quod in ora male positum est, *munijt* v. 30 nominasse pudicos) aliud subijciendum est, *veritasse, cogitasse, animasse*, aut quid simile. Rursum sequ. *Tu demissa iaces.*

P. 75. v. 22. fulgora visus) sic antique. rectius *fulgura visu.* & 29. *precantis* melius.

P. 76. v. 7. aut ibidem) Mediâ corripit præter legẽ Grãmat. Iuuenalis enim: — *custos affixus ibidem*. Iuuẽcus tamen, sacer & ipsẽ vates, corripuit non semel.

Oblatisq; ibidem mox daemonis horrida virtus.

Et: *Ille iubet cunctis ibidem conuiuia poni* Nisi forte in illo scripsit: *Oblatis & ibidem daemonis horr. virtus.*

v. 28. Ætas vincentem) *viuentem* forte rectum.

P 77. v. 31. Nunc indignis Pyramidum) Claudus versus in Basil edit. Baronius Card Tom VI. an. Chr. 461. initio, sic supplet, *iam*, vel *tu prospice moles.* Io. Sauarus in Sidonij carmen v. *fors prospice moles.*

P. 78. v. 20. Quod genui) Forte, *Quos.* & 24. melius: *de factis dicta Melissa*, & 29. fort. *mens pura refutat*, pro *refudit.*

P. 79 v. 3. Obruit hæc tumulus) *hanc* rectum sit. Et v. 5. *Euphemia tuos* nisi duas contrahit syllabas male. Peccat & hic Sidonius in Panegyr. *Gaudeat Euphemia fidus diuale parentis*: cum à φήμη deriuetur. v. 17. *Coniugis ad nutum* omnino censeo legendum. Et 24. *in corpore mundo*, multo malim quam quod editur, *mundi.*

QVI-

QVIBVS PERSONIS EPISTOLAS B. ENNODIVS MISIT.

Numerus Romanus librum; Barbaricus Epistolam designat.

ADeodato Presbytero. III. 14. VIII. 8. IX. 10. X. 17. XI. 21. XII. 13. Afris. II. 18.

Agapito. I. 15. IV. 13. 24. V. 11. VI. 19. VII. 8. Agapio eidem fort. XII. 10. & Agato. XI. 3.

Agnellæ. XII. 5.

Agnello. VI. 21. VIII. 14. 22. 23. IX. 8. X. 7. XI. 24

Aibino. II. 25. VII. 8. & forte eidem Aliconi pro Albino. IV. 9.

Ambrosio & Beato. XII. 7.

Apodemiæ. XI. 22.

Apollinari. II. 11. V. 2.

Aproniano. V. 18.

Aratori. IX. 17. 24. XI. 6.

Archotamiæ. VII. 21. VIII. 21.

Armenio. II. 4.

Asturio. II. 1. 11. 16.

Auieno. I. 14. 20. III. 7. 15. 24. 25. IV. 3. 4. VI. 10. VII. 3. 7. VIII. 4. 13. 19. 24. 25. IX. 15. 19. X. 13. XI. 4. 12. XII. 4. 6. 12. 15.

Auito. V. 14. 23. VI. 13. 14. 18. VII. 9. 10. 11.

Aureliano Presbytero Episc. Arelatensi. VII. 1. IX. 26. X. 22. XII. 9.

Barbaræ. X. 3. 14.

Basso. V. 8.

Beato. IX. 11. X. 8. 15. 16. XI. 11. XII. 7.

Boëthio. VII. 2. IX. 14. X. 18. 23. 24. XI. 2. Cæsario, Episc. Arelatensi. XII. 14.

Camellæ. XI. 14.

Castorio. I. 13. Cello. XI. 15.
Constantio. II. 2 I. 23.24. IV. 21. V. 4. VI. 16.
Decorato. III I. 25. VIII. 16. 20.
Deuterio. I. 21.
Diochoro. VIII. 5.
Dominatori. V. 6.
Dominicæ. VII. 15. VIII. 7.
Domino Papæ. VIII. 3.
Edasio. X. 2.
Eugeneti. II. 2. III. 9. 23. IV. 2. V. 9. 13. 15. VI. 20. VII. 8. 19.
Eulalio Episcopo. IV. 10. (VIII. 18.
Euprepię. II. 19. IV. I. V. 25. VI. 24. VII. 23.
FAVSTO. I. 3. 4. 6. 7. 8. 16. 19. 22. 23. 25. II. 3. 14. 15. 20. III. I. 2. 3. 4. 10. 20. IV. 6. 12. 17. 22. 23. V. I. 7. VI. 2. 11. 23. 25. VII. 5. 6. 12. 16. 17. 18. 22. VI II. I. 2 12. IX. 12. 18. X. I. 5. 6. 11. 12. XI. 7. 16. XII. 2. 17. 18. 19.
Fausto Albo. VIII. 6. *Fausto iuniori.* VI. 5.
Firminæ. VIII. 10.
Firmino. I. 9. 10. II. 10.
Floriano. I. 17. 18.
Floro. I. 2. 13. VIII. 16 20. IX. 25.
Fratri. IV. II.
pro Gerontio puero. IV. 14.
Guddileuo. VII. 25.
Helisæ. V. 22.
Hilpidio Diacono. VIII. 17. IX. 21. XI. 19. XII. 1.
Et de sua vita epist. 20.
Honorato. III. 6. (XI. 1. 10.
Hormisdæ Papæ. V. 12 17. VI. 6. VIII. 5. X. 20.
Iaconio. VI 17. Et f 11. 8. vbi *Laconio* legi-
Ioanni. I. 1. 12. II. 22. IV 20. VIII. 9. (tur.
Iuliano Episcopo. IV. 15. V. 3. VIII. 11.

Laurentio.

Laurentio. III. 13.
Leontio. V. 24.
Liberio Patricio. III. 5. V. 19. VII. 8. X. 9. XII. 3.
Luminoso. III. 17. IIII. 19. VI. 4. VII. 13.
Marcellino Episcopo. VII. 14.
Marcelliano. III. 16. 21.
Marciano. V. 20.
Mascatori. III. 22. XI. 25.
Maximo. III. 12. IX. 2. 3. 4. 5. 23.
Meribaudo. XI. 8.
Messallæ. IX. 16. 22. XI. 5. 17. XII. 8. 10.
Olybrio. I. 24. II. 2. 7. 12. 17.
Opilioni. I. 26. V. 21.
Panfronio. VI. 9. XI. 18.
Parthenio. VI. 12. 22. VII. 20. IX. 13.
Passiuo. IV. 5.
Petro. VI. 1.
Pomerio. II. 9.
Porciano Abbati. X. 21.
Probo. IX. 9.
Probino. XI. 9.
Senario. I. 27. III. 18. IV. 7. V. 10. 16. VI. 8. VII. 4. 8. 24. VIII. 15. IX. 20.
Senatori Episcopo. III. 8.
Seruilioni. VI. 7.
Simplicio. IX. 1.
Speciosæ. II. 5.
Stephaniæ. X. 4. XI. 20. 23.
Stephano Abbati. III. 11. 19. IX. 6.
Symmacho Papæ. IV. 8. 16. V. 5. VI. 3. IX. 7. X. 19. 25.
Thrasimundo. IV. 18.
Venantio. VI. 15.
Victori. XI. 13.

INDEX
OPVSCVLORVM
B. ENNODII
EPISC. TICINENSIS.

VITA S. EPIPHANII Ticinensis Episc. triplo quam antea è membranis auctior. Pag. 321.

Vita S. ANTONII Monachi Lirinensis. 379.

PANEGYRICVS Theodorico Regi Gothorum dictus. 393.

ORATIONES XV.

I. IN natali Laurentij, Episcopi Mediolanensis. 420.

II. In reditum suum ex Vrbe. 428.

III. In dedicatione auditorij, quando ad forum translatio facta est. 431.

IV. Præfatio dicta à Lupicino, quando in auditorio traditus est Deutericium. 434.

V. Gratiarum actio Grammatico, quando Parthenius benè recitauit. 439.

VI. In dedicatione Basilicę Apostolorum, vbi templum fuit idolorum; missa Honorato Episcopo Nouariensi. 442.

VII. Quando Eusebij filius traditus est ad studia. 446.

VIII. Dictio data Stephano vicario, dicenda Ma-

da Maximo Episcopo. 448.
IX. In dedicatione missa Maximo Episcopo. 451.
X. Dictio data Aratori, quando ad laudem prouectus est. 453.
XI. Dictio incipientis Episcopi. 456.
XII. Precatio Missarum, & Precatio ante Missam. 458.459.
XIII. De Seuero & Paterio. 460.
XIV. Regis laudatio. 463.
XV. Concio de hæresibus Constantinopoli tum exortis. 466.

DECLAMATIONES XV:

I. VErba Iunonis cum Antheum parem viribus Herculis videret. Pag. 469.
II. Verba Thetidis, cum Achillem videret extinctum. 470.
III. Verba Menelai, cum Troiam videret exustam. 472.
IIII. Didonis morientis ad Æneam verba. 474.
V. Adlocutio de adultera. 476.
VI. In legatum qui patriam hostibus prodidit. 478.
VII. In nouercam, quæ cum marito priuigni odia suadere non posset, vtrisque venena porrexit. 480.
VIII. In eum qui præmij nomine Vestalis virginis nuptias postulauit. 483.

IX. In eum qui ſeni patri cibos ſubtraxit. Data Aratori. 485.
X. In aleatorem, qui agrum, in quo parentes eius erant poſiti, pro ludi precio dedit. 488.
XI. In tyrannum, qui præmij nomine paricidæ ſtatuam inter viros fortes dedit. 490.
XII. In eum qui in lupanari ſtatuam Mineruæ locauit. 493.
XIII. Abdicatus matrem necans. 496.
XIV. In patrem quendam, qui cum filium à piratis captum redimere non dignatus eſſet, ab eo tamen ali petebat. 497.
XV. De capta ciuitate hoſtium. Sacerdotes, & Veſtales virgines, liberi dimittantur. 554.
APOLOGETICVS pro Synodo Romana IIII. ſub Symmacho Papa, ſeu Aduerſus eos, qui contra Synodum Rom. ſcribere præſumpſerunt. 508.

B. ENNODII

HYMNI.

HYMNVS vespertinus. Pag. 1.
Tempore tristitiæ. 2.
In Ascensionem Domini. 3.
In Pentecosten. 4.
S. Mariæ Virgini. 5.
S. Stephano. 6.
S. Dionysio. 7.
S. Martino. 8.
S. Cypriano. 9.
S. Nazario. 10. 11.
S. Euphemiæ. 12,
S. AMBROSIO. 13.

PANEGYRICI.

IN natalem B. Epiphanij Episc. Ticinensis. 14. 15. 16. 17. 18. 19.
In reditum suum ex vrbe. 20.
Olybrio. 21. 22.
De D. AMBROSII Episc. actibus, & vita. 23.
De eiusdem contra Symmachum Relatione. Ibid.
De S. Simpliciano Episc. Ambrosij successore. 24.
De B. Venerio sequente. Ibid.
De Venerabilis Maroli successione. Ibid.
De Martiniano Episcopo. 25.
De Venerabili Glycerio Episc. Ibid.
De S. Lazaro Antistite. 26.

De Euſebio Pontifice. Ibid.
De Geruntio Epiſc. 27.
De Venerabili Benigno Epiſc. Ibid.
De beatiſſ. Theodoro Senatore, Epiſc. 28.
De Honorati Epiſc. Caſtello. Ibid.
De altero Honorato. Ibidem.

EPIGRAMMATA.

LAVS Verſuum. 29.
Præfatio operis Poëtici. Ibid.
Grammatica. 30.
Rhetorica. 31.
Fides. Ibid.
Caſtitas. 32.
Ad Fauſtum. Ibid.
Adonia ad eundem. 33.
Sapphicum. 34.
De epigrammatis per armaria Domni Fauſti factis. 35.
In Baſilicam S. Sixti, quam Laurentius Epiſc. fecit. 36.
In Baſilicam SS. Apoſtolorum: quia arſerant ædificia, quæ prius ibi fuerant. Ibid.
In domo Mediolani. 37. 38.
Super Regiam, in domo Triclinij. 39.
In miſſorio, quod habet loricatum iuuenem ſuper equum, tenentem Victoriam in manu. 40.
De Leone marmoreo, qui aquam mittit in domo. Ibid.
In Baptiſterio Vgello factos, vbi picti ſunt Martyres, quorum reliquiæ ibi conditæ

sunt. Ibid.
De scutellis sex habētib⁹ feras cū Diana. 41.
De Campostile habēte septē Celuates. Ibid.
De Glauco habente Paliphaen, & taurum. Ibid.
Messala Consul, Ennodius cognomine dictus. Ibid.
Messalæ ad Ennodium. 42.
Ennodij carmen. Ibid.
De obloquente sibi aduocato. Ibid.
Vtello vbi filium Armeniangeli Christo offerunt, qui pœnitentiam egit. Ibid.
De eo, qui Gallis ipso præsente oblocutus est, cum esset detractor Venetus. 43.
In subscriptione. Ibid.
In domo ante Oratorium. Ibid.
Ante oliuarium.
Ante horreum.
Ante cellarium.
Ante coquinam.
Ante cauanam. 44.
Ante scalas. Ibid.
In ingressu horti. Ibid.
Intra hortum supra limen. Ibid.
De Murena in libro Firminæ, quæ in Septacia clauditur ita tenuis est. 45.
De eo, qui ficus muneri & tesseram simul misit. 45. 46.
De adultero. 46.
De Iouiniano, qui cum haberet barbam Gothicam, laterna vestitus processit: ex tempore. Ibid.

In

In Basilica S. Calimeri, quando reparata est. 47.
De quodam vetere inimico stulto, & bene pascente. Ibid.
De eodé qui pauperum vorabat opes. 47. 48.
De eo qui vt amicos eius ad se tolleret, pascebat. Ibid.
De Defensore callido. Ibid.
De eo quod cum ipse Gallos parentes haberet, anseres amabat comedere. Ibid.
De varietate Clericorum. 49.
De malo homine, qui equos amabat. Ibid.
De callido, qui Defensor dicebatur. Ibid.
Dictio ex tempore, quam ipse Deuterius iniunxit. 49.
Versus in baptisterio mediolanẽsi factos. 50.
De eo quod vindemiarum tempore scripsit. Ibid.
De quodam, qui opus eius imperitus carpebat. 51.
De Eunucho, Tribuno, nomine Peregrino, omnia perambulante. Ibid.
Aliter de ipso, quia nusquam stat. Ibid.
De marmoribus opere Sarsorio. 52.
De missorio, vbi imago ipsius est. Ibid.
In concha ipsius. 53.
De equo, quem accepit Huniſco. Ibid.
Dictio data Deuterio Grammatico, nomine ipsius Eugeneti mittenda. Ibid.
De Romano quodam, qui magister voluit esse. 54.
De anu quadam. 55.

Aponus fons. Ibid.
De annulo Firminæ. Ibid.
De Scutellis. 56.
In Natalem infantis Aratoris. 57.
De quodam incerti propositi, & vitæ turpis. Ibid.
Itinerarium Bregantionis castelli. 58. 59.
Itinerarium alterum. 60.
Agnello, viro sublimi. Ex tempore. 61.
Præfatio dicta nepotibus Proculi. 62.
De horto Regis. 63.
De cæco quodam Luxurioso. 64.
De equo suo. Ibid,
De flagello infantis Aratoris. Ibid.
Dictio data Aratori, quando ad laudem proiectus est. Laus literarum. 65.
In Virgilium dictum, incognitum. Ibid.
In cubiculum, super codices in ordine positos. Metrum Trochaicum. 66.
Aduersus Claudianum de mulabus. Ibid.
De asino, & equa. Ibid.
Versus de Vectatione sua, nocte, in æstate. 67.
In Basterna vxoris Bassi violas. Ibid.
Virgini. Ibid.
De spata in fuste. 68.
De Boëtio Spatacinoto. Ibid.
De Stomacio eburneo. Ibid.
De aue per Padum super spumas sedente, & transeunte. Ibid.
De equo Padano. 69.
De Fausto. Ibid.

De Principe quodam ebrioso, qui vitem tenebat, iuuante. 70.
Honorato Principi. Ibid.
Versus Domni Fausti. Ibid.
De fonte Baptisterij S. Stephani, & aqua quę per columnas venit. Ibid.
Epithalamium Maximi & Candidæ. 71.
Alio Metro. 72.73.74.
De Nobilium educatione. 75.
Ad Symmachum. Ibid.

EPITAPHIA.

HOMINIS boni adolescentis. 76.
Habundanti. 77.
S. Victoris Nouarienſis Episc. Ibid.
De sepulcro Maioriani Imperatoris. Ibid.
Domnæ Cynnegiæ. 78.
Domnæ Melissæ Illustris feminæ. Ibid. bis.
Euphemiæ. 79.
Rusticæ. Ibid.
Domnæ Dalmatiæ. Ibidem.

INDEX RERVM ME-
MORABILIVM ET PHRA-
SIVM ENNODIANI SAECVLI.

Numerus eſt paginarum. a. ſuperiorem partem, b. mediam, c. infimam deſignat. Poem. Poematum notat paginas.

ABBA Leontius. Pag. 379. a.
Abdicatus matrem necans. 496. b.
Abundantis Epitaphium. Poem. 77. a.
Acacius hæreticus ſub Baſiliſco. 468. b.
Achillem Thetis deplorat. 470. Lædi non poterat. 471. Chironi traditur: & in gynęcio fuit. ibid. c.
Addua fluuius. 20. b.
Adhortatio ad laudem eloquentiæ. 148. 149. 437. 438.
Adoleſcentem ad virtutem hortatur. 219. b.
Ad ſtudia. 437. 438. a.
Adoleſcentis boni Epitaphium. Poem. 76. a. b.
Adoleſcentiæ pericula. 230.
S. Aduentor. Poem. 59. b.
Aduerſa gloriam pariunt innocenti. 147. b.
Adultera vxor. 476. a. in adulterum. Poem. 45. a.
in Aduocatum ſibi obloquentem. Poem. 42 b.
Ægæum mare. 454. a.
Ægreſcere 60. a. 167. a. 181. b. 252. b. 288. a. 550. a.
Æneas Veneris F. 474. a. b.
Patrem humeris ſuſtulit. 503. a
Afros ad conſtantiam hortatur. 74. 75.
Africanorum error de arbitrij libertate. 84. b
Agapitus Patricius laudatur, honeſtate diues & ſcientia. 296. a
Eum conſolatur in filij obitu. 300. a
Agnella vidua nobilis. 288. b
Laudatur. ibid.
Agnellus vir magnificus. 133. b 150. b
Agnello viro ſublimi verſus. Poem. 61. b
Albinus Patricius, Fauſti parens. 86. b

Ad

Ad eum Epistolæ duæ. lib. 2. & 7. Vide Auienus & Faustus.
Alcimus Auitus Episc. Viennensis laudatus. 370. b
Alcator reprehensus. 488. a
Alemanni. 413. b
Alemannicus. 416. a
Alexander Magnus triumphator. 371. b 415. a
in Alienis oculatus, cæcus in suis. 51. a
Alpes Gothiæ. 204. b Gallicanæ. 344. a
S. Ambrosij oratio in funere fratris. 54. a
Eidem Hymnus. Poem. 13. & versus 23. ibidem.
Eius relatio adu. Symmachum. 267. 268. & forte 289. b
Ambrosius Faustini F. commendatur.
Amici tarde eligendi, & retinendi. 168 a
Amicorum paria Pylades & Orestes. 25. a
Anima vna in duobus corporibus. 163. a
Animæ defunctorum. 488. b
Animæ meæ portio. 95. a 118. b
Animi imperio, corporis seruitio vtimur. 176. b 244. a
in Annulum Firminæ. Poem 55 b
in Anum quandam. ibid.
Antheimius Imp. 335. b 336. a. dissidet à Ricimere 356.
de Epiphanio quid senserit. 538. a
Antheus cum Hercule certans. 24. a b 469. b & sequ.
Antoninus & Cassianus. fort. Antonius. 452 b
B. ANTONII, monachi Lirinensis patria. 381. a
Patet Secundinus. ibid. octauo anno parentibus ortuo ad Constantium Episc. 381. b c. hinc in Italiam ducitur. 383. a. hæret Mario presbytero. 383. b honores fugit. 383. c 384. a 385. b. ad sepulcrum Fidelis Martyris secedit. 384 altissimum conscendit montem. ibid. duos ibi senes reperit. 384. b. altero mortuo visa ab Ant. columna ignea. 385. a. ad interiora eremi se confert. 388. a. versum caules vastantem abigit. 388. a b. fama de eo increbuit. 388. c Lirinum venit. 390. a. eius mors.
Aperta pugna confligere. 391. a.
Apices. 532. b
Apicum tuorum lectione. 283. a
Apologeticus pro Synodo IIII. Rom. sub Symmacho. 211. b

cho. 510. & deinceps.
Aponus fons. Poem. 55. a
SS. Apostolorum templum ex idolorum factum à Victore Episc. 443. b & sequ.
Apostolos pro se rogari petit. 253. b 298. a
Apronianus sine nube poterit agnosci. 146. b
Aquilegiensis Pontificis electio. 141. b 146. b
Aquilæ pullos genuinos ad Solem explorant. 41. b
A pullis effœtæ pascuntur. 487. b
In Aratoris infantis natalem. Poem. 57. b. in flagellum eiusdem. 54 b. ad laudem prouehitur. 65. a & Oratio ad laudem prouecto. 453. a.
Arare, vide *scribere*, & *dorsa terra*.
Arbitrij libertas discutitur. 80. 81. 82. 83. 84. 85.
Arcem tenere. 201. a
Archotamia fæculum fugit. 214 b
Filium habuit Lirinensem monachum. ibid.
Armenij filius vnicus extinctus. 54. b 55. a b
Assiduitas & diligentia ad summa prouehit 446. b
De Asino & equo versus. Poem 66. b
Asterij quanta eloquentia. 148. b pater fuit Marciani etiam eloquentis, filius fort. Stephaniæ. 247.
Asturius Senator doctus. 51. a b
S. Athanasius Alex. Episc. ab hæreticis impugnatus non timuit. 525. a b 526. a
Athesis fluuius. 406. a b
Attica & Romana lingua. 253. b
AVIENI, cognomēto Fausti, Consulatus. 140. b adhuc iuuenis. 16. a. studium eius. 16 17. 18. 32. eius clari Romę natales. 304. b Vt auum nomine, sic patrem doctrina referebat. 41. b. de patre. 181. b. 271. b Declamatorio fuit stylo, multæque lectionis. 212. a De matre eius ægrotante. 218 a. Vxor ei sanctis moribus. 307. a. Qua ducta, gratulatur. 303. a. Auieni laus. 295. a. 296. Eius tristis discessus. 304. a. Natus illi Romæ filius. 304. b
Plura de eo in Faustus.
de Aue per Padum vecta. Poem. 68. b
Aurelianus bonis exutus. 179 a b
Auri pallidus inquisitor. 526. b
Aurum nisi poliatur sordescit. 433. a 440. b
Austrum fontibus immittere, Virgilianum. 34. a

B.

Balearis funda. 853. b
Baptisterij S. Stephani fons. Poëm. 50. c
In Baptisterium Mediolanense. Poëm. 50. a cum Martyribus. 40. b
Barba implicita stiria. 401. a
Barbaræ nationes Italiæ infusæ. 7. a
Barbara Domna, casta. 229 b 230. a 255. b Romani flos genij. 286. b egregiè laudatur. 246. a 296. b
Basilicus, aut Basiliscus. 468. b
Bassus commendatur. 44. b
In Basterna vxoris Bassi versus. Poëm. 67. b
Bauto, regiæ domus conductor. 205. a
Beatum, virum nobilissimum Symmacho Papæ commendat. 262. a & Hormisdæ Diacono. 263. b
Beatitudinem vocat etiam sacerdotem Ennodius. 244. a & Diaconum. 263. b 280. a 298. b c Vide Papa.
Beneficijs libertas amittitur. 339. b
de Beneficijs diuinis gratiarum actio. 43. 44.
Beneficio leuitatis pro culpa. 489. c
τὸ Benè, sæpè corruptum, pro *Venerabilis*. Vide Venerab.
Benignus, Episc. Mediolan. Poëm. 27. b
Blesilla, soror Cethegi. 229. c
Boëthius Patricius laudatur. 233. b 260. a b 296. a Aristotelis & Ciceronis interpres. 232. b 233. a eloquentiam veterum imitando superat. 234. a 260. b Consul fuit. 234. Domum ab illo Mediolani emere vult Ennodius 234. b 256. c 261. a 264. a
Bonasus, presbyter natione Gallus, laudatur. 331 a
Bonifacius, bonis ortus natalibus. 167. a
Bonorum iactura interdum salutaris. 179. b
Brachia montium. 383. a
Bulgares, gens indomita. 398. b 399. a 412. a lac equinum potare soliti. 399. a
Burco quidam, malus homo. 527. a b S. Epiphanium percussit ibid. mater eius Capraria. 527. b
Burgundio immitis. 361. b
Burgundiones. 367. a

C.

Cæcitas & dolor animo prodest. 238. a
in Cæcum luxuriosum versus. Poëm. 64. a

Cæsarius Regi carus 305.a.seuerus in malos. 305.b eius laus. ibid.
n S.Calimerij Mediol.Episc.Basilicam reparatam versus.Poëm.47.a.Vide Martyrol.31.Iulij.
Camilla an Ennodij mater. 301.a. vidua quæ sit passa. Ibid.
Camelum Basso donat Ennod. 139.a
Cameli Papæ Hormisdæ. 161.
Canina loquacitas. Prouerb. 526.a
Cano flore. 449.c & sæpius.
Captiuorum sex millia remissa à Gundebaldo. 370.a b
Caritas perfecta loci interuallo non diriminitur. 210.b
Caritatis fibula 71.Vide *Fibula.*
Carmine & prosa alternante epistola. 290 a b
Carminum sentina qualis. 68. a & Poem. 14.
Carthaginense Concilium de Domestico teste. 520.c
Cassianus & Antoninus. 452. b
Castitas carmine laudata. Poem.32.a
Causidicus & senator idem aliquando. 149.a
nte { Cauanam,al. Canauam / Cellam / Coquinam } versus, in Poem. 43.b 44.a
Cellulani, à Cellis dicti. 9.a
Cepario præferendam. 513.c
Cereris arma, pro frumento. 500.b
Cerei Paschalis benedictio. 25.b 26.27.28.
Ceruice dura. 318.a
Cethegus Patricius laudatur. 295.
Ei soror Blesilla. 229.c
Probini filius, vir Consularis. 295. c
Chalybis munimentis pectus includere, pro lorica se armare. 405.a
Chalcedonense Concilium receptum. 467.b
Chœrilus Poeta,apud Alexandrum Magnum. 415.b
Chelydri in Africa. 402.a
Chironi traditus Achilles in disciplinam. 471.b
Christianorum fœcunda sterilitas. 238. b
CHRISTI patientia. 360.a
CHRISTI vena amorem conciliat. 104.a
CHRISTVM inuocat Ennodius. 445.b 527.b
CHRISTI, Crucem versus. Poem. 32.37.39.46.69.
Cicatricem rescindit ictus acutior. 206.b 211.a 299.c

Cicero. Vide *Tullius.*
Cilices, piratæ.
Circeium poculum. Prou. 499. a
τὸ *Circa* fæ pe hic corruptum in *Contra.* 138. b 142. a 477. c
253. b 258 b 263. a 275. a 278. a 281. b bis. 290. a 298. a
305. a 307. a 550. a
Circulus in naribus. Prou. Esaiæ 37. v. 29. 4. Reg. 19. v. 28.
P. 524. a
Claudiani Poëtæ versus de Homero. 62. a
Claue sermonis reserare. 428. c 444. b 504. c
de Clericorum tumultu versus. Poëm. 40. a
Cognitor, pro iudice. 493. c 496. b & alibi.
Comitatensis. 144. a 185 b 246. b
Communis, pro comis. 375. b
* Compostile cum septem coloribus Poëm. 41.
Comi & Larij lacus descriptio. 18. b
Coniugij bona. 482. a b
Consecrare pro sacerdotem facere, aut velum dare virgini.
Consolatoria Epistola elegans. 342. c 421. c
in filij vnici funere. 54. b in fratris obitu. 52. 54. 55. 300. a b
pro Consolatoria gratias agit. 94. b
in Constantinopol. Ecclesia hæreses ortæ. 212. b
ad Cónstantiam Afros hortatur. 466. a 468. c
Constantius Episc. 381. c patruus B. Antonij. 382. a moritur. 74. a 75. a b
ad Consularem Scipionem non satis est parentum gloriatio. Ibidem.
Corona etiam de Episcopis, vt & *Beatitudo.* 234. a
pro Coturno abiectionem diligo. 298. c
Creator, pro parente. 106. c
Crepera res & anceps. 486. a 487. b 489. a & alibi.
Crispi Sallustij proprietas. 38. b eius sententiæ 85. b
S. Crispinus. Poëm. 18. b & 59. b Ticinensium Episc. 176. b
328 329. 330. morti vicinus Epiphanium commendauit. 331. morbo regio extinctus.
Crudelitas barbararum nationum. 332.
Crux CHRISTI nos expiat. 28. a in eius laudem versus. 382. b
Poëm. 32. 37. 39. 46. 69.
Cuculla religiosum decet.
Culeis puniendi. 281. a
Curulium certaminum labor. 491. b
233. b

Cygnorum cantus. 429.a
Cymba, Cymbula. 542. c
Cynnegia matrona. 151. a
Eius Epitaphium intra horam Ennodius dictauit. 154. a 227.b 228.a 229.a quod est in Poem. pag 78.a
S. Cypriano Hymnus. Poem. 9.c
Cyrus, Petrus, & Timotheus. 467.b

D.

Dædala prouisio. 91.b
Dadala ars. Prou. 212.a 236. c
Dalmatius animæ portio Ennodio. 118.a
Dalmatiæ Domnæ Epitaphium carmine. Poem. 79.b
Dare manus precibus. 96. b *amoris imperio.* 99. a *porrigere.* 125.a) (*opponere manus.* 234.b
Dauid à mansuetudine laudatus. 362.b
Declamationum vis. 294. b fructus. 33.b
Declamationes superfluæ. 439.b
ad Declamationem affectum reuocare iam desidem. 431.a
Deditiius exercitus. 353.b
Decolorat obiectio, & deuenustat. 460.a 461.a
in Defensorem callidum versus. Poem. 48.b 49.b
Demosthenis & Ciceronis gladij. 233. b
Describere membra ferro. 497. a
Desperatio sola perdit errantem. 117. a
Deuterius Doctor, cunctis oculus. 42.b
Deuterio dictio carmine. Poem. 49.b
Item nomine Eugeniti. 53.b 57.a
DEVS vota vincit supplicantum. 36.b
Non respuit dona imperitiæ. 229.
Dei oculus timendus. 12.a
Benignitas singularis. 152. 153. 316.a 318.b
Cur mala homini immittat. 312. a
Ad Deum cuncta referenda. 89. b
Cum Deo quædam homini communia. 45. b
Diaboli acrius in robustos certamen. 389. a
Dido cum Ænea moribunda expostulans. 474. a
Diligendi quam longe positi. 141. b
Dione, pro Venere. 494. b
Dionysio Areopagitæ Hymnus. Poem. 7.
Dioscorus Romæ perfunctus officio. 280.a
Dioscorus hæreticus. 467. b
Disciplinas commendat. 393. b

Dissi-

Dissicere, pro dissecare. 378.a 544.a in marg.
Domus multitudinis turbas euomens. 375.b 521.a. inde Vomitoria in theatris.
Dominicę matronæ gener N. 189 b
Dos magna viro est sarcina. 308.a
Ducis oratio ad pugnam milites inflammat. 114. b.
tu Dulce meum. Poëticum est. 41.b 163.c

E.

EBriosæ vetulę Epitaphium. Poëm. 29 a
Ecclesiam qui cõtristat pingues offert diabolo victimas. 544,a
Ecclesiastica humilitas. 278 c 280.a
Echo, vocis imago. 130.a 222.b
Eleemosynæ vis. 213.
Eleutherius causam Floro commendat. 251.a
Elisæi miracula. 526.b
Eloquentiæ vis. 1.b 293.a b 294.a b
Eloquentia aliquando ad heredes transit, vt in Macriano Asterij diserti filio. 148.b
Emendatissime hominum. 131.c 133.b 134.b 146.a 150.a & sæpius, & *felicissime hominum.* 286.a
Emendatissimi homines. 227.b
Enodem facere. 515.b.
ENNODIVS de vita sua Epist.vlt. lib.xii.p.311. Ex oculis laborauit. 48.a 156.a. recreatus est à dolore. 159.b 178.a.ægrotat. 240 b 244.b 246.a. febricitans. 244. 311. b 314.a. pro doloribus Christo gratias agit. 312 a. Deum rogat sanitatem. 115.c.à litteris abstinere promittit. 316.a recreat isà morbo. 246.a 247.a 248 b 250. b 251. b. opera S.Victoris. 253. a 256. a 265. a b Vide *S. Victor.* ingenti fuit in B. Antonium affectu, vt vitam conscripserit. 391. a b. Rauenna peruenit Mediolanum. 89. a 94.a. mancipium sibi redhiberi à Senatore Episcopo postulat. 92.b 94.a. restitui debitum petit pro Episcopo Rauennæ. 102 a b 188. a 290.a. cur disertus videri nolit. 106.a b Parthenium fororis filium commendat quinque Epistolis lib.v. a p. 154. ad 159. Poeticæ nimis addictus, vt plausum appeteret. 312. b 313.a. Rhetoricæ nimis studiosus. 313.a. xvi. annorum amitam amisit. 317 b. Ducta vxore ditior effectus. 317.b. pauperes contemnit. 317.b ad Deum conuertitur. 318.b. vxorem laudat. 319.a b com-

communi consensu castitatem vouēt & seruant. 319.
fit Diaconus, & post sacerdos, atque Episcop. 318.b
in reditum suum ex Vrbe carmen. Poem. 20.
S. EPIPHANIVS Ticinensis Episcopus, Ticino oriundus, quæ hodie *Papia* est. 323.a. parentes ibidem. Lector ætatis octauo anno. ibid. Cunæ eius fulserunt splendore, & quid portenderint. 323.a. & Poem. 17.c in eius Natalē Panegyricus Ennodij versibus. Poem. 14. 15. 16. Crispino Episc. succedit. 323 a
elementa scribebat. ibid. Exceptor fit. 323 b
eius in omnes humanitas. 324. a. honoris egregius contēptor. 324 a 342.a b. Forma eius digna imperio. 324 a b 336 b Manus illius. 324. amabilis pulcritudo. 330.b. quæ vltrò persuaderet. 326.a 336 b c. Loquendi parcus. 337. b. sermo qualis & eloquentia. 325. c 326.a 336.b. anno ætatis XVIII. Leuita. 326.a. Subdiaconus, & post biennium Diaconus. 326. b 328.a
ad Diaconij insulas euectus ætatis anno XX. 328.b.
VIII. annis Diaconus fuit. 330.c. lites studuit componere. 327.a b 342.a mitis fuit. 327.b
328.a. ad Episcopatum à Crispino formatur. 318.b
qui illi parentis loco fuit. 329. a. illique fidebat. 330.a. iuuenis verecundia. 323.b. castitas & continentia. 329. a. Castitatem quibus exercere solitus. 329.a. animitum otij fuga. 329. b. sacræ Scripturæ lectione 329.c 330.a. quam vita exprimebat. ibid. Pauperum studium. 330. optabant omnes fieri sacerdotem. 330.a. Crispinus moriens Epiphanium Mediolani commendat. 331.b. Episcopus ordinatur inuitus. 332.b 333.a. Leges vitæ sibi dictant. 334. a. puta. 1. Balnea fugienda. 2. etiam conuiuia 3. cenis abstinuit. 4. condimenta repudiabat. 5. summa abstinentia. 6. modico ad stomachum vsus vino. 334.c. mature templum adibat. 335.a. clarus fama. 337.a b. etiam in Gallia. 364 a. velut cælo delapsus. 338.a. famam superat. 365.a. Ricimeri gratus fuit Epiphanius. 337.b. admirationi quoque Anthemio, ad quem legatio eius. 338.a b. pacem Ricimero ab eo impetrat. 341.a. Discordes hos conciliat. 342. a
Honorata eius soror religiosa. 342. b
eam tradit Luminosæ in disciplinam. 342.c 343.a
Epiphanij eleemosynæ. 343.a. Legatus iterum deligitur

Digitur pro nepote ad Euaricum. 344.c.345.a. cubat humi. 345.b. precãdi eius studium, ibid. eius oratio ad Euaricum. 346 a. recusat ire ad prandia. 348.a
Ticinum redit. 348.b. capta vrbe Ticino, capitur. 349.b. Redimit Honoratam sororem. 350.a
templa incensa restaurat. 350.b
generoso fuit animo. 350.b 351.a
dæmonas pellit. 351.b. Tarantæ mulierem à dæmone liberat. 372.a.
Humilis, non arrogans. 352.a. vrbem Ticinum vt instaurarit. 352.a. iterum traductis eò ciuibus dispersis 356.b. Theodorici Regis de ipso iudicium. 350.b
de inimicis benè meretur. 355.a b
laborauit inuidia. 355. b
Rugos barbaros mitigat. 356.a b
Laurentius Episc. Mediolan. eius comes: Rauennam legationem vna instituit. 357.
Epiphanij ad Theodoricum oratio. 358.a b
Regem laudat. 358.b. Euocatur iterum. 360 a
redimendis captiuis à Burgundionibus eius ad Gundebaldum Legatio. 362.a
aurum appenditur lytro. 362.a 363.b
pascit peregrinos. 364.b. Lugdunum venit. 364 b
comparatur S. Laurentio Martyri. 365.a
Oratio ad Gundebaldum de captiuis redimendis. 363. b. Captiuos reducit Epiphanius. 371.b
Rauennam iterum proficiscitur ad Theodoricum. 373. b
laboris patientia. 373.b
corripitur catharro. 376.a
ægrotat. 376. obitus S. Epiphanij. 376.a 377 a
ætatis anno LVIII. sacerdotij xxx. 377.b
splendor in cadauere, vt in cunis recens nati. 377.b
Piorum in funere luctus. 377.b
Epiphanius cartharius quidam. 205.a b
Episcopi incipientis oratio. 333.b 456.b c
de Episcopis Mediolanensibus versus. Poem. 23. 24. 25.
Episcopi officium, vigilare. 11.b. ordinare & consecrare. 333.a
Epistolæ alloquio iungunt absentes. 101.a. & sæpius
vtilitas earum cõmendata. 131.a b 132.a 146.a 193.b 264.a. perspicuæ sunt gratæ; obscuræ ingratæ. 23 a

Epistolarum principia egregia. 108.a 112.a
Epistolaris scriptio 49.b
Epistolæ modum transcendere. 39.b.& *terminum.* 123.a
Epitaphia varia metro. Poem.76 77.78.79.
Epitaphiorum ratio. 255.a,malè reprehensa. 255.256.
Epithalamium Maximi & Candidæ in Poem.71.72.73.
in Equum suum. Poem.64.b.ex Hunisci dono. 53.a
Eruderare,pro expurgare. 450 a b 456.b
Eruli crudeles. 382.b 408.a
Esau improbi comparant Antistitem. 518.c 519.a
Euaricus Gothorum Rex Tolosæ in Gallia. 343 344.a
in Eunuchum tribunum omnia perambulantem.Poem. 51.b 52.a
S.Euphemiæ virgini Hymnus. Poem. 12 a
Euphemiæ Epitaphium versibus. Poem.79.a
Euprepia,Lupicini mater inconstantię arguitur. 109.a b 214 b
Eusebius vir nobilissimus. 447. b. eius filius ad studia missus. 446 a
in Eusebium Mediolanensem Episc.versus. Poem.26.b
Eutyches & Nestorius hæretici. 467.a
Examen gentium. 371.b
Exceptores,qui hodie Notarij. 323.b 381.c
Exempla inuitant. 379.b

F.

F *Aceſſat à bonis actibus*, pro ceſſet, vel abſit. 45.a 101.b 137.b 147.b 159.b 167.b 193.a 203.b 267.c 292 b 455.b 478. c 492.c
Fallendi prudentiam mundus vocat vrbanitatem. 211.a
Fama vulgi. 214.a b
Fas,pro possibile. 249 b
Faustinus, vir sublimis. 276. a. Ambrosij parens. 267.b 268.b
Faustus Auieni cognomentum, Consul anno CHRISTI 501 & 502. Vide & *Auienus.* Romani status eloquij. 19.b. Romanum decus 31.b.eius laus. 282.a 295. a 296 a & Poem. 69. b 70 b. emendatissimus hominum. 146.b.& Liberius. 300.b.patrem habuit Albinum. 86.b. Rauennæ habitauit. 191.a.frater illi Florus. 243. b 248. c. soror Stephania. 282. a parens eius an Adeodatus. 280 a 302.c. ad Faustum carmen.Poëm.32.Adonia. 33. Sapphica. 34. per ar-

maria ipsius Epigrammata. 35.
Fax tibi prætenditur. 2.a
à Febri Ennodius conualuit. 256.a. Vide Ennodius.
Febrium delubra. 550.b
Felicitas interpolata, pro interrupta. 15.c
Ferarum venatio. 3.b
Feriato ore. 492.a & aljas.
Festus laudatus cum Symmacho post Faustum. 295.b
Fibula religionis. 535.a. *operis* 428. b. 455.c
Fibula Rhetorica. 513.b.
in Ficus dono missos. Poëm. 45. c
Fides carmine laudata. Poëm. 31.b
in Filij vnici morte consolatio. 54 b
in Filium ingratum parentem alere detrectantem. 485.b
Firminus. 435 b
in Firminæ annulum. Poem. 55.c. & in murenam eiusdem. 45.b
Flauianus Præsul. 467.b
Florus Fausti frater. 243. b 248. c. & domesticus. 4. b
causam illi commendat Eleutherij Ennodius. 251. a
rogat prædium sibi in Liguria emat. 243.b
Flumina glacie frænata. 51.a
Flumina quod abradunt, alibi reddunt. 527.b
Fortis non est, quem vicit indignatio. 348.b
Francorum olim crudelitas. 382.b
Frater, maior animæ portio. 95.a 118.b. Vide, animæ portio.
Fredericus contra Theodoricum Regem pugnãs. 408.b

G.

Galliæ laudatio. 194. a
in Gallum anseres edentem. Poëm. 48.c 49.a
Genaba in Gallia. 371.a
Genua amplecti. 337.c
Gepidæ populi 401.b 402.b 410.a
Germanus nomine puer fugax. 308.b
Gerontio puero ius petit cimitatis. 120. 121.a
in Gerontium Episc. Mediolanensem versus. Poem. 27 a
Geta Ricimer 1. Gothus. 339. Anthemij gener. 334.b.
in socerum ingratus. ibid.
Geta pellitus. 340.b
Geticum robur. 416.b
Geuica femina, 309.a

Glaciei ad Alpes, & loci algidi descriptio. 51.a b
Glaciei dissolutio. 365.b
Glebæ genitales 366 a
in Gluttonem qui opus eius carpebat. Poëm. 51.a
Glycerius Romę regnās à Nepote imperio deiect°, aufugit. 343.b
Glycerius. 435. b. Et Episcopus, in Poem. 25.b.
Godigiselus frater Gundebaldi Regis Lugduni. 371.a
Gothi victores. 412.a b Ticino digressi. 356.a
Gothos Liberius in Italia prædiorum largitate ditarat. 287.a
Græcia Theodoricum educauit. 396.a
Grammaticæ vsus 293.a. laus carmine. Poëm. 30.a b
Gratulari, pro gratias agere. 244.a. & sæpius.
Gulæ vectigal exhibere. 504.a
Gunderich Gepidarum ductor. 410.a b
Gundebaldus Burgundionum Rex. 362.a. Lugduni regnat. 365.a. eius de Epiphanio elogium. ibid. facundus fuit. 368.a

H.

HAbundanti Epitaphium carmine. Poem. 77.a
Hector quadrigis raptatus. 472.a
Helena prius casta. 473.a. à Paride rapta. ibid.
Helisea pia & religiosa matrona. 151 a 152.a
Herculis labores. 469. b. Antheum vincit. 24.a b 469 a
Heruli vide Eruli.
Hiemis elegans descriptio. 363.c
B. Hieronymus Nazianzeni auditor. 438.c
Hilpidius. 284.a
Historicorum scriptorum vsus. 537.a
Hominum incerta & instabilis conditio. 91.a
Honorata digna soror S. Epiphanij. 342.b. capitur. 349.b reducitur. 351.a
Honoratus Episc. Nouariensis. 442.c 443 b.
in eius castellum versus. Poem. 28.b
de Honorato ebrioso. Poem. 28 c 70.b
ante Horreum. Poem. 43.b
in Hortum Regis. 63.b
ante Hortum. Poem. 44.a b
Hostes capere armis vel dolo. 361.
Hymni in obsequijs cœlestibus. 67.b
Hymni Ennodij. Poem. 1. & deinceps vsque ad. 14.

Iamnes

I Amnes & Mambres.
Idola & idololatria Romæ sublata. 441.a b 549.c 543 b c 545.b 550.b c 555.b c 44[illegible].c
Importunæ preces sæpè vincunt.
Impunitas noxia. 5.a
India ebenum profert. 360 a
Incerta & vaga vita reprehensa. 436 a
Indicta causa. Poem. 57 b
Infabricata verba. 166.a *simplicitas.* 367.a *ingenia* 531 a 451.b
Infabricatus.
Inferorum pœnæ. 223.a
Ingratos Deus in carne constitutus exhorruit. Lucæ 17. v. 18. p. 183. 314.b
In Inimicum stultum. Poem. 47.b 48.a
Intercessiones fugiebat Epiphanius. 330.a 335.a
Inuidia comes felicitatis. 333.a 335.b
Inuidia edax. 333.a. socia nouitatis, 337.a
Ioanni Bapt. & Io. Euang. templum dedicatũ. 451. 452.
Ioannis eloquentia laudata. 1.30.a b. laudarat Ennodiũ. 2.a. nobilis fuit. 2.b. pater eius & soror. suadet ei vt epistolas conscribat. 3.a 13.b
Ionium mare fluctus frangens, 31.a
Iouinianus cum barba Gothica. 384.a 453 b
Iracundus cum rogatur magis exuberat. Poem. 46.a
Italiæ status Theodorico Rege ingresso. 33.a b
Italica simplicitas. 317.a
Itinerarium Bregantionis castelli. Poem. 58.a 59.a b
Item alterum itinerarium. 60. 61.
Itura in aures mũdi. 286.a. *in lõgũ.* 456.a *ad posteros* 464.b
Iudicij lance pensare.
Iulianus affinis Ennodij, 48.b
Iustitiæ lanx. 109.a 423.b

L.

LAc equinum potare soliti Bulgares. 399.a b
Laconismus. 199.a 228.b
Laconius potens apud Gundebaldũ. 369.a. eius laus. ibi.
Lacrymæ gaudiorum. 362. b
Larij lacus descriptus. 18.b 19.a. eius pisces cadaueribus pasti. 20.b
Latiaris eruditio. 142.a 193.a. *eloquentia.* 217.a. *elocutio.* 220. b. *scientia.* 234.a. *sermo.* 294.a
Latiare imperium. 413.b

Latiaris eloquij astrum. 226. b. flumen. 295. a
Latro in deserto latitans 386. a. se su pendit. 387. a
Laurentius vir sublimis, à Papa rectum accepit. 126. b
eum Symmacho Papæ commendat. 126. a
Laurentij sequaces. 549. b
S. Laurentius Martyr quid de pauperibus dixerit. 237. c
365. a
B. LAVRENTIVS Episc. Mediolan. 367. b 445. b
laudatur in Natali. 420. & in Poem. 36. b 37. b 46. a
50 a. infelicitas temporum eius. 424. a. custodit oues.
ibid. persecutiones patitur. 424. b 425. a. eius morbi.
425. a. Mediolanum instaurat. 425. 426 secundò captiuus. 426. c 427. a. fidus Ecclesiarū. 428. a. Basilicam
S. Sixto construit. Poem. 36. a b 37. b
Laurentius & Petrus Episcopi. 534. b
Lazarus rediuiuus. 246. a 247. a 256. a
in Lazarum Mediolan. Episc. Poem. 26. a
Ledæa pignora. 505. b
Legatus patriæ proditor accusatur. 478. b
Leo Orator à consilijs, & interpres Euarici Regis Gothorum. 345. c 346. a 347. a
in Leonem marmoreum versus egregij. Poem. 40. b
Leontius Abba 379. a
Lerinum, vide Lirinum.
Lex: aut alat, aut vinciatur. 505. a
Liberius, parens Auieni. 181. b 271. b 278. b. valdè toti profuit Italiæ. 286. b 287. a b 301. b
Liberius, Auieni Fausti frater. 300. b
de Libero arbitrio disputatio. 80. b 81. a b
Libram disceptationis intrare. 516. c
in Libros ordine positos carmen. Poem. 66. a
Libycæ Syrtes. 269. a
Libycus Doctor Augustinus. 9. a
quod Licet non licet, &c. 549. c
Liguria nutrit foro ingenia. 149. a. mobilis est. 209. b 210. a
Liguriæ lumina. 344. messis ferax. 361. b. vinetis abundat. 361. b 367. b. hîc prædium à Floro postulat. 243. a
Lingua mentis interpres. 132. a
Linguæ etsi centum sint, dictū Poeticum. 300. b 345. b c
Linguæ murice tingere. 124.
Lirinensis solitudo. 389. b. nutrix sanctorum insula. 348. a
390. b

Litterarum laus. 453.a 454.b
Litterarum studijs vitia dediscuntur. 158.a
Loci mutatio ingenium non mutat. 109.b
Loci decessor. 518.a
Luminoia, sancta femina. 342.c 343.a 349.b
Luminosus. 88.a. Episcopi filius. 102.a. res Romæ administrat. 126.b 188.a b
Luna inter minora sidera. 361.a
Lupercalis genius. 409.a
Lupi etiam parentes alunt senes, vt aquilæ. 487.b
Lupicinus 76.a. filius Euprepiæ. 87.b 110.a 195.b à Lupicino dicta Præfatio, cum in adiutorio traditus est Deutericio. 434.b

M.

M *Acies ingenij.* 153.b 181.a
Magnitudo vestra. M.V. 159.b 235.a & sæpius, vt *Eminentia* 261.a. *culmen vestrum.* 264.a. Vide) (*parvitas mea.*
in Maiorani Imp. sepulcrũ carmen. Poem. 77 b. correctum in Notat.
in Malum equos amantem. Poem. 49 b
Manus dare, porrigere. 467. Vide *Dare, opponere.*
Marcellinus Episc. 189. a. Beatitudinem, Apostolatum, & Coronam tribuit. 189.a. quod Pontificibus attribuitur.
Marcellus venerabilis. 147.a
Marcellus Stephani F. 224.b. valde in studijs sub Ennodio profecit. ibid.
Marcianus Asterij F. 148.b parentis eloquentiæ successor. ibid.
B. MARIÆ Virginis Hymnus. Poem. 5.
Marius presbyter dæmonibus imperat. 383 a
in Marmora Satsorij operis versus. Poem. 52.b
in Marolum Mediolan. Episc. Poem 24.c
Maronis elegantia. 38.b. Vide Virgilius.
S. Martino Episc. Hymnus. Poem. 8.b
in Martinianum Episc. Mediolan. Poem. 25.a
Martius campus. 493.a
Mater viri religiosi. 214. 215.
Mausolea. 488.b
Maximus Episc. sic verè appellatus. 449. a. hominum humilitate sublimior. 147.a. Vxorem ducenti benè

precatur. 241. 242. primò miles & iudex. 449. a. castus vixit. ibid. ei missa Dictio. 451. a
Medicina sæcularis Galeni & Hippocratis. 314. a
Medicina tempestiua. 468. a
Medicus, curator. 480. a
Medicus non vrens nisi cum oportet, interimit. 545. a
Medicorum est de successu hominis digitos interrogare. 33. a. digitis quærere. 314. a.
Mediolani iudices multi. 98. a
Mediolani domum à Boëthio postulat. 234. b. moratur ibi Ennodius. 211. b
Mediolani versus inscripti. Poem. 37. 38. 39.
Mediolanensis Episcopatus. 333. a. B. Laurentius ibi Episcopus. 425. b & alij in Poem. 23. 24. 25. 26.
Mediolani positus. 353. a. Vide Notat.
Mellei sermonis litteræ. 24. a
Melissæ Domnæ Epitaphium carmine. Poem. 78. b c
Menelai verba Troiâ incensâ. 472. b
Mentior, si. 505. b
Mentior, nisi. 22. b 461. b 551. c
Merita humana. 68. a
Messalla illustri parente natus. 236. b. de vxore cogitat. 297. b. eius patri ac fratri bene precatur Ennodius. 297. c
Messalla Cos. cognomēto Ennodius. Poem. 41. c 42. a b
Metalla in terra à Sole decocta. 40. b
Mineruæ statua in lupanari. 493. c
Missarum precationes duæ. 458. b 459. a
in Missionem cum Victoria versus. Poem. 40. a. & cum sua imagine. 52. c
Mora lentauit. 319. a
Morbus est inæqualitas. 285. a 314. c & alias.
in Morbis à medico desertus, ad Deum fuge. 251. b 314. a
Μωρὸς & Μωρολόγος. Poem. 66. & in Notat.
Moyses populum duxit Israëliticum. 392. c
de Mulabus versus Ennodij post Claudianum. Poem. 66. & de equo & asino. 66. b
Mulier non quærens ornatum. 477. a b. sexus est imbecillis. ibid.
Mundo, dux. 411. a
Mundus veri nihil habet. 275. b

in

in Murenam Firminæ. Poem. 45. b
Myoparones, piratarum naues. 497. b

N.

NArratio importuna tempore lacrymarum. 95. b
S. Nazario Hymnus. Poëm. 10.
Nepos Iulius Rom. Patricius deiecto Glycerio regnat. 343. b. c. odiosus discordiam concitat. 344. a. mittit S. Epiphanium ad Euaricum Gothorum Regem. 344. a. b. 345. 346. b. redit ad illum Epiphanius. 348.
Nestorius & Eutyches hæretici. 467. a
Niniue vrbs. 58. a
Nisi, sæpius hæc vox corrupta pro mihi. 246. b. 280. a b 314. b. 315. a
Nisus & Euryalus amicissimi. 25. a
Nix capitis, pro canitie. 51. a
Nobilis indoctus ingratus. 437. a
de Nobilium educatione. Poëm. 75. b
Nodum in scirpo quærere. Prou. 546. a
Nomen cuiusquam nolo incessere. 8. b
Nouerca venefica. 480. b

O.

OBedientiæ vis. 105. b. 106. a. 182. b. 258. b
Obiurgat per epistolam Helpidium. 240. a. 307. b. 308. a
Oculos amœnabat. 526. b
Odia deprehendere, superare est. 340. c. 341. a
Odoacer Erulorum Rex. 349. a. 350. a. 403. b. 407. b. 408. a. honorat S. Epiphanium. 350. a. 352. a. 353. a
Oenotrij vino abundantes. 361. b
in Oliuarium, seu olearium. Poëm. 43. b
post Olores anser strepit. Prou. 191. a
Olybrius inter maxima curiæ sidera computandus, iubar facundiæ, &c. 47. a. eius eloquentia. 47. b. regnans occiditur. 343. b
Olybrio carmen. Poem. 21.
Olympiaca certamina. 446. b 447. a 462. a
Opilio parentes in Africa habuit. 133. a. vir illustris. 149. b
Opponere manus, pro resistere. 234. b
Oratoriç laus. 453. 454. 456. vide Rhetorica.
in Oratorium. Poem. 43. b
Oratio vtilis ab amico postulanda. 6. b 457. b. omnia tollit

tollit in malus. 113.b c
Oratio Ducis ad pugnam excusitat. 114.b
Oratio pij aduersus peccati arietem. 280.c
Orari pro se postulat Ennod. 202.b.& alias sæpè. Vide Apostoli.
Ordinatio Episcoporum. 422.b
Orelles Patricius.348.b.ad Placentiam occisus. 350.b
Ore feriato. 458.a.& alias sæpè.
Oris claue reserare. 428.c. *linguæ claue ref.* 444.b 504.c
sermonis claue ref. 90.a
Oris tubar effulget. 448.b
Originaria res 459.a *fragilitas* 452.b *leuitas.* 407.b
Osculantes manus & oculos Sanctorum. 215.b
Osculantes genua. 250.a
Ouis vlcerosa Prou. 512.a

P.

PAdo vecta auis Poem. 68. b
Padus fluuius flexuosus. 527. a
Padanus equus. Poem. 69.a
Pæstaneæ rosæ 436.a
Pallium & cilicium.)(305.a
Panphronium virum illustrem commendat Fausto 129 5. & Agapito 131. fratrem ibi nominans. 206.c
Papa rerum Dominus. 196.b
Papa, interdum pro Episcopo. 328.c
Papæ Hormisdę tribuit *Beatitudinis* & *Sanctitatis* Epitheta. 145 a b 161.a
Papæ Symmacho *Coronam.* 157.b. sedis Apostolicæ Præsulem vocat. 161.b 257.a b
Parentina vocabula purpurarum. 461.a
Paris Helenæ raptor. 473.b
Parmam ingreditur S. Epiphanius. 375.b
Parthenius Ennodij sororis filius. 156.b. Romam studiorum gratia mittitur. 156.b 158.a 159 a 160.a cõmendatur Symmacho Papæ. 157.a.item Fausto. 230. hortatur eum ad studia 192.b.& ad scribendũ. 166.b obiurgat ob negligens studium. 231.a b 232.a. Dictio, quando bene recitauit. 439.a 440.a 441.b
Paruitas mea & humilitas. 196.a)(*Magnitudo vestra.* 159. Vide *Magnitudo.*
Paschæ festum describitur. 341.b
Pasiphaë cum tauro. Poem. 41.b

Pastorum sermones de lupis.
Pastoralis fistula. 46.b
Paterius Patricius. 46.b 47.a
Pauperes vbique iacent; diuites boni habentur. 461.a
Pax post bellum gratior. 278.a
Pax prolixior solutos reddit. 342. a
Pace nihil dulcius. 390. a
Peccati aris. 547. b
Pectoris secretum reseratur claue sermonis. 280.c
Pedibus in sententiam ire. Prou. 50.a
Pegaseus gurges, pro Parnasso. 454. Poem. 62.a. & notat. 513.
Pelagius Prætorio præfectus Ticini. 352.b
Peniculo artis. 510.
Peniculo veritatis colorata excusatio. 196.b
S. Petrus caput Ecclesiæ. 464.a 518.a. vide *Roma.*
S. Petri Basilica. 536.b
Petrus & Laurentius Episc. Symmacho familiares. 534.b
Petrus & Cyrus.
Phaëtontis currus. 467.b
Pij non metuunt vim. 47.b
in Piratam quendam. 511.a
Pisces Larij. 497.b
Piscis aqua abstractus Prou. 20 b
Piscium populus, id est, pisces. 6.b
Pitzia Herduic Dux, al. Prahaberdius. 410.b 411.a 412.b
Poëtæ omnia in maius tollunt. 415.b. non semper vera laudant.
Poëtici operis proœmium. 68.a
Poëticis nimis addictus Ennodius. Poem. 29.c
Pollux & Castor, Pylades & Orestes, amicorum paria. 312.b 313.a 25 a b
Pōtifex S. Petri vicarius, 517.a. caput Ecclesiæ. 50.a. minorū nō subiacet sentētiæ. 519 c 524.c nō accusādus. 528.b. supra Regē est. 305.a. Ecclesię tractat gubernacula. 11.b. Vnde dicti Pontifices. 416 a. Vide & Papa.
Pontificium. 547.c
Populeus largitionum, pro copia. 317.a. vt alibi, *piscium populus.*
Portio animæ maior frater.
Portitor litterarum. 216.b. & alibi, vt & *Baiulus.* 257.a b & *Perlator.*

Postquam

Posſquam sæpe corruptum in *Prinſquam*, ex compendij nota. 315.b & alibi
Pragmaticum promulgare, hoc est edictum. 360. b
Præbitio indebiti. 498.b
Præceptor eligendus cum delectu. 436.b
Præceptoris laus, discipuli diligentia. 438.b
Præsentia bona contemnimus; absentia expetimus. 190 b
Preces ad Deum à sacerdotibus exposcit Ennod. 57.b 99.b 117.a 245.a
Precandi fastidium. 313. b
Principe loco, pro, principio. 92.a 116.b 125.b 395.a 464 a 485.b 507.b
Probus Poeticę gnarus. 250.a 296.a
Probinus Patricius laudatus. 295.b. eius pater & socer. ibid.
Proculi nepotibus versus. Poem. 59. b
Prodigus frontis, pro impudentę. 491.c
Proiectus, vir sublimis. 205. b
Protherij sedes. 467. b

PROVERBIA.

E mendico Rex. 317. c.
Nodum in scirpo quærere. 546 a.
Canina loquacitas. 526. a.
Dædala ars. 212. a. 236. c.
Manus dare. 467.
Ouis vlcerosa. 512.a. *Secunda nauigatio.* 354. b. *Stimulis calces inferre.* 519. b
Stimulos admouere calcaribus. 466. b

Pugna quotidiana fortes reddit; pax prolixior solutos. 390. a
Purpura, & fastis, & armis nobilitari. 552 a

Q.

QVam vellem. 100. a. & sæpius.
Quot gladijs superiores fames necauit. 317. a

R.

Rancessere. 134.a 143.a
Rauēna 165.a 181.b 191.a. digreditūr inde Epiphanius. 375. b. peruenit inde Mediolanū Ennodius. 89.a
Rauennate iter. 204.b
Rauennates excubiæ. 138.b 191.b
Refutare malum, pro recusare. 17.a 448.b
Rei rusticæ commendatio. 237.a 266.a

Releuetis ſæpe corruptum in *Reueletis*. 281.a & alibi.
Religioſis non deeſt pugna.
Res doni, pro dono. 215.a
Res iudicij. 449.c
Reſurrectio carnis. 450 a
Retentator. 545.b 546.a
Rete argumentationis. 22.b
Retia diſcoloria in venatione. 542.c
Rhetoricæ laus. 290 b 453.454.455.456.& Poem. 7.b
Rhetoricis nimis deditus Ennodius. 313.a. cur reliquerit. 31.a
Rhodanus. 39.a
Ricimer Patricius Mediolanen. 335.b. gener Anthemij, ei ſe oppoſuit. 335.b 336 a. per Epiphanium redit in gratiam. 336 a b. ingratus in ſocerum Anthemium. 340.b. quem occidit. 343.b. eius mors. 343.b
Vide & Geta.
ROMA mundi caput. 547. c. ſtudijs clara. 156.b 158.a 159. c. natalis ſcientiæ ſedes. 187.a 267.b. liberalibus amica ſtudijs. 192.b. Mater ciuitatum. 409.a 545.b eius proſopopœia. 550.b c 551.a 552. ab idololatria liberata. 545.b 555.b c
Romanos in linguis ſcutum vel ſpicula habere. 347.b
Romana & Attica lingua ſociata. 233.b
in Romanū, qui magiſter videri volebat, verſus. Poem. 54.c
Ros cæli.
Rugi gens immanis, poſt Gothos imperant. 6.b
demulcentur S. Epiphanij oratione. 356.a. ibid.a b
Ruſticari. vide Rei ruſticæ.
Ruſticus fornicator.
Ruſticus vir illuſtris & diſertus. 306.b
Ruſticius Lugdun. Epiſc. 331.b
Ruſticæ Domnæ Epitaphium. 364.b
Rutilius, & Manlius gladiatores. Poem. 79.b 417.b

S.

SAbæum thus.
Sabinus vir ſublimis, Romam properat. 436.a
Sabini filius ægrotans. 197. b
ſanus Mediolanum contendit. 171.b
agellum repetit. 172.a 185.b
Sabiniani Ducis abitio. 186.a b 412.b

Sæculares litteræ sunt instar telæ Penelopes. 62. c 273.a b.
Sæculum vitare an maius quam in eo pugnare. 214.b
Sacerdotes ne mutili sint ex lege diuina. 325.a b
Sacerdos venerabilis, pro Episc. 343.a b 344.b
Sacerdos & Pontifex S. Petri vicarius. 517.a
Sacra potius quam profana tractanda. 62.b
Sacrificia & victimæ boum atque arietum. 27.b 28.a.
à CHRISTO agno abolita. 28.a
vt *Salutis signum attendere.* 328.b
Sanctorum præmia. 120.a
per Sanctos fundi preces efflagitat Ennod. 181.b 184.a 256.b 265.b
Sarmatæ, barbari. 403.b
in Sarsorij operis marmora versus. Poem. 52.b
S. Saturninus. Poem. 59.b c.
Saxonum crudelitas. 382.b
ante Scalas versus. Poem. 44.a
Scipiones & trabeæ. 234.a 398.a 461.b. *Scipiones*, virgæ Consulum. Turn. lib. XXVIII. cap. VI. è Glossis.
Scribere terram ligonibus, pro arare. 436.b 437.a. & Poem. 19.a. *vomeribus.* 81.b Vide *Dorsa terræ.*
Scribere litteras cessantem redarguit Ennodius. 34. a b & alibi
Scythiæ algor. 395.b
Schismatum venena, 468.
de Scutellis. Poem. 41.a 56.b 57.a
Secunda nauigatio. Prou. 354.b
Senarius ab vltimis terrarum partibus restitutus. 164.a
Senator Episcopus. Vide Theodorus. 93.a b.
Sepulcra domus vltimę. 489 a. suprema domicilia. 290.a
me Sequatur qui in acie hostili viam desiderat. Dictum Ducis. 402.b
Seres populi. 418.b
De Sermone otioso reddenda est ratio. 67.a b
Sermo est mentis imago, instar speculi. 111.b
Sermonis claue reserare ianuam diligentia. 116. a 170.a 173.b
Serranum scipionibus. 398.a
Seruilionem hortatur, vt segetem Ecclesiæ inspiciat. 162.a
Seuerus & Paterius. 460.b 461 a

S. Se-

S. Seuerinus Antonium educat. 381. mors ibid.
Simplicianus Romã ſtudiorũ gratia contendit. 187.a b
in Simplicianum Epiſc. Mediolan. Ambroſij ſucceſſorem verſus. Poem. 24.a
Sirmienſium ciuitas, limes olim Italiæ. 410.a.
conceſſit in iura Gepidarum. 410.a 413.a
S. Sixti Baſilica à Laurentio Epiſc. condita. Poem. 36 b 37 b
Sol facibus aut aſtris non iuuatur. Prou. 66.a 86.b 268.a 295.a 518.a
Sol mundi oculus, facem lumine extinguit. 297.a 361.a
Sol aſtra luce tranſgreditur 305.b
Sol & Luna obtundunt minora ſidera. 361.a
Solitudinis bona. 385.a 388.a
Spartana breuitas, pro Laconiſmo. 199.a 228.b
Spatha in fuſte. verſus. Poem. 68.a
Spathacinotus Boëthius. ibid. 68 b
Specioſa, femina pia cum fratre. 73.b
Spe vota tranſire. 48.b
Spe præcipere. 88.b 163.b 304.c 344.c
Spes conſumpta eſt. 505.c
Spe incerta macerari. 140.b
Spes alit agricolam. 193.a
Speculi inſtar ſermo eſt. 110.a 111.b
Spiritum ſanctum inuocat de S. Epiphanio ſcripturus. 322.a 380.b
Standi aſſidua exercitatio vtilis caſtitati. 329.a 335.a 345.a
Stat ante oculos. 471.a & alias.
Statuæ perennis memoria. 490.c
S. Stephano Hymnus. Poem 6
Stephania. 228.b 247.a. Aſterij vxor, an mater. 247.b
Fauſti ſoror. 280.a Catholicæ lumen Eccleſiæ. 297.a
Stephanionis filius. 189.a
Stimulos admouere calcaribus, 466 b
Stimulis calces inferre. Prou. 519.b
de Stomacho eburneo. Poem 68.b
Studiorum ſacrorum laus. 466.b
Studia ægrotans deteſtatur Ennod. 207.a
ad Studium litterarum elegans hortatio. 192.a b
Stylum ducere per omnia. 551.a
per Sudum rutilanti ſplendori. 49.a 142.a 348.b 519.b

per Sudum irradiã. 459.a
Syagria ingens thesaurus Ecclesię. 370.b
Syluarum solitudo descripta. 49.a
Syluester Archidiaconus Ticinensis, egregiæ sanctitatis. 331.a
Symmachi Papæ laudata benignitas. 123.b 124.a 512. 519. Romanæ gentis nobilitas. 225.b 295.b

T.

TAranta, oppidum Alpibus vicinum. 372.
Tellina vallis describitur. 382.a b
Terentianus Poëticæ peritus. 250.a 255.b
Testes de domo non producendos, Carthagin. Concilium suadet. 520.b
Theodoro Senatori Episc. carmen. Poem. 27.c 28.a
Theodorico Regi Panegyricus ab Ennodio dictus. 393. & deinceps. eius ingressus Italiam exhilarauit. 317.a 353.c quid de sancto Epiphanio iudicet. 353. a b. venit Ticinum. 354.a. post eius triumphum, vacuum vagina gladium nemo aspexit. 356.b. laudatur à S. Epiphanio. 358.b. eius laudes. 413.a. qualis in lætitia & ira. 419.a 463.b. 466.a. eius benignitas. 359.a 360.b. pugnat contra Gepidas. 401.b 402.b. alloquitur matrem & sororem. 405.a. fauet studijs. 414.b Dei cultor. 415. c. eius statura, vestes & forma. 418.b
Thetis Achillem deplorat. 470.a
Ticinum capitur, & incenditur. 349.a. instauratur semel iterumque à S. Epiphanio. 352.a. 356 a b
Timotheus sedem Protherij occupat. 467.b
Tolosa, Euarici Gothorum Regis sedes. 345.b
Tranquillinus, vir sublimis. 301.a
Trasimundus regiæ stirpis. 126.c 309.b
Trasericus Gepida. 410.b
SS. Trinitatis vnitas. 43.a
Tripudio se iactare, pro gaudio exultare. 333.a 342.a. *pectus implere*. 362.b
Triuiorum germina. 553.a
Troia fumans. 472.a
Trucinator, fort. *Trutinator sollicitus.* 81.a
Tufa, Dux Gothici exercitus, vitæ infamis. 353.b
Tulliani gurgitis profunditas. 38.b 519.b. lepos 292.c
Tullium antiquum in vmbram trudere. 69 b
Tullij & Demosthenis gladij. 223.b

Tyria purpura. 124.b
Tyrannus ſtatuam dans parricidæ inter viros fortes. 490. b 491. b
Tyrannorum in Martyres ſæuitia. 305.b

V.

VBer ſolum. 437.b
Vbertas terræ. 5.a
de Vectatione ſua verſus. Poem.67.
Vena ingenij. 451.a & ſæpius.
Venator ceruis illudit ſibilo. 7.b
Venerator, Fauſti comes. 87.b 96.a
B. Venerius Mediolan. Epiſc. poſt Simplicianū. Poëm. 24.b
in Venetum detractorem Gallorum. Poem.43.a
Venerabilis, vox ſæpe corrupta in *Bene*, ob compendia. 130.c 330.b 332.a
Ventris & corporis ſerui. 535.a
Verborum & ferri lamina. 371.b
Veris elegans deſcriptio. 422.a b
Verecundia, mater bonorum operum. 291.a 323. b.
verſibus laudata. Poem. 32.
apud Veronam pugnat Theodoricus Rex. 404.a
Verſuum laus. Poem. 29.b
Veſtalis præmij loco poſtulata. 483.a b 554.a
Veſtales virgines bello dimittantur. 554.a
Veſtigia lambere, pro ſupplicem eſſe. 327.c
Vetereſcere, pro Veteraſcere. 61.a 96.a 466.a
Victor Epiſc. Taurinenſis, comes S. Epiphanij. 363.a
virtutum compendium fuit. ibid.
S. Victor Nouarienſis Epiſc. 443.b.
eius Epitaphium carmine. Poem.77.b
S. Victoris oleo corpus inungens Ennodius, à morbo conualuit. 251.c 252.a b 315.a 319.a
Videro. 158.b 167.a 168.a 289.c 447.c
Videndum quid ſcribas. 72.a
Vigerius iniuria affectus 281.b
Vigilius ſubdiaconus, à Conſtantio Epiſc. Diaconus fieri optat. 135.b
Vincere ſine ſanguine. ἀναιμωτὶ Philoni. 339.b
Vincar forte eloquentiæ flumine, nemo me ſuperabit affectu. 391.b. de B. Antonio. At de Theodorico Rege: Videro, qui me vincat facundia, nemo circa te tranſcen-

transcendere valebit affectu. 413 a
Vindemiarum tempore carmen. Poem. 50
Virgini carmen. Poem. 67. b
Virgilius Maro eloquij formator. 41. a 438 b. locus è x. Æneid. 171. b. è XII. Aeneid. 41. a. alluſum ad III. Aeneid. 433. c è VI. Aeneid. 280. a
in Virgilium quendam incognitum verſus Poem. 65. b 66. a. & Ennodij familiaris. 150. a. niſi fort. *Vigilius* legendum, de quo. 135. b
Virtutis laboriſque præmia. 143. b
Viſitationes Epiſcoporum. 539. a b
Vitalis, vir ſublimis. 310. a
Vitis, Centurionis inſigne. Poem. 70. a
Vloa, fluuius Gepidarum. 401. a
Vluis liberata tellus. 414. a
Vota auara transcendit Deus. 225 a 329. a
Vota transgreditur ſæpe benignitas diuina. 149. a
Voti reus. 33. a
Votorum parcus. 358. a
Votorum vela ſuſpendere. 369. b
Vrbicus, vir illuſtris, Ciceronem eloquentia, Catonem æquitate vicit, Theodorici Regis aulam rexit. 360. b
Vrbis direptæ facies. 349. a b 484. b
Vrnæ veterum. 488. c
Vrſus caules S. Antonij vaſtans. 388. a
Vtello, ſiue Vgello verſus. Poem. 40. b 42. b
Vtinam crebriores tuas accipiam. 101. a b. & omnibus pæne Epiſt.

FINIS.

OMISSA ET CONIECTVRÆ.

Pag. 14 verſ. 31. Si quis honos &) fort. eſt. 28. 15 & ſi tiat calle) ſ. & ſi fiat. 35. 11. Epiſcopi) adde urbis. Symmachum Papam intellige. 36. 2. vigente triſtitia, legit Baron. Card. 39. 7. periculo) ſ. peniculo. 49. 17. epiſtoloric) ſ. epiſtolaris. 62. 13. tela ſeuera ſui) notat. eſt in Claudian. Epigram. vij. 87. XI. vir venerator) Venerator, de quo inf. p. 96. 88. 11. Luminoſi. 89. 29. amare debent. 91. 20. vt inuicta) ſ. vt inuncta. 96. 18. Conſtanti) ſ. conſtans. 102. v. 9. Certis enim potentibus) ſ. Certis eam petentibus, vel etiam. 108. 8. curioſam) ſ carioſam. 109. 17. immiſſione) ſ. inuiſione. 110. 8. cenſuum) ſenſuum. 115. 18. nouum in ius) delc in. 127. 16. optatio) ſ. optatis. & v. 24. ſ. retrahent 128. 7. imperita) ſ. imperia. 129. 31. peccat oris) ſor. precatoris. 130. 27. gratulatur) ſ. gratulentur.

Digitized by Google

image
not
available